tite ex vobis vnū ⁊ adducat eū: vos auteꝫ
eritis ī vinculis: donec p̄beꝛ̄ q̄ dixiſtis: vtrū
vera an falſa ſint: alioq̄n p̄ ſaluteꝫ pharao
nis exploꝛatoꝛes eſtis. Tradidit ergo illos
cuſtodie tribꝰ diebꝰ. Die aūt t̄tio eductis ꝺ
carcere ait: Facite q̄ dixi ⁊ viuetis. Deuꝫ .n.
timeo. Si pacifici eſtis: fraꝛ̄ vr̄ vnꝰ ligetur ī
carcē̄: vos aūt abite: ⁊ ferte frumēta q̄ emi-
ſtis in domos vr̄as: ⁊ f̄rem veſtrū minimū
ad me adducite: ut poſſim vr̄os p̄bare ſer-
mōes: ⁊ nō moꝛiamini. Fecerūt ut dixerat:
⁊ locuti ſūt ad īuicē. Merito hec patimur:
q̄ꝛ peccauimꝰ in f̄rem noſtrū vidētes angu-
ſtias aīe illīꝰ dū dep̄careꝛ̄ nos ⁊ nō audiui-
mus: iccirco vēit ſup nos iſta tribulatio. E
q̄bꝰ vnꝰ ruben ait: Nūq̇d nō dixi vobis: no
lite peccare ī pueꝝ: ⁊ nō audiſtis me? En ſā
guis eiꝰ exq̄ritur. Neſciebāt .n. q̄ꝫ ītelligeret
ioſeph: eo q̄ꝫ p̄ īꝛ̄p̄retē loqueꝛ̄ ad eos. Auer-
tit ſe parūp ⁊ fleuit: ⁊ reuerſus locutus eſt
ad eos. Tollenſqꝫ ſimeon ⁊ ligans eū illis
p̄ñtibꝰ: iuſſit miſtris ut īplerent eoꝛum ſac-
cos tritico: ⁊ reponerent pecunias ſingu-
loꝛum in ſacculis ſuis: datis ſupꝛa cibarijs

ĩ via. Qui fecerĩt ita. At illi portãtes frumẽ
ta ĩ asinis suis: ꝓfecti sũt. Apꝑtoqꝫ vnꝰ sacco
ut daret iumẽto pabulũ ĩ diuersorio ꝯtem-
platꝰ pecuniã in ore sacculi: dixit frĩbꝰ suis.
Reddita mihi ẽ pecunia. En habetᷣ ĩ sacco.
Et obstupefacti turbatiqꝫ mutuo dixerũt:
Quidnã ẽ hoc qð fecit nob̃ deꝰ: Ueneẽtqꝫ
ad iacob p̃rẽz suũ ĩ t̃ra chanaan: ⁊ narraue
rũt ei oĩa q̃ accidissent sibi dicẽtes: Locutꝰ ẽ
nob̃ dñs t̃re dure: ⁊ putauit nos explorato
res eẽ ꝓuĩcie. Cui r̃ndimꝰ. Pacifici sumus
nec ullas molimur ĩsidias. Duodecĩ f̃res
vno p̃re geniti sumꝰ: vnꝰ nõ ẽ sup minimus
cũ p̃re nr̃o ẽ ĩ t̃ra chanaan. Qui ait nobis.
Sic ꝓbabo ꝙ pacifici sitis. Fratrẽ vr̃z vnũ
dimittite apud me: ⁊ cibaria domibꝰ vr̃is
necessaria sumite ⁊ abite. F̃remqꝫ vr̃m mi-
nimũ adducite ad me: ut sciã ꝙ nõ sitis ex-
ploratores: ⁊ istũ q̃ tenetᷣ ĩ vincul' recipere
possitis: ac deĩceps q̃ vultis: emẽdi habea-
tis licẽtiã. His dictis cũ frumẽta effũderent
singuli repperunt ĩ ore saccoꝝ ligatas pecu
nias: extritisqꝫ sil' oĩbꝰ: dixit p̃r iacob. Abs-
qꝫ liberis me eẽ fecistis. Joseph nõ ẽ super:
simeon tenetᷣ ĩ vicul': ⁊ bẽiamin auferetꝭ. Jn
me hec oĩa mala reciderũt. Cui r̃ndit rubẽ
Duos filios meos ĩtfice: si nõ reduxero illũ
tibi. Trade illũ in manu mea: ⁊ ego eũ tibi
restituã. At ille. Nõ ꝯscẽdet iq̃t filiꝰ meꝰ vo
biscũ. Fratᷣ eius mortuꝰ ẽ: ⁊ ip̃e solꝰ reman-
sit. Siq̃d ei aduersitatis acciderit ĩ t̃ra ad
quã ꝑgitis: deducetis canos meos cum do
lore ad ĩferos. XLIII

Jnteriꝫ fames oĩꝫ t̃rã vehemẽtᷣ ꝑme-
bat: ꝯsumptisqꝫ cibis: q̃s ex egypto
detulerãt: dixit iacob ad filios suos. Reuer
timini: ⁊ emite nob̃ pauxillũ escaꝝ. R̃ndit
iudas. Denũciauit nobis vir ille sub atte-
statione iurisiurandi dicens. Non videbitꝭ
faciẽ meã: nisi f̃rem vr̃m minimũ adduxeri
tis vobiscũ. Si ergo vis eũ mittẽ nobiscum
ꝑgemꝰ pariᵗ ⁊ ememꝰ tibi necessaria: si autẽ
nõ vis nõ ibimꝰ. Uir. n. ut sepe diximꝰ de-
nũciauit nobis dicẽs. Nõ videbitis faciem
meam absqꝫ f̃re vr̃o minimo. Dixit eis isrl'.
Jn meã hoc fecistis miseriaꝫ: ut ĩdicaretis
ei: ⁊ aliũ h̃re vos f̃rem. At illi r̃nderũt. Jnt-
rogauit nos hõ ꝑ ordinẽ nr̃am ꝓgeniẽ: si p̃r
viueret: si h̃remꝰ f̃rem. Et nos r̃ndimus ei
ꝯsequẽter: iuxta id qð fuerat sciscitatꝰ. Nũ
quid scire poteramꝰ: ꝙ dicturꝰ eẽt: adduci-
te fratreꝫ vr̃m vobiscũ. Judas quoqꝫ dixit
p̃ri suo. Mitte pueꝝ mecũ: ut ꝓficiscamur
⁊ possimꝰ viuere: ne moriamur nos ⁊ par-
uuli nostri. Ego suscipio pueꝝ de mãu me
a req̃re illũ. Nisi reduxero ⁊ reddidero euꝫ
tibi: ero peccati reꝰ ĩ te oĩ tp̃e. Si nõ ĩtcessis
set dilatio: iaꝫ vice alt̃a venissemꝰ. Jgitᷣ isrl'
p̃r eorum dixit ad eos. Si sic necesse: facite
qð vultis. Sumite de optimis t̃re frugibꝰ ĩ
vasis vr̃is: ⁊ deferte viro munera: modicũ
resine ⁊ mellis ⁊ storacis stactes ⁊ terebin-
thi ⁊ amygdalaꝝ. Pecuniãqꝫ duplicẽ ferte
vobiscũ: ⁊ illã quã ĩuenistis ĩ sacculis ĩpor-
tate: ne forte errore factũ sit. Sed et fratreꝫ
vr̃m tollite: ⁊ ite ad viꝝ. Deꝰ aũt meꝰ om-
nipotẽs faciat vobis eũ placabilẽ: ⁊ remit-
tat vobiscũ f̃rẽꝫ vr̃ꝫ quẽ tenet ĩ vicul' ⁊ hũc
bẽiamin. Ego aũt q̃si orbatꝰ absqꝫ liberis
ero. Tulerũt ergo viri mũera ⁊ pecuniã du
plicẽ ⁊ bẽiamin: descẽderũtqꝫ in egyptũ ⁊ ste
terũt corã ioseph. Quos cũ ille vidisset et
beniamin sil': ꝓcepit dispẽsatori domꝰ sue di
cens. Jntroduc viros domũ: ⁊ occide victi
mas ⁊ ĩstrue ꝯuiuiũ: q̃m hodie mecũ sunt
comesturi meridie. Fecit ille qð sibi fuerat
ĩpatũ: ⁊ ĩtroduxit viros domũ. Jbiqꝫ exter
riti dixerũt mutuo. Proptᷣ pecuniã quã re
tulimꝰ p̃riꝰ ĩ saccis nr̃is: ĩtroducti sumꝰ: ut
deuoluat in nos calũniã: ⁊ violẽtᷣ subĳciat
ꝫuituti: ⁊ nos ⁊ asinos nr̃os. Quãobreꝫ in
ĩpis foribꝰ accedẽtes ad dispensatorẽ locu-
ti sũt. Oramꝰ dñe ut audias nos. Jam ãte
descẽdimꝰ ut ememꝰ escas: q̃bꝰ emptꝭ cuꝫ
venissemꝰ ad diuersoriũ: apuimꝰ saccos no
stros: ⁊ ĩuenimꝰ pecuniã ĩ ore saccoꝝ: quaꝫ
nũc eodẽ põdẽ reportauimꝰ. Sꝫ et aliud at
tulimꝰ argentũ: ut emamꝰ q̃ nobis necessa-
ria sũt. Nõ ẽ in nr̃a ꝯsciã: q̃s posuerit eã in
marsupĳs nostris. At ille r̃ndit: Pax vobis
cũ: nolite timẽ. Deus vester ⁊ deꝰ p̃ris vestri
ꝺdit vob̃ thesauros ĩ saccis vr̃is. Nã pecu
niã quã dedistis mihi: ꝓbataꝫ ego habeo.
Eduxitqꝫ ad eos simeon. Et ĩtroductis do
mũ attulit aquã: ⁊ lauerũt pedes suos: de-
ditqꝫ pabulũ asinis eoꝝ. Jlli vero parabãt
mũera: donec ĩgrederetᷣ ioseph meridie. Au-
dierãt. n. ꝙ ibi comesturi eẽnt panẽ. Jgitur
ingressus est ioseph domũ sua: obtulerũtqꝫ
ei mũera: tenẽtes ĩ manibus suis: ⁊ adora
uerunt ꝓni in terram. At ille clementer re-
salutatis eis interrogauit eos dicens. Sa-
nus ne est pater vester senex: de quo dixe-
ratis mihi Ad huc viuit? Qui r̃nderunt

Sospes ē seruꝰ tuꝰ pr̄ nr̄. Adhuc viuit. Et i curuati adorauerūt eū. Attollēs aūt ioseph oculos vidit bēiamin frēm suū vterinū: et ait. Iste ē frater vr̄ paruulus: d̄ q̄ dixeratis mihi? Et rursū. Deꝰ iq̄t misereat̄ tui fili mi. Festinauitq; i domū: q2 cōmota fuerāt viscera eiꝰ sup frē suo: ⁊ erūpebāt lachryme ⁊ introiens cubiculū fleuit. Rursūq; lota facie egressus continuit se: ⁊ ait. Ponite panes. Quibꝰ appositis seorsū ioseph: ⁊ seorsū frībꝰ egyptijs q̄3 q̄ vescebāt̄ silr̄ seorsū. illicitū3 ē.n. egyptijs comedē cū hebreis: ⁊ pphanū putāt huiuscemōi cōuiuiū. sederūt corā eo pmogenitꝰ iuxta pmogēita sua: ⁊ minimus iuxta etatē3 suā. Et mirabāt̄ nimis sūptis ptibꝰ: q̄s ab eo acceperāt. Maiorq; ps venit bēiamin: ita ut q̄nq; ptibꝰ excederet. Biberūtq;: ⁊ iebriati sūt cū eo.

XLIIII

Precepit aūt ioseph dispēsatori domꝰ sue dicens. Imple saccos eoꝝ frumēto quātū pn̄t cape: ⁊ pōe pecuniā singuloꝝ i sūmitate sacci. Cyphū aūt meū argenteū ⁊ pciū q̄d dedit tritici: pone in ore sacci iunioris. Factūq; ē ita. Et orto mane dimissi sūt cū asinis suis. Iāq; vrbē exierāt: ⁊ pcesserāt paululū. Tūc ioseph accersito dispēsatore domꝰ ait. Surge iq̄t ⁊ psēq̄re viros: ⁊ apphēsis dicito. Quare reddidistis malū p bono? Cyphꝰ quē furati estī: ipe ē in q̄ bibit dn̄s meꝰ: ⁊ in q̄ augurari solet. Pessimā rē fecistis. Fecit ille ut iusserat: ⁊ apprehēsis p ordinem locutus est. Qui rn̄derūt. Quare sic loq̄t̄ dn̄s nr̄: ut fui tui tm̄ flagitij cōmiserit? Pecuniā quā iuenimꝰ i sūmitate saccoꝝ reportauimꝰ ad te de t̄ra chanaā. Et quō ꝯseq̄ns ē ut furati simꝰ d̄ domo dn̄i tui auꝝ l̄ argētū? Apud quēcūq; fuerit iuētū fuoꝝ tuoꝝ q̄d q̄ris: moriat̄: ⁊ nos erimꝰ serui dn̄i nostri. Qui dixit eis. Fiat iuxta vr̄am sententiā. Apud quēcūq; fuerit iuētū ipse sit seruꝰ meus: vos aūt eritis inoxij. Itaq; festinato deponētes in terrā3 saccos aperuerūt singuli. Quos scrutatꝰ incipiēs a maiore usq; ad minimum iuenit cyphū3 in sacco bēiamin. At illi scissis vestibꝰ oneratisq; rursū asinis reuersi sūt i oppidum: pmusq; iudas cū frībus ingressus est ad ioseph. Necdū.n. de loco abierat. Oēsq; āte eū pariter i t̄ram corruerūt: Quibꝰ ille ait. Cur sic agere voluistis? An ignoratis q̄ nō sit similis mei in augurādi scīa. Cui iudas Quid rn̄debimus inquit dn̄o meo: uel q̄d loq̄mur: aut iuste poterimꝰ obtendē? Deus inuenit iiq̄tatē fuoꝝ tuoꝝ. En oēs serui sumus dn̄i mei: ⁊ nos ⁊ apud quē iuētꝰ ē cyphus. Respōdit ioseph. Absit a me: ut sic aga3. Qui furatꝰ ē cyphū ipse sit seruꝰ meꝰ: vos autē abite liberi ad prē3 vr̄m. Accedēs aūt ppius iudas confidenter ait. Oro dn̄e audi me: ut loq̄t̄ seruus tuus v̄bū i auribꝰ tuis: ⁊ ne irascaris famulo tuo. Tu es eni3 pꝰ pharaonē dn̄s meꝰ. Int̄rogasti prius seruos tuos habetis prēm aut frēm: ⁊ nos respōdimꝰ tibi dn̄o meo. Est nobis pr̄ senex: ⁊ puer paruulus q̄ i senectute illiꝰ natꝰ ē: cuius vterinꝰ frat̄ ē mortuꝰ: ⁊ ipsū solū h3 mr̄ sua: pr̄ v̄o tenere diligit eū. Dixistiq; seruis tuis. Adducite eū ad me: ⁊ ponā ocl̄os meos sup illū. Suggessimꝰ tibi dn̄o meo: non pōt puer relinq̄re prēm suū. Si enim illum dimiserit moriet̄. Et dixisti fuis tuis. Nisi venerit frater vr̄ minimꝰ vobiscū: nō videbitis amplius faciē meā. Cū ergo ascēdissemus ad famulū3 tuum patrem nr̄m: narrauimꝰ ei oīa q̄ locutꝰ ē dn̄s meꝰ. Et dixit pr̄ nr̄. Reuertimini ⁊ emite nobis parū tritici Cui diximus. Nō possumꝰ ire. Si frater nr̄ minimꝰ descēderit nobiscū pficiscemur sil̄: alioq̄n illo abn̄te nō audemꝰ videre faciem viri. At ille rn̄dit. Uos scitis q̄ duos genuerit mihi vxor mea. Egressus ē vnus: et dixistis: bestia deuorauit eū: ⁊ hucusq; nō cōparet. Si tuleritis ⁊ istum ⁊ aliq̄d ei in via ꝯtigerit: deducetis canos meos cū merore ad inferos. Igit̄ si itrauero ad seruū tuū patrē nr̄m ⁊ puer defuerit: cū aīa illiꝰ ex huiꝰ aīa depēdeat: videritq; eū n̄ eē nobiscū: morieт̄: ⁊ deducēt famuli tui canos eiꝰ cū dolore ad inferos. Ego ppe seruꝰ tuꝰ sim: q̄ in meā hūc recepi fidē: ⁊ spopōdi dicens. Nisi reduxero eum: peccati reꝰ ero i prēm oī tpe Manebo itaq; seruꝰ tuꝰ p puero i misterio dn̄i mei: ⁊ puer ascēdat cū frībꝰ suis. Nō.n. possū redire ad prēm absente puero: ne calamitatis: que oppressura ē patrē meū3: testis assistam.

XLV

Non se poterat ultra cohibere ioseph mltis coram astātibus: vnde pcepit ut egrederentur cūcti foras: ⁊ nullus interess3 alienꝰ agnitioni mutue. Eleuauitq; vocē cū fletu: quā audierūt egyptij: oīsq; domꝰ pharaōis: ⁊ dixit frībꝰ suis. Ego sum ioseph. Adhuc pr̄ meꝰ viuit? Nō poterant rn̄dere frēs nimio terrore pterriti. Ad quos

ille clement accedite īquit ad me. Et cū ac-
cessisset ꝓpe: ego sum īquit ioseph fr̄ vester:
quē vēdidistis ī egyptū. Nolite pauere: ne-
qꝫ vobꝭ durū eē videat̄ ꝙ vēdidistis me ī his
regionibꝰ. Pro salute.n. vr̄a misit me deus
āte vos in egyptū. Bienniū ē.n. ꝙ cepit fa-
mes in terra esse: ⁊ adhuc qnqꝫ āni restāt:
qbꝰ nec arari poterit nec meti. Premisitqꝫ me
deꝰ ut reseruemini sup t̄rā: ⁊ escas ad viuēdū
hr̄e possitis. Nō vr̄o ꝯsilio sꝫ dei volūtate
huc missus sum: qui fecit me q̄si p̄rē pha-
raōis ⁊ dn̄m vniuerse domꝰ eiꝰ ac ꝑncipē
ī oī t̄ra egypti. Festinate ⁊ ascēdite ad p̄rem
meū: ⁊ dicetis ei. Hec mādat filiꝰ tuꝰ ioseph.
Deꝰ fecit me dn̄ꝫ vniuerse t̄re egypti. Descē-
de ad me ne moreris: ⁊ hītabis ī t̄ra iessen.
Erisqꝫ iuxta me tu ⁊ filij tui ⁊ filij filiorum
tuorꝝ: oues tue ⁊ armēta tua ⁊ vniuersa q̄
possides: ibiqꝫ te pascā. Adhuc.n. qnqꝫ āni
residui sūt famis: ne ⁊ tu pereas ⁊ oīs domꝰ
tua: ⁊ oīa q̄ possides. En oculi vestri ⁊ ocl'i
fr̄is mei bēiamin vidēt: ꝙ os meū loq̄t ad
vos. Nūciate p̄ri meo vniuersā glīaꝫ meaꝫ:
⁊ cūcta q̄ vidistis ī egypto. Festīate ⁊ addu-
cite eū ad me. Cūqꝫ āplexatꝰ recidissꝫ ī col-
lū bēiamin fr̄is sui fleuit: illo q̄ꝫ siliter flente
sup collū eiꝰ. Osculatꝰqꝫ ē ioseph ōēs fr̄es
suos ⁊ plorauit sup singlos. Pꝰ q̄ ausi sunt
loq̄ ad eū. Auditūqꝫ ē ⁊ celebri s̄mōe vul-
gatū ī aula regis: venerāt fr̄es ioseph. Et ga-
uisus ē pharao: atqꝫ oīs familia eiꝰ. Dixit-
qꝫ ad ioseph: ut īpararet fr̄ibꝰ suis dicēs. O-
nerātes iumenta ite ī t̄rā chanaan ⁊ tollite
īde p̄rem vr̄ꝫ ⁊ cognationē: ⁊ venite ad me
⁊ ego dabo vobꝭ oīa bona egypti: ut come-
datis medullā t̄re. Precipe etiam ut tollāt
plaustra de terra egypti ad subuectionem
paruulorꝝ suorū ac coniugum. Et dicito.
Tollite patrem vestrum ⁊ ꝓperate quāto-
cius venientes: nec dimittatis quicq̄ de su-
pellectili vestra: quia ōēs opes egypti vr̄e
erunt. Feceruntqꝫ filij isrl': ut eis mādatum
fuerat. Quibꝰ dedit ioseph plaustra secun-
dū pharaonis īperiū ⁊ cibaria in itinere.
Singul' q̄ꝫ ꝓferri iussit binas stolas: benia-
min vō dedit trecētos argēteos cū quinqꝫ
stolis optimis: tantūdē pecunie ⁊ vestium
mittēs patri suo addēs eis asīos decē: qui
subueherēt ex oībꝰ diuitijs egypti: ⁊ totidē
asinas triticū ī itinē panesqꝫ portātes. Di-
misit ergo fr̄es suos ⁊ ꝓficiscentibꝰ ait. Ne
irascamini ī via. Qui ascēdētes ex egypto:
venerūt ī t̄rā chanaā ad p̄rem suū iacob: et
nūciauerūt ei dicētes. Joseph filiꝰ tuꝰ viuit
⁊ ipse dn̄at̄ ī oī t̄ra egypti. Quo audito ia-
cob q̄si de graui sōno euigilās tn̄ nō crede-
bat eis: illi ꝯtra referebāt ōem ordinē rei.
Cūqꝫ vidisset plaustra ⁊ vniuersa q̄ mise-
rat: reuixit spiritus eiꝰ ⁊ ait. Sufficit mihi
si adhuc ioseph filiꝰ meꝰ viuit: vadā ⁊ vide-
bo illū āteq̄ moriar.

XLVI

PRofectusqꝫ isrl' cū oībꝰ q̄ hēbat: venit
ad puteū iuramēti ⁊ mactatis ibi vi-
ctimis deo patris sui isaac: audiuit eū ꝑ vi-
sionē nocte vocantē se ⁊ dicētē sibi. Jacob
iacob. Cui r̄ndit. Ecce adsū. Ait illi deus.
Ego sū fortissimus deus p̄ris tui. Noli ti-
mere: sed descēde ī egyptum: quia ī gentem
magnā faciā te ibi. Ego descendā tecū illuc
⁊ ego īde adducā te reuertētē. Joseph q̄qꝫ
ponet manus suas sup oculos tuos. Sur-
rexit iacob māe a puteo iuramēti: tulerūtqꝫ
eū filij cū paruulis ⁊ vxoribus suis in plau-
stris q̄ miserat pharao ad portādū senē: et
oīa q̄ possederat ī t̄ra chanaan. Venitqꝫ in
egyptuꝫ cū oī seīe suo filij eiꝰ ⁊ nepotes filie
⁊ cūcta simul ꝓgenies. Hec sūt aūt nōia fi-
liorꝝ isrl': q̄ īgressi sūt ī egyptū ipē cū liberi
suis. Primogenitꝰ ruben. Filij ruben enoch
⁊ phallu ⁊ esrom ⁊ charmi. Filij symeon ia-
muel ⁊ iamin ⁊ iami ⁊ ahod ⁊ iachin ⁊ sa-
ber ⁊ saul filiꝰ chananitidis. Filij leui ger-
sō ⁊ caath ⁊ merari. Filij iuda her ⁊ onan
⁊ sela ⁊ phares ⁊ zara. Mortui sūt autem
her ⁊ onan ī t̄ra chanaan. Natiqꝫ sunt filij
phares esrom ⁊ amul. Filij isachar thola ⁊
phua ⁊ iobab ⁊ semron. Filij zabulon sa-
reth ⁊ chelon ⁊ iahelel. Hi filij lie q̄s genu-
it ī mesopotamia syrie cum dina filia sua.
Oēs aīe filiorꝝ eiꝰ ⁊ filiarꝝ triginta tres. Fi-
lij gad sephon ⁊ aggi ⁊ esebon ⁊ suni ⁊ heri
⁊ arodi ⁊ areli. Filij aser iemna ⁊ iesua ⁊ ie-
sui ⁊ beria sara q̄ꝫ soror eorꝝ. Filij beria he-
ber ⁊ melchiel. Hi filij celphe quā dedit la-
ban lie filie sue: ⁊ hos genuit iacob sedeciꝫ
aīas. Filij rachel vxoris iacob ioseph ⁊ bē-
iamin. Natiqꝫ sūt ioseph filij ī t̄ra egypti:
quos genuit ei assenez filia phutifaris sa-
cerdotis eliopoleos manasses ⁊ effraim. Fi-
lij bēiamin bela ⁊ bechor ⁊ asbel ⁊ gera et
naamā ⁊ iechri ⁊ iethros ⁊ rese mophim ⁊
ofiꝫ ⁊ ared. Hi filij rachel: q̄s genuit iacob
ōēs aīe q̄tuordecim. Filij dan vsan. Filij ne-
ptalim: iasiel ⁊ guni ⁊ ieser ⁊ salem. Hi filij

bale: quã ӧdit laban racheli filie sue: ⁊ hos genuit iacob: oẽs aïe septẽ. Cũcteqꝫ aïe q̃ igresse sũt cũ iacob ĩ egyptũ: ⁊ egresse sũt de femore illi⁹ absqꝫ vxorib⁹ filioꝝ ei⁹ sexagita sex. Filij aũt ioseph q̃ nati sũt ei ĩ t̃ra egypti aïe due. Oẽs aïe dom⁹ iacob q̃ egresse sunt in egyptũ: fuere septuagita. Misit aũt iacob iudã añ se ad ioseph ĩ egyptũ ut nũciaret ei ⁊ ille occurrẽt ĩ iessen. Quo cum puenisset iũcto ioseph curru suo ascẽdit obuiam pr̃i ad eũdẽ locũ: vidẽsqꝫ eũ irruit sup collum ei⁹: ⁊ inter ãplexus fleuit. Dixitqꝫ pr̃ ad ioseph. Iã let⁹ moriar: q2 vidi faciẽ tuã: ⁊ sup stitẽ te reliq̊. Et ille locut⁹ ẽ ad fr̃es suos et ad oẽm domũ pr̃is sui. Ascẽdã ⁊ nũciabo pharaõi: dicamqꝫ ei. Fr̃es mei ⁊ dom⁹ pr̃is mei: q̃ erãt ĩ t̃ra chanaan venerũt ad me: ⁊ sũt viri pastores ouiũ: curãqꝫ hñt alẽdorũ gregũ. Pecora sua ⁊ armẽta ⁊ oĩa q̃ habẽ potuerũt adduxerũt secũ. Cũqꝫ vocauerit vos ⁊ dixerit: qd̊ ẽ op⁹ vr̃m: rñdebit᷑. Viri pastões sum⁹ s̃ui tui ab ĩfãtia nr̃a usqꝫ in pñs: ⁊ nos ⁊ pr̃es nr̃i ad pegrinãdũ ĩ terraꝫ tuã venim⁹. Hec aũt dicetis ut hitare possitis in terra iessen: quia detestãt᷑ egyptij oẽs pastores ouium.

XLVII

Ingressus ergo ioseph nũciauit pharaõi dicẽs. Pat᷑ me⁹ ⁊ fr̃es oues coꝝ ⁊ armẽta: ⁊ cũcta q̃ possidẽt venerũt de t̃ra chanaã: ⁊ ecce ꝯsistũt ĩ t̃ra iessen. Extrẽos q̊ꝫ fr̃m suoꝝ q̃nqꝫ viros ꝯstituit corã rege. Quos ille int᷑rogauit. Quid habetis opis: Rñderunt. Pastores ouiũ sum⁹ s̃ui tui et nos et pr̃es nostri. Ad pegrinãdũ ĩ t̃rã tuã venim⁹: qm̃ nõ ẽ herba gregibus seruoruꝫ tuoꝝ ĩgrauescẽte fame ĩ t̃ra chanaan. Petimusqꝫ ut esse nos iubeas s̃uos tuos ĩ t̃ra iessen. Dixit itaqꝫ rex ad ioseph. Pater tu⁹ ⁊ fr̃es tui venerũt ad te. Terra egypti ĩ cõspectu tuo ẽ: ĩ optĩo loco fac eos hitare: et trade eis t̃rã iessen. Qd̊ si nosti ĩ eis esse viros ĩdustrios: ꝯstitue illos magr̃os pecorũ meoꝝ. P⁹ hec ĩtroduxit ioseph pr̃em suũ ad regẽ: ⁊ statuit eũ corã eo. Qui bñdicẽs illi: ⁊ ĩt᷑rogat⁹ ab eo: q̊t sũt dies ãnoꝝ vite tue: rñdit. Dies pegrinatiõis vite mee cẽtũtrigita ãnoꝝ sũt: paruí et mali: ⁊ nõ puenerũt usqꝫ ad dies pr̃m meoꝝ: qb⁹ pegrinati sũt. Et bñdicto rege: egressus ẽ foras. Ioseph v̊o pr̃i ⁊ fr̃ib⁹ suis dedit possessionẽ ĩ egypto ĩ optĩo t̃re loco ramesses: ut pcepat pharao: ⁊ alebat eos oẽmqꝫ domum pr̃is sui pbẽs cibaria singul᷑. In toto .n. orbe panis deerat: ⁊ oppss̃erat fames t̃rã: maxie egypti ⁊ chanaan. E qb⁹ oẽꝫ pecuniã ꝯgregauit p vẽditiõe frumẽti: ⁊ ĩtulit eã ĩ erariũ reg̃. Cũqꝫ defecisset emptorib⁹ pciũ: venit cũcta egypt⁹ ad ioseph dicens. Da nobis panes. Quare morimur corã te deficiẽte pecunia: Quib⁹ ille rñdit. Adducite pecõa vr̃a ⁊ dabo vobis p eis cibos: si pciũ nõ hẽtis. Que cũ adduxissẽt: dedit eis alimẽta p equis et ouib⁹ ⁊ bob⁹ ⁊ asinis: sustẽtauitqꝫ eos illo ãno p cõmutatiõe pecoruꝫ. Venerũt q̊ꝫ anno secũdo: ⁊ dixerũt ei. Nõ celam⁹ dño nostro: ꝙ deficiẽte pecunia pecora simul defecerũt: nec clã te ẽ: ꝙ absqꝫ corporib⁹ ⁊ terra nihil habeam⁹. Cur ergo morimur te vidẽte: Et nos ⁊ t̃ra nr̃a tui erim⁹. Eme nos in s̃uitutẽ regiã: ⁊ pbe sẽia: ne peũte cultore redigat᷑ t̃ra ĩ solitudinẽ. Emit igit᷑ ioseph oẽꝫ t̃rã egypti vẽdẽtib⁹ singul᷑ possessiones suas p magnitudine famis. Subiecitqꝫ eam pharaõi ⁊ cunctos ppl̃os ei⁹ a nouissimis t̃minis egypti usqꝫ ad extrẽos fines ei⁹ p̃t terrã sacerdotũ q̃ a rege tradita fuerat eis: qb⁹ ⁊ statuta cibaria ex horreis publicis p̃bebãt: ⁊ iccirco non sũt cõpulsi vẽdere possessiones suas. Dixit ergo ioseph ad ppl̃os. En ut cernitis ⁊ vos ⁊ t̃ram vr̃am pharao possidet. Accipite sẽia ⁊ serite agros: ut fruges hr̃e possitis. Quitã partẽ regi dabitis: q̃tuor reliq̃s permitto vobis in sementẽ: et ĩ cibum familijs et liberis vr̃is. Qui rñderunt. Salus nostra in manu tua est. Respiciat nos tm̃ dñs nr̃: ⁊ leti seruiem⁹ regi. Ex eo tp̃e usqꝫ ĩ pñtẽ diẽ ĩ vniuersa t̃ra egypti regib⁹ q̃nta ps soluit᷑: ⁊ factũ ẽ quasi ĩ legeꝫ absqꝫ terra sacerdotali: q̃ libera ab hac cõditione fuit. Habitauit ergo isrl̃ in egypto .i. ĩ t̃ra iessen: ⁊ possedit eã: auct⁹qꝫ ẽ ⁊ mlt̃iplicatus nimis: ⁊ vixit in ea decem ⁊ septẽ ãnis. Factiqꝫ sũt oẽs dies vite illi⁹ cẽtũquadragintaseptem annorum. Cũqꝫ appiquare cernẽt diẽ mortis ei⁹: vocauit filiũ suum ioseph: ⁊ dixit ad eũ. Si ĩueni gr̃am in cõspectu tuo: põe manũ tuã sub femõe meo: ⁊ facies mihi mr̃iam ⁊ veritatẽ: ut nõ sepelias me in egypto: sed dormiam cũ pr̃ibus meis: ⁊ auferas me de t̃ra hac cõdasqꝫ ĩ sepulchro maioꝝ meoꝝ. Cui rñdit ioseph. Ego faciã qd̊ iussisti. Et ille iura ergo inq̊t mihi. Quo iurãte adorauit isrl̃ dominum conuersus ad lectuli caput.

His ita trāsactꝭ nūciatū ē io XLVIII
seph φ egrotaret pr̄ suꝰ. Qui assūptꝭ
duobꝰ filijs manasse ꝛ effrai: ire perexit. Di
ctūqꝫ ē seni: Ecce filiꝰ tuꝰ ioseph uēit ad te.
Qui ꝯfortatꝰ sedit i lectulo. Et igresso ad
se ioseph ait: Deꝰ oīpotens apparuit mihi
i luza q̄ ē i tra chanaā: benedixitqꝫ mihi: ꝛ
ait: Ego te augebo ꝛ multiplicabo: ꝛ faciaꝫ
te i turbas pplꝫoꝝ: daboqꝫ tibi trā hāc ꝛ se
mini tuo pꝰ te i possessiōeꝫ sēpitnā. Duo er
go filij tui q̄ nati sīt t̄ i tra egypti: āteq̄ huc
uēirē ad te mei erūt effrai ꝛ manasses: sicut
rubē ꝛ simeō reputabūtur mihi. Reliquos
aūt q̄s genueris pꝰ eos tui erūt: ꝛ noīe frīꝫ
suoꝝ uocabūt i possessiōibꝰ suis. Mihi. n.
qñ uēiebā ō mesopotāia syrie: mortua ē ra
chel i tra chanaā i ipo itinē. Eratqꝫ vnū tē
pus: ꝛ ingrediebar effratā: ꝛ sepeliui eā iu
xta uiā effrate q̄ alio noīe appellatꝛ bethleē.
Uidēs aūt filios eiꝰ dixit ad eū: Qui sunt
isti? Rñdit: Filij mei sūt: quos donauit mi
hi dñs i hoc loco. Adduc iqt eos ad me: ut
bñdicā illis. Oculi. n. isrl̄ caligabāt pre ni
mia senectute ꝛ clare uidē nō poterat. Ap
plicitosqꝫ ad se deosculatꝰ ꝛ circūplexꝰ eos
dixit ad filiū suū: Nō sū fraudatus aspectu
tuo: isup oñdit mihi deꝰ semē tuū. Cūqꝫ tu
lisset eos ioseph ō grēio pr̄is adorauit pnꝰ
i trā: ꝛ posuit effrai ad dexterā suā. i. ad sini
strā isrl̄: manassē vō in sinistra sua ad dexte
rā. s. pr̄is: applicuitqꝫ ābos ad eū: q̄ extēdēs
manū dexteram posuit sup caput effrai mi
norꝭ frīs: sinistrā autē sup caput manasse q̄
maior natu erat cōmutās manus. Bene
dixitqꝫ iacob filios ioseph ꝛ ait: Deꝰ i cuiꝰ
cōspectu ābulauerūt pr̄es mei abraā ꝛ isa
ac: deꝰ q̄ pascit me ab adolescētia mea usqꝫ
i pñtē diē: angelus q̄ eruit me de cūctis ma
lis bñdicat pueris istis: ꝛ iuocetur sup eos
nomen meū: noīa q̄ʒ prꝫ meoꝝ abraā ꝛ isa
ac: ꝛ crescāt i multitudinē sup terrā. Uidēs
aūt ioseph φ posuisset pr̄ suꝰ dexterā manū
sup caput effraim grauiꝭ accepit: ꝛ appre
hēsā manū pr̄is leuare conatus ē de capite
effraim ꝛ trāsferre sup caput manasse. Di
xitqꝫ ad prēꝫ: Nō ita cōuenit pater: q̄a hic
est pmogenitus. Pone dexterā tuā sup ca
put eius. Qui renuēs ait: Scio fili mi: scio
Et iste q̄ppe erit i pplꝫos: ꝛ multiplicabiꝭ: ꝛ
frater eius iunior maior erit illo: ꝛ semē il
lius crescet i gētes. Bñdixitqꝫ illis i tēpore
illo dicēs: In te bñdicetur isrl̄: atqꝫ diceꝭ:
Fiat tibi deus sicut effraim ꝛ sicut manas
se. Cōstituitqꝫ effrai ante manassē: ꝛ ait ad
ioseph filium suū: En ego morior ꝛ erit de
us vobiscū: reducetqꝫ uos ad terrā patruꝫ
vr̄oꝝ: Do tibi partē unā extra fratres tuos
quā tuli ō māu amōrei i gladio ꝛ arcu mo

Uocauit aūt iacob filios XLIX
suos ꝛ ait eis: Cōgregami ut ānūciē
q̄ uetura sūt uobis i diebus nouissimis: cō
gregami ꝛ audite filij iacob: audite isrl̄ pa
trem vr̄ꝫ. Rubē pmogēitꝰ meus: tu fortitu
do mea ꝛ pricipiū doloris mei: prior i dōis
maior i iperio. Effusus es sicut aq̄. Nō cre
scas q̄a ascēdisti cubile patris tui ꝛ macula
sti stratū eius. Simeō ꝛ leui frēs vasa ini
q̄itatꝭ bellātia. In ꝯsiliū eoꝝ ñ ueniet aīa
mea: ꝛ i cetu illorū nō sit glīa mea: q̄a in fu
rore suo occiderūt viꝝ: ꝛ i volūtate sua suf
foderūt murū. Maledictꝰ furor eoꝝ: q̄a p
tinax ꝛ idignatio eorū: q̄a dura. Diuidam
eos i iacob: ꝛ dispgā eos i isrl̄. Iuda te lau
dabūt frēs tui. Manus tue i ceruicibꝰ iimi
corū tuoꝝ. Adorabūt te filij pr̄is tui. Catu
lꝰ leōis iuda. Ad pdā fili mi ascēdisti: reqe
scēs accubuisti ut leo ꝛ q̄si leena. Quis susci
tabit eū? Nō auferet sceptrū de iuda ꝛ dux
de femore eiꝰ donec veniat q̄ mittēdus ē: ꝛ
ipe erit expectatio gētiū. Ligās ad vineam
pullū suū: ꝛ ad vitē o fili mi asinā suam: la
uabit i uino stolā suā ꝛ i sāguie vue palliuꝫ
suū. Pulchriores sūt oculi eiꝰ uino ꝛ den
tes eiꝰ lacte cādidiōes. zabulō i littōe ma
ris habitabit ꝛ i statiōe nauiū ptigēs usqꝫ
ad sidonē. Isachar asinus fortis accubās i
ter terminos vidit requiē φ esset bona: ꝛ
terrā φ optīa ꝛ supposuit humerū suū ad
portandū: factusqꝫ est tributꝭ seruiēs. Dan
iudicabit populū suū: sicut ꝛ alia tribus i
isrl̄. Fiat dan coluber i uia cerastes i semita
mordēs ungulas equi ut cadat ascēsor eiꝰ
retro. Salutare tuum expectabo dñe. Gad
accinctus pliabitur añ eū: ꝛ ipe acciget re
trorsū. Aser piguis panis eius: ꝛ pbebit de
licias regibus. Neptalim ceruus emissus:
ꝛ dans eloquia pulchritudinis. Filius ac
crescens ioseph: filius accrescēs ꝛ decorus
aspectu. Filie discurrerunt super murum:
sed exasperauerunt eum: ꝛ iurgati sunt: i
uiderūtqꝫ illi habentes iacula. Sedit i for
ti arcus eius: ꝛ dissoluta sunt uincula
brachiorum ꝛ manuum illius per ma
nus potentis iacob. Inde pastor egressus

c

Do tibi partem vnā extra fratres tuos q̄ tuli de manu amo[rrei]

ē lapis isrl'. De⁹ pr̄is tui erit adiutor tu⁹: ⁊
oipotēs bn̄dicet tibi bn̄dictiōib⁹ celi desup
bn̄dictionibus abyssi iacentis deorsū: bene
dictiōibus uberū ⁊ vulue. Bn̄dictiōes pr̄is
tui ꝯfortate sūt benedictionib⁹ pr̄m ei⁹: do-
nec ueniret desideriū colliuz eternorū. Fiāt
ī capite ioseph ⁊ ī vertice nazarei inter fr̄es
suos. Beniami lupus rapax mane com̄det
predā ⁊ vespere diuidet spolia. Oēs hi ī tri
bub⁹ isrl' duodeci. Hec locutus est eis pr̄ su
us: bn̄dixitq₃ singulis bn̄dictiōibus ꝓpriis:
⁊ p̄cepit eis dicēs: Ego cōgregō ad populū
meū: sepelite me cuz pr̄ib⁹ meis ī spelūcha
duplici q̄ ē ī agro ephron et hei cōtra mam
bre ī terra chanaā: quā emit abraā cū agro
ab ephrō etheo ī possessionē sepulchri. Ibi
sepelierūt eū ⁊ sarā uxorē ei⁹. Ibi sepult⁹ ē
isaac cuz rebecca cōiuge sua. Ibi ⁊ lia cōdi
ta iacet. Finitisq₃ mādatis quibus filios in
struebat: collegit pedes suos sup lectuluz ⁊
obiit: appositusq₃ ē ad ppl'z suū. ¶ L

Q Uod cernēs ioseph ruit sup faciē pr̄is
flēs ⁊ deosculās eū: precepitq₃ seruis
suis medicis ut aromatibus cōdirēt prez.
Quib⁹ iussa explētib⁹ trāsierūt quadragin
ta dies. Iste q̄ppe mos erat cadauerū cōdi-
torū. Fleuitq₃ eū egyptus septuagita dieb⁹
Et expleto plant⁹ tēpore locut⁹ ē ioseph ad
familiā pharaōis: Si iueni gr̄az ī cōspectu
vr̄o loq̄mini ī aurib⁹ pharaōis: eo q̄ pater
me⁹ adiurauēit m̄ dicēs: En morior: ī sepul
chro meo qd̄ fodi mihi ī terra chanaā sepe
lies me. Ascēdā igit̄ ⁊ sepeliā patrē meū ac
reuertar. Dixitq₃ ei pharao: Ascēde ⁊ sepe
li patrē tuū sicut adiuratus es: quo ascen-
dente ierūt cū eo oēs seniōes dom⁹ phara-
onis: cūctiq₃ maiores natu terre egypti: do
mus ioseph cū fr̄ib⁹ suis absq₃ paruulis ⁊
gregibus atq₃ armētis q̄ dereliquerāt ī ter
ra iessen. Habuit q₃ ī comitatu currus ⁊ eq̄
tes ⁊ facta est turba non modica: venerunt
q₃ ad areā achad q̄ sita ē trās iordanē: ubi
celebrātes exeq̄as plātu magno atq₃ vehe-
mēti īpleuerūt septē dies. Qd̄ cū uidissent
hītatores terre chanaā dixerūt: Plāt⁹ ma-
gnus est iste egyptiis. Et iccirco uocatū ē
nomen loci illius plantus egypti. Fece-
rūt ergo filii iacob sicut precepat eis: ⁊ por
tātes eum ī terra chanaā sepelierūt eū ī spe
luncha duplici: quā emerat abraā cū agro
ī possessionē sepulchri ab ephron etheo cō
tra faciē mābre. Reuersusq₃ est ioseph in e-
gyptū cum fr̄ibus suis ⁊ omni comitatu se
pulto patre. Quo mōtuo timētes fr̄es ei⁹ ⁊
mutuo colloquētes: ne fōte memō sit iniu
rie quā passus est: ⁊ reddat nobis ōe malū
qd̄ fecimu⁹: mādauerunt ei dicētes: Pater
tuus precepit nobis anteq̄ moreret: ut hec
tibi verbis illius dicēm⁹: Obsecro ut obli-
uiscaris scelez fratrū tuoz: ⁊ pcci atq₃ ma
licie quā exercuerūt ī te: nos quoq₃ oram⁹
ut fuo dei pr̄i tuo dimittas iniq̄tātē hanc.
Quibus auditis fleuit ioseph. Ueneruntq₃
ad eū fratres sui ⁊ ꝓni adorātes ī terrā di-
xerūt: Serui tui sum⁹. Quibus ille r̄ndit:
Nolite timere: Nū dei possum⁹ resistere uo
luntati? vos cogitastis de me malū sed deus
vertit illud ī bonuz: ut exaltaret me sicut in
p̄ntiarū cernitis ⁊ saluos facēt multos po-
pulos: Nolite timere: ego pascā uos ⁊ puu
los vr̄os. Cōsolatusq₃ est eos ⁊ blāde ⁊ le-
niter ē locutu⁹: ⁊ hītauit in egypto cū ōi do
mo pr̄is sui. Uixit cētuzdecē ānis: ⁊ vidit ef
frai filios vsq₃ ad tertiā geneatōnē. Filii q₃
machir filii manasse nati sūt ī gēib⁹ ioseph.
Quibus trāsactis locutus ē fr̄ib⁹ suis: P⁹
mōtē meā de⁹ uisitabit vos ⁊ ascēdere vos
faciet de t̄ra ista ad terrā quā iurauit abra
am isaac ⁊ iacob. Cūq₃ adiurasset eos atq₃
dixisset: Deus uisitabit uos: asportate ossa
mea vobiscuz de loco isto: mōtu⁹ ē expletis
centūdecē uite sue ānis: ⁊ cōditus aromati
bus repositus ē in loculo in egypto.

Explicit lib' bresith. i. Genesis. Incipit liber
hellesmoth quē nos exodi diciz⁹. capl'z. I.

H Ec sunt nomina filio
rum isrl' q̄ ingressi sunt in egy
ptū cū iacob. Singuli cum do
mibus suis introierūt ruben
simeon leui iudas isachar za
bulon ⁊ bēiamin dan ⁊ neptali gad ⁊ aser.
Erāt igitur oēs aīe eoz q̄ egressi sūt d̄ femo
re iacob septuagitaq̄nq₃. Joseph aūt ī egyp
to erat. Quo mōtuo ⁊ uniuēsis fr̄ib⁹ eius
omniq₃ cognatiōe sua: filii isrl' creuerūt ⁊ q̄
si gēminātes multiplicati sū: ac roborati ni-
mis ipleuerunt terrā. Surrexit interea rex
nouus sup egyptum q̄ ignorabat ioseph ⁊
ait ad populū suum: Ecce populus filiorū
isrl' m̄ltus ⁊ fortior nobis ē: uenite sapiēter
opprimamus eū ne forte multiplicetur: ⁊ si

igruerit cõtra nos bellū: addatur inimicis nostris expugnatis q₃ nobis egrediat̃ de t̃ra. Preposuit itaq₃ eis mḡros opuz ut affligerēt eos oneribꝰ. Edificauerūtq₃ vrbes tabnaculoꝝ pharaōi phitõ ⁊ ramesses. Quātoq₃ opp̄mebāt eos: tāto magꝭ multiplicabāt ⁊ crescebāt. Oderātq₃ filios isrl̄ egyptij ⁊ affligebāt illudētes ⁊ iuidētes eis: atq₃ ad amaritudiez ꝑducebāt vitā eoꝝ opibꝰ duris luti ⁊ latis oīq₃ fāulatu q̊ i t̃re opibꝰ p̄mebāt. Dixit āt rex egypti obstetricibꝰ hebreoꝝ: q̄ꝝ una uocabatur sephora alt̃a phua precipiēs eis: Qñ obstetricabitis hebreas ⁊ ptꝰ tēpꝰ aduenerit: si masculus fuerit intẽficite euz: si femia reseruate. Timuerunt āt obstetrices deuz: ⁊ nõ fecerunt iuxta ꝓceptuz regis egypti: s₃ cõſuabāt mares. Quibꝰ accersitis ad se rex ait: Quid nā ē hoc qȯ facẽ voluistis: vt pueros ſuaretis? Que rñderūt: Nõ s̃t hebree sicut egyptie mulieres. Ipe.n. obstetricādi hñt sciaz: ⁊ ꝑusq̄ ueiamꝰ ad eas pariūt. Bñ ergo fecit deꝰ obstetricibꝰ ⁊ creuit ppl̄s: ꝯfortatusq₃ ē nimis. Et q₂ timuerūt obstetrices deū: edificauit eis domos. Precepit ergo pharao oī ppl̄o suo dicens. Quicq̄d masculini sexus natuz fuerit i flumē ꝓijcite: q̄cq̄d femini reseruate. II

Egressus ē pꝰ hec vir ȯ domo leui ⁊ accepit vxōez stirpis sue q̄ ꝯcepit ⁊ pepit filiū: ⁊ vidēs eū elegātē abscõdit tribꝰ mēsibꝰ. Cūq₃ iā celare nõ posset: sūpsit fiscellā scirpeā ⁊ liniuit eaz bitumie ac pice: posuitq₃ itꝰ ifantuluz: ⁊ exposuit euz i carecto ripe fluminis stāte, ꝓcul sorore eiꝰ ⁊ cõsiderāte euētuz rei. Ecce autē ȯscēdebat filia pharaōis ut lauaret i flumine: ⁊ puelle eiꝰ gradiebātur ꝑ crepidinē aluei. Que cuz uidisset fiscellam i papyrione misit unā e fāulabus suis: ⁊ allatā apiēs: cernēsq₃ i ea ꝑuuluz vagiētē miserata eiꝰ ait: De ifātibus hebreorū ē hic. Cui soror pueri: Uis iquit ut uadā ⁊ vocē t̃ mulierē hebreā que nutrire possit ifātuluz? Rñdit: Uade. Perrexit puella ⁊ vocauit matrē suaz: ad quā locuta filia pharaōis: Accipe ait puerū istum ⁊ nutri mihi: ego dabo t̃ mercedē tuā. Suscepit mulier ⁊ nutriuit pueꝝ: adultūq₃ tradidit filie pharaōis: quē illa adoptauit in locuz filij: vocauitq₃ nomē eiꝰ moyses dicēs: Quia de aqua tuli euz. In diebꝰ illis pꝰq̄ creuerat moyses: egressus ē ad f̃res suos: viditq₃ afflictionē eoꝝ ⁊ viꝝ egyptiū ꝑcutiētē quēdā de hebreis f̃ribꝰ suis. Cūq₃ circūspexisset huc atq₃ illuc ⁊ nulluz adesse vidiss₃: ꝑcussuz egyptium abscõdit sabulo: ⁊ egressus die altero ꝯspexit duos hebreos rixantes: dixitq₃ ei qui faciebat iiuriā: Quare ꝑcutis ꝓximū tuuz? Qui rñdit: Quis cõstituit te pricipē ⁊ iudicē sup̲ nos? Nū occidere me tu vis sicut heri occidisti egyptium? Timuit moyses ⁊ ait: Quō palā factū ē v̄bū istud? Audiuitq₃ pharao sermonē hūc: ⁊ q̄rebat occidē moysē. Qui fugiēs de conspectu eiꝰ moratꝰ ē i terra madiā ⁊ sedit iuxta puteū. Erāt autē sacerdoti madiā septez filie q̄ venerāt ad hauriēdū aquā: ⁊ ipletis canalibꝰ adaquare cupiebāt greges pr̄is sui. Sup̲uenē pastores ⁊ eijcierūt eas. Surrexitq₃ moyses ⁊ defensis puellis adaq̄uit oues earū: que cū reuertissēt ad raguel p̄rez suū: dixit ad eas: Cur velociꝰ uēistis solito? Rñderūt: vir egyptiꝰ libauit nos ȯ māu pastoꝝ: insup ⁊ hausit aquā nobiscū: potūq₃ dedit ouibꝰ. At ille: ubi est inquit? Quare dimisistis hominē? uocate eū ut cõedat panē. Jurauit ergo moyses q̄ hitaret cuz eo. Accepitq₃ sephorā filiā eiꝰ vxorē q̄ pepit ei filiū quē vocauit gersan dicēs: Aduena fui i t̃ra aliena: alteꝝ v̄o pepit quē vocauit elizer dicēs: Deꝰ .n. pr̄is mei adiutor meꝰ ⁊ eripuit me de māu pharaōis. Post m̄ltuz vero tēporis mõtuus est rex egypti: ⁊ igemiscētes filij isrl̄: ꝓpter opera vociferati s̃t. Ascēditq₃ clamõ eoꝝ ad deū ab opibꝰ: ⁊ audiuit gēitū eoꝝ ac recõdatꝰ ē federis qȯ pepigit cū abraā isaac ⁊ iacob: ⁊ respexit dñs filios isrl̄ ⁊ liberauit eos III

Moyses autē pascebat oues ietro socerisui sacerdotis madian. Cūq₃ minasset gregē ad iteriora deserti: venit ad mõtez dei oreb. Apparuitq₃ ei dñs i flāma ignis de medio rubi: ⁊ videbat q̄ rubꝰ arderet ⁊ nõ cõbureret: Dixit ergo moyses: Uadaz ⁊ uidebo visionē hāc magnā: q₂ non ꝯburat rubus. Cernēs aūt dñs q̄ ꝓgeret ad videndū: vocauit eū de medio rubi ⁊ ait: Moyses moyses. Qui rñdit: Adsum. At ille: ñ appropes iquit huc. Solue calciamētū de pedibus tuis. Locus enim in quo stas terra sācta est: ⁊ ait: Ego sum deus patris tui: deus abraam: deus isaac ⁊ deus iacob. Abscondit Moyses faciem suam. Non enim audebat aspicere contra deum. Cui ait dominus: Uidi afflictõnē populi mei i egypto

⁊ clamorē eius audiui ꝓpter duriciā eoꝝ q̄ ꝑsunt operibus: ⁊ sciens dolorē eiꝰ descē di ut liberē euȝ de māibꝰ egyptiorū: ⁊ educā de terra illa i terrā bonā ⁊ spatiosā i terraȝ q̄ fluit lacte ⁊ melle ad loca chanāei ⁊ ethei ⁊ amōrei ⁊ pherezei ⁊ euei ⁊ iebusei. Clāor ergo filiorū isrl' venit ad me: vidiq̄ȝ afflicti onē eoꝝ q̄ ab egyptiis opprimūtur. Sȝ ue ni ⁊ mittā te ad pharaonē ut educas ppl'm meū filios isrl' de egypto. Dixitq̄ȝ moyses ad deū: Quis sū ego ut uadā ad pharaonē ⁊ educā filios isrl' d' egypto? Qui dixit: Ego ero tecū: ⁊ hoc hēbis signū q꞉ miseri te: cū eduxeris populū meū de egypto imolabis deo sup mōtē istū. Ait moyses ad deū: Ec ce ego vadā ad filios isrl' ⁊ dicā eis: Deꝰ pa trū vr̄orū misit me ad vos. Si dixerint mi hi: Quod est nomē eius: q̄d dicā eis? Dixit des ad moysen: Ego sū q̄ sū. Ait: Sic dices filijs isrl': Qui ē misit m̄ ad vos. Dixitq̄ȝ ite rū deꝰ ad moysen. Hec dices filis isrl': Dn̄s deꝰ pr̄ȝ vr̄orū deꝰ abraā ⁊ deus isaac ⁊ deꝰ iacob misit me ad vos. Hoc nomē mihi est in eternuȝ ⁊ hoc memoriale meū i generati one ⁊ generationē. Uade cōgrega seniores isrl' ⁊ dices ad eos: Dn̄s deꝰ patrū vr̄orum apparuit mihi deꝰ abraā ⁊ deꝰ isaac ⁊ deꝰ ia cob dicēs: Uisitās visitaui vos: ⁊ vidi oīa q̄ acciderūt vobꝭ i egypto ⁊ dixi ut educā vos de afflictiōe egypti i terrā chananei ⁊ ethei ⁊ amorrei ⁊ pherezei ⁊ euei ⁊ iebusei ad t̄ rā fluētē lacte ⁊ melle: ⁊ audient vocē tuā. Ingredierisq̄ȝ tu ⁊ seniores isrl' ad regē egy pti ⁊ dices ad eū: Dn̄s deꝰ hebreoruȝ voca uit nos: Ibimꝰ viā triū dieruȝ i solitudīeȝ: ut imolemus dn̄o deo nr̄o. Sȝ ego scio q꞉ nō dimittet vos rex egypti ut eatis nisi per manū validā: extendāq̄ȝ manū meā ⁊ ꝑcu tiā egyptū i cūctis mirabilibꝰ meis q̄ factu rus sū i medio eoꝝ: pꝰ hoc dimittet vos da boq̄ȝ grāȝ ppl'o huic corā egyptijs: ⁊ cū egre diemini nō exibitꝭ vacui: sed postulabit muli er a vicina sua ⁊ ab hospita sua vasa argē tea ⁊ aurea ac vestes: ponetisq̄ȝ eas sup fili os ⁊ filias vr̄as ⁊ spoliabitꝭ egyptū IIII

Respōdēs moyses ait: Nō credent mi hi neq̄ȝ audiēt uocē meā: sed dicent: Nō apparuit tibi dn̄s. Dixit ergo dn̄us ad euȝ: Quid ē qd̄ tenes i manu tua? Rn̄dit: Uirga. Dixitq̄ȝ dn̄s: Proijce eā in terram. Proiecit ⁊ versa ē in colubruȝ ita ut fugēt moyses. Dixitq̄ȝ dn̄us: Extende manū tuā ⁊ apprehende caudā eius. Extēdit ⁊ tenuit: versaq̄ȝ est in virgam: Ut credāt iquit q꞉ ap paruerit tibi dn̄s deꝰ patrū tuorū deꝰ abra am ⁊ deꝰ isaac ⁊ deꝰ iacob: Dixitq̄ȝ dn̄s rur sū mitte manū tuā in sinū tuuȝ. Quā cum misisset in sinū ꝓtulit leprosā instar niuis: Retrahe ait manū tuaȝ i sinū tuū: retraxit ⁊ ꝓtulit iteruȝ ⁊ erat similis carni relique. Si n̄ crediderit inquit tibi neq̄ȝ audierint sermonē signi prioris credēt verbo signi se quentis. Q꞉ si nec duobus q̄dem his signis crediderit neq̄ȝ audierint uocem tuā: sume aquā flumis ⁊ effunde eam sup aridam: ⁊ q̄cquid hauseris de fluuio vtet̄ i sāguineȝ. Ait moyses: Obsecro dn̄e nō sum eloquēs ab heri ⁊ nudiusterciꝰ: ⁊ ex quo locutꝰ es ad ꝟuū tuū: ipeditioris ⁊ tardioris ligue sū. Di xit dn̄s ad eū: Quis fecit os hominis: aut quis fabricatus est mutū ⁊ surdū videnteȝ ⁊ cecū? Nō ego? Perge igitur ⁊ ego ero in o re tuo: doceboq̄ȝ q̄d loq̄ris. At ille obsecro dn̄e iquit: mitte queȝ missurus es. Iratus dn̄s i moysen ait: Aaron frater tuꝰ leuites scio q꞉ eloquens sit: ecce ipse egredietur i oc cursuȝ tuum: vidensq̄ȝ te letabitur corde: lo quere ad eū ⁊ pone verba mea i ore eiꝰ: ⁊ e go ero i ore tuo ⁊ in ore illius: ⁊ ostendā vo bis q̄d agere debeatꝭ: ⁊ ipse loq̄t̄ ꝑ te ad po pulū ⁊ erit os tuū: tu aūt̄ eris i his q̄ ad d̄ um ꝑtinēt. Uirgā q̄ȝ hac sume i manu tua q̄ia facturus es signa. Abiit moyses ⁊ re uersus ē ad ietro soceꝝ suū: Dixitq̄ȝ ei: Ua dam ⁊ reuertar ad fr̄es meos i egyptuȝ ut videā si adhuc viuāt. Cui ait ietro: Uade i pace. Dixit ergo dn̄s ad moysen i madian: Uade ⁊ reuertē i egyptū: mortui eni st̄ oēs q̄ q̄rebāt aīaȝ tuā. Tulit ergo moyses uxo rē suā ⁊ filios suos ⁊ iposuit eos sup asinū reuersusq̄ȝ est i egyptū portās virgā dei in manu sua. Dixitq̄ȝ ei dn̄s reuertēti i egy ptū: Uide ut oīa ostēta q̄ posui in māu tua facias corā pharaone: ego indurabo cor eiꝰ ⁊ non dimittet populū: Dicesq̄ȝ ad eū: Hec dicit dominus: Filius meꝰ primogenitus es isrl'. Dixi tibi: Dimitte filium meum ut ser uiat mihi ⁊ noluisti dimittere eum: Ecce e go iterficiam filium tuum primogenitum Cūq̄ȝ esset in itinere in diuersorio occurrit ei dominus ⁊ volebat occidere eum. Tulit illico sephora acutissimā petrā ⁊ circūcidit preputiū filij sui. Tetigitq̄ȝ pedes eiꝰ ⁊ ait: Spōsus sāguinū tu mihi es: ⁊ dimisit euȝ

postq̄ dixerat: Spōsus sāguinū tu mihi es ob circūcisionē. Dixitq̄ dn̄s ad aarō: Uadē i occursū dn̄i i desertū. Qui perrexit obuiam ei i mōtem dei ꝛ osculat⁹ ē eū. Narrauitq̄ moyses aarō oīa v̄ba dn̄i p q̄b⁹ miserat eū ꝛ signa q̄ mādauerat. Ueneruntq̄ simul ꝛ ꝯgregauerūt cūctos seniores filioꝝ isrl̄. Locut⁹q̄ ē ad aarō oīa v̄ba q̄ dixerat dn̄s ad moysē ꝛ fecit signa corā populo ꝛ credidit populus. Audieruntq̄ q̄ visitasset dn̄s filios isrl̄ ꝛ q̄ respexisset afflictionē illorum ꝛ p̄ni adorauerunt.

V

POst hec igressi sūt moyses ꝛ aarō ꝛ dixerūt pharaōi: Hec dicit dn̄s de⁹ isrl̄: Dimitte populū meū ut sacrificet mihi i deserto. At ille r̄ndit: Quis ē dn̄s ut audiam vocē ei⁹ ꝛ dimittā isrl̄? Nescio dn̄z ꝛ isrl̄ nō dimittā. Dixeruntq̄: De⁹ hebreoꝝ vocauit nos ut eam⁹ viā triū dierū i solitudinē ꝛ sacrificemus dn̄o deo n̄ro: ne forte accidat nobis pestis aut gladius. Ait ad eos rex egypti: Quare moyses ꝛ aaron solicitatis pplm ab operibus suis? Ite ad onera v̄ra. Dixitq̄ pharao: Mult⁹ ē ppl̄s terre: videtis q̄ turba succreuerit: quātomagis si dederit requiē ab operib⁹? Precepit ergo i die illo p̄fectis operū ꝛ exactorib⁹ populi dicēs: Neq̄q̄ vltra dabitis paleas populo ad cōficiēdos lateres sicut p̄us: sed ipi vadāt ꝛ colligāt stipulas ꝛ mēsurā laterū quā pri⁹ faciebant iponetis sup eos nec minuetis q̄cq̄. Uacāt eni ꝛ iccirco vociferātur dicētes: Eam⁹ ꝛ sacrificem⁹ deo n̄ro: opp̄mātur opib⁹ ꝛ expleant ea ut nō acq̄escāt v̄bis mēdacib⁹. Igit egressi p̄fecti opeꝝ ꝛ exactores ad populum dixerunt: Sic dicit pharao: nō do vob̄ paleas: Ite ꝛ colligite sicubi iuenire poteritis nec minuetur q̄cq̄ de opere v̄ro. Dispsusq̄ ē populus i oēz terrā egypti ad colligēdas paleas. Prefecti q̄z operū istabāt dicentes: Cōplete op⁹ v̄rz quotidie ut p̄us facere solebatis q̄n dabātur vobis palee. Flagellatiq̄ sūt qui preerāt opib⁹ filioꝝ isrl̄ ab exactorib⁹ pharaōis dicētib⁹: Quare nō iplestis mēsurā lateꝝ sicut p̄us nec heri nec hodie? Ueneruntq̄ prepositi filiorū isrl̄ ꝛ vociferati sūt ad pharaonē dicētes: Cur ita agis cōtra seruos tuos? Palee nō dātur nobis ꝛ lateres siliter iperātur. En famuli tui flagell̄ cedimur ꝛ iiuste agitur cōtra populū tuū. Qui ait: Uacatis ocio: ꝛ iccirco dicitis: Eam⁹ ꝛ sacrificem⁹ dn̄o: Ite ergo ꝛ opamini: Palee n̄ dabūt vob̄: ꝛ reddetis ꝯsuetū n̄ūeruz lateꝝ. Uidebāntq̄ se p̄positi filioꝝ isrl̄ i malū eo q̄ diceret eis: Nō minuet q̄cq̄ opis d̄ laterib⁹ p sigulos dies. Occurreruntq̄ moysi ꝛ aarō q̄ stabāt ex aduēso egrediētes a pharaōe ꝛ dixerūt ad eos: Uideat dn̄s ꝛ iudicet: q̄m fetere fecistis odorē nostrum coram pharaōe ꝛ seruis ei⁹: ꝛ p̄buistis ei gladium ut occideret nos. Reuersusq̄ ē moyses ad dn̄m ꝛ ait: Dn̄e cur afflixisti populū istū? q̄re misisti me? ex eo eni q̄ igressus sū ad pharaonē ut loq̄rer ex noīe tuo afflixit populū tuū ꝛ nō liberasti eos.

VI

DIxitq̄ dn̄s ad moysen: Nūc videbis q̄ facturus sū pharaōi: Per manū .n. fortē dimittet eos ꝛ i manu robusta eiecit illos de terra sua. Locutusq̄ ē dn̄s ad moysē dicēs: Ego dn̄s qui apparui abraā isaac ꝛ iacob i deo omnipotēte ꝛ nomē meū adonai nō idicaui eis: pepigiq̄ fedus cū eis ut darē eis terrā chanaā: terrā peregrinatōis eorū in q̄ fuerunt aduene. Ego audiui gemituz filiorū isrl̄ q̄ egyptij oppresserunt eos ꝛ recōdatus sū pacti mei. Ideo dic filijs isrl̄: Ego dn̄s q̄ educā vos de ergastulo egyptioruz ꝛ eruā de seruitute ac redimā i brachio excelso ꝛ iudicijs magnis ꝛ assumā vos mihi i populū ꝛ ero v̄r de⁹: ꝛ scietis q̄a ego sū dn̄s de⁹ v̄r qui eduxeri vos de ergastulo egyptioꝝ ꝛ iduxeri vos i terrā sup quam leuaui manū meā ut darē eā abraā isaac ꝛ iacob: daboq̄ illā possidēdā vobis ego dn̄s. Narrauit ergo moyses oīa filijs isrl̄: q̄ non acq̄euerūt ei ꝑpt angustiā sp̄u⁹ ꝛ op⁹ durissimū. Locutusq̄ ē dn̄s ad moysē dicēs: Ingredere ꝛ loq̄re ad pharaonē regem egypti ut dimittat filios isrl̄ de terra sua. R̄ndit moyses coram dn̄o: Ecce filij israel nō audiunt me ꝛ q̄uō audiet me pharao p̄sertiz cū icircūcisus sim labijs. Locutusq̄ est dominus ad moysen ꝛ aaron: ꝛ dedit mandatum ad filios israel ꝛ ad pharaonē regem egypti ut educerent filios israel de terra egypti. Isti sunt principes domorum per familias suas. Filij ruben primogeniti israel: enoch ꝛ phallu esrom ꝛ charmi. He cognatiōes ruben. Filij simeon iamuel ꝛ iamin ꝛ iami ꝛ haod ꝛ iachin ꝛ saber ꝛ saul filius chanāitidis. He ꝓgēies simeō. Et hec noīa filiorū leui p cognatōes suas gersō ꝛ caath ꝛ merati. Anni aūt vite leui fuerunt centū

trigitaseptē. Filij gerson lobni ⁊ semei ꝑ cognatōes suas. Filij caath amram ⁊ isuar ⁊ hebron ⁊ oziel. Anni q̊ꝫ uite caath cētūtriginta tres: filij merari mooli ⁊ musi. He cognatiōes leui ꝑ familias suas. Accepit aūt amram vxorē iochabeth patruelē suā: q̄ pepit ei aarō ⁊ moysen ⁊ mariā. Fuerūtqꝫ anni vite amraz centū trigitaseptē. Filij q̊ꝫ isuar chore ⁊ napheg ⁊ zechri. Filijqꝫ oziel misael ⁊ elisaphan ⁊ sechri. Accepit aūt aarō vxorez helisabet filiam aminadab sororez naasō q̄ pepit ei nadab ⁊ abiu ⁊ eleazar ⁊ ithamar. Filij q̊ꝫ chōe aser ⁊ helchana ⁊ abiasab. He st̄ cognatōes choritarū. At v̊o eleazar fili⁹ aarō sacerdotū accepit vxōez d̊ filiab⁹ phutiel q̄ pepit ei phīees. Hi sūt pn̄cipes familiarū leuiticaꝝ ꝑ cognatōes suas. Iste ē aarō ⁊ moyses qb⁹ p̄cepit dn̄s vt educerēt filios isrl̄ de t̄ra egypti ꝑ tūmas suas: hi sūt q̄ loquūt̄ ad pharaonē regē egypti ut educāt filios isrl̄ de egypto: iste ē moyses ⁊ aarō i die q̄ locut⁹ ē dn̄s ad moysē i t̄ra egypti: ⁊ locutus ē dn̄s ad moysē dicēs: Ego dn̄s: loq̄re ad pharaonē regē egypti oīa q̄ loquō t̄. Et ait moyses corā dn̄o: En icircūcis⁹ labijs sū q̄uō audiet me pharao

VII

Dixitqꝫ dn̄s ad moysen: Ecce ꝯstitui te deū pharaōis ⁊ aaron frater tu⁹ erit ꝓpheta tu⁹: tu loq̄ris ei oīa q̄ mādo tibi ⁊ ille loquetur ad pharaonē ut dimittat filios isrl̄ de terra sua: sꝫ ego idurabo cor ei⁹ ⁊ mltiplicabo signa ⁊ ostēta mea i terra egypti ⁊ nō audiet vos: imittāqꝫ manū meā super egyptū ⁊ educā exercitū ⁊ ppl'z meuz filios isrl̄ de terra egypti ꝑ iudicia maxima ⁊ scient egyptij q̄a ego sū dn̄s q̄ extēderi manuz meā sup egyptū ⁊ eduxeri filios isrl̄ de medio eoꝝ. Fecit itaqꝫ moyses ⁊ aarō sicut p̄ceperat eis dominus. Erat autem moyses octogita ānoꝝ ⁊ aarō octogita triuz qn̄ locuti sūt ad pharaonē. Dixitqꝫ dn̄s ad moysen ⁊ aarō: Cū dixerit vobis pharao: Ostēdite signa: dices ad aaron: Tolle virgā tuaz ⁊ ꝓijce eā corā pharaone ⁊ seruis ei⁹ ac v̄tatur i colubrū. Ingressi itaqꝫ moyses ⁊ aarō ad pharaonē fecerūt sicut p̄ceperat dominꝰ: Tulitqꝫ aarō v̄gā corā pharaōe ⁊ s̄uis ei⁹ q̄ v̄sa ē i colubꝝ. Uocauit āt pharao sapiētes ⁊ maleficos ⁊ icātatores ⁊ fecerūt ēt ipi ꝑ incātatōes egyptiacas ⁊ arcana q̄dā silr̄: proiecerūtqꝫ singuli v̄gas suas q̄ v̄se sūt i dracones: sed deuorauit uirga aarō virgas eoꝝ. Induratūqꝫ ē cor pharaōis ⁊ nō audiuit eos sicut p̄cepat dominꝰ. Dixit autē dn̄s ad moysē. Ingrauatū ē cor pharaonis ⁊ nō vult dimittere ppl'z: uade ad euz mane: ecce egredietur ad aq̄s ⁊ stabis in occursū ei⁹ sup ripā flumis: ⁊ virgā q̄ cōuersa est i draconē tolles in manu tua: dicesqꝫ ad eū: Dn̄s de⁹ hebreorū misit me ad te dicēs: Dimitte ppl'm meū ut sacrificet mihi i deserto ⁊ usqꝫ ad pn̄s audire noluisti: Hec igit̄ dicit dn̄s: In hoc scies q̄ sim dn̄s. Ecce percutiā virga que i manu mea ē aquā fluis ⁊ vertetur i sanguinē: pisces q̊ꝫ q̄ sūt i fluuio morient̄ ⁊ ꝯputrescēt aque ⁊ affligētur egyptij bibētes aquā fluis. Dixit q̊ꝫ dn̄s ad moysē: Dic ad aarō: Tolle virga tuā ⁊ extēde manū tuā sup aquas egypti ⁊ sup fluuios eoꝝ ⁊ riuos ⁊ paludes ⁊ oēs lacus aq̄rū ut vertātur i sāguinē ⁊ sic cruor in ōi terra egypti tā i ligneis uasis q̄ i saxeis. Fecerūtqꝫ moyses ⁊ aaron sicut p̄cepeperat dn̄s ⁊ eleuās virgā ꝑcussit aquā fluis corā pharaōe ⁊ seruis ei⁹ que versa ē i sāguinē ⁊ pisces q̄ erāt i flumie mortui sūt: ꝯputruitqꝫ fluui⁹ ⁊ nō poterāt egyptij bibere aquā flumis ⁊ fuit sāguis i tota terra egypti. Feceruntqꝫ silr̄ malefici egyptiorū icātatōibus suis: ⁊ iduratū est cor pharaonis: nec audiuit eos sicut p̄ceperat dominus: auertitqꝫ se ⁊ igressus ē domū suā: nec apposuit cor etiaz hac vice. Foderūt aūt oēs egyptij ꝑ circuitū fluminis aquā ut biberēt. Nō eni poterāt bibere aquā flumis. Impletiqꝫ sūt septē dies postq̄ ꝑcussit dn̄s fluuiū.

VIII

Dixit quoqꝫ dn̄s ad moysē: Ingredere ad pharaonē ⁊ dices ad eū: Hec dicit dominus: Dimitte populū meū ut sacrificet mihi: Si autē nolueris dimittere ecce ego ꝑcutiā oēs termios tuos ranis ⁊ ebulliet fluuius ranas q̄ ascēdēt ⁊ igredietur domū tuā ⁊ cubiculū lectuli tui ⁊ sup stratuz tuū ⁊ in domos seruorum tuorum ⁊ in populum tuum ⁊ in furnos tuos ⁊ ⁊ in reliquias ciborum tuorum ⁊ ad te ⁊ ad populū tuum ⁊ ad omnes seruos tuos intrabunt rane. Dixitqꝫ dominus ad moysen. Dic ad aaron: Extende manum tuam super fluuios ⁊ sup riuos ⁊ paludes ⁊ educ ranas super terrā egypti. Et extēdit aarō manū super aquas egypti ⁊ ascēderūt rane: opuerūtqꝫ t̄rā egypti. Fecerūt āt ⁊ malefici ꝑ icātationes

suas similiter: eduxerūtq3 ranas sup terrā egypti: Uocauit āt pharao moysē ⁊ aarō ⁊ dixit eis: Orate dñz ut auferat ranas a me ⁊ a populo meo: ⁊ dimittā populū ut sacrificet dño. Dixitq3 moyses ad pharaoēz: Cōstitue mihi qñ ōpcer ꝑ te ⁊ ꝑ seruis tuis ⁊ ꝑ pplo tuo: ut abigātur rane a te ⁊ a domo tua ⁊ a suis tuis ⁊ a populo tuo ⁊ tm̄ i flumie īmaneāt. Qui rñdit: Cras. At ille Juxta inquit vbū tuū faciaz: ut scias qm̄ nō est sicut dñs deꝰ noster ⁊ recedēt rane a te ⁊ a domo tua ⁊ a suis tuis ⁊ a populo tuo ⁊ tm̄ i flumie remanebūt. Egressiq3 sūt moyses ⁊ aaron a pharaone ⁊ clamauit moyses ad dñz ꝓ spōsiōe ranarū quā cōdixerat pharaōi. Fecitq3 dñs iuxta uerbū moysi: ⁊ mortue sūt rane de domibꝰ ⁊ de villis et ō agris: congregauerūtq3 eas i imensos aggeres et cōputruit terra. Uidēs aūt pharao ꝙ data esset requies igrauauit cor suū et ñ audiuit eos sicut p̄ceperat dominus. Dixitq3 dominꝰ ad moysē: Loqre ad aarō: Extēde vgā tuā ⁊ pcute puluerez terre ⁊ sint cynifes i vniuersa terra egypti. Fecerūtq3 ita: ⁊ extēdit aaron manū virgaz tenēs: pcussitq3 puluerē terre ⁊ facti sūt cynifes i hoibꝰ ⁊ iumētis: ois puluis terre versus ē i cynifes ꝑ totā terrā egypti. Fecerūtq3 similit malefici icātatiōibus suis ut educerent cynifes ⁊ nō potuerūt. Erātq3 cynifes tā i homibꝰ ꝙ̄ i iumētis: Et dixerūt malefici ad pharaonē: Digitꝰ dei ē hic. Induratūq3 ē cor pharaōis ⁊ nō audiuit eos sicut p̄ceperat dñs. Dixit q3 dñs ad moysen: Cōsurge diluculo ⁊ sta corā pharaōe: egrediet eni ad aquas ⁊ dices ad eū: Hec dicit dñs: Dimitte pplm meū ut sacrificet mihi: ꝙ si nō dimiseris eū ecce ego mittā i te ⁊ i seruos tuos ⁊ i pplm tuū ⁊ i domos tuas ōe genus muscarū ⁊ iplebūt oēs domus egyptiorū muscis diuersi generis ⁊ vniuersa terra i q̄ fuerit. Faciāq3 mirabilē i die illa terrā iessen in q̄ populꝰ meꝰ est: ut nō sint ibi musce: ⁊ scias qm̄ ego dñs i medio terre: ponāq3 diuisionē iter populū meū ⁊ populū tuū. Cras erit signum istud. Fecitq3 dñs ita: ⁊ venit musca grauissima i domos pharaōis ⁊ suorū eiꝰ ⁊ i oēz t̄rā egypti: cōruptaq3 ē t̄ra ab huiuscemōi muscis. Uocauitq3 pharao moysē ⁊ aaron ⁊ ait eis: Ite ⁊ sacrificate deo vr̄o in terra hac. Et ait moyses: Nō pōt ita fieri. Abominatiōes eni egyptiorū īmolabimus dño deo nostro: Q si mactauerimus ea que colūt egyptii corā eis: lapidibus nos obruēt. Uiā triū dierū ꝑgemꝰ i solitudinē: ⁊ sacrificabimus dño deo nr̄o sicut p̄cepit nob. Dixitq3 pharao: Ego dimittā vos vt sacrificetis dño deo vr̄o i deserto: verūtn̄ lōgius ne abeatis: rogate ꝑ me. Et ait moyses: Egressus a te orabo dñz: ⁊ recedet musca a pharaōe ⁊ a seruis suis ⁊ a pplo eiꝰ cras: veruz tn̄ noli vltra fallere: ut nō dimittas pplz sacrificarē dño. Egressusq3 moyses a pharaōe orauit dñz: q̄ fecit iuxta vbū illiꝰ ⁊ abstulit muscas a pharaōe ⁊ a seruis suis ⁊ a pplo eiꝰ. Nō supfuit ne vna quidē ⁊ igrauatū ē cor pharaonis: ita vt nec hac quidem vice dimitteret populum. IX

Dixit aūt dñs ad moysen: Ingredē ad pharaonē ⁊ loqre ad eū: Hec dicit dominꝰ deꝰ hebreoꝝ. Dimitte populū meū vt sacrificet mihi: qđ si adhuc renuis ⁊ reties eos: ecce manꝰ mea erit sup agros ⁊ super equos ⁊ asinos ⁊ camelos ⁊ oues ⁊ boues pestis valde grauis: ⁊ faciet dñs mirabile inter possessiōes isrl̄ ⁊ possessiōes egyptiorū: ut nil oio pereat ex his q̄ pertinēt ad filios isrl̄. Cōstituitq3 dñs tēpus dicēs: Cras faciet dñs vbū istud i terra. Fecit ergo dñs verbū hoc altera die ⁊ mortua sūt oia aīantia egyptioꝝ. De aīalibꝰ vero filiorū isrl̄ nihil oio perijt: ⁊ misit pharao ad videndū nec erat quicꝙ̄ mōtuū de his q̄ possidebat isrl̄. Ingrauatūq3 est cor pharaōis ⁊ nō dimisit populū. Et dixit dñs ad moysen ⁊ aaron: Tollite plenas manus cineris de camino ⁊ spgat illū moyses i celū corā pharaōe: sitq3 puluis sup oēz terrā egypti. Erūt. n. i hoibꝰ ⁊ iumētis vlcera ⁊ vesice turgētes i vniuersa terra egypti. Tulerūtq3 cinerē de camio ⁊ steterūt coram pharaone: ⁊ sparsit illum moyses in celum: factaq3 sunt vlcera vesicarū turgentium i hoibus ⁊ iumentis: nec poterant malefici stare coram moyse ꝓpter vlcera que in illis erāt ⁊ in omni terra egypti. Indurauitq3 dominus cor pharaonis ⁊ non audiuit eos: sicut locutus est dominus ad moysen. Dixitq3 dominus ad moysen: Mane consurge ⁊ sta corā pharaone ⁊ dices ad eū: Hec dicit dñs deꝰ hebreoꝝ: Dimitte populū meū vt sacrificet mihi: q̄a in hac vice mittā oēs plagas m̄as sup cor tuū ⁊ sup suos tuos ⁊ sup populū tuū: ut scias ꝙ nō sit silis mei i oi t̄ra. Nūc. n. extēdens

manū pcutiā te ⁊ populū tuū peste: peribis
qȝ de terra. Jccirco āt posui te ut ostēdā in
te fortitudinē meā ⁊ narret nomē meū i oī
terra. Adhuc retines populū meū ⁊ ñ vis
eū dimittē: En pluā cras hac ipa hora grā
dinē mltā nimis: q̄lis nō fuit i egypto a die
q̄ fūdata ē usqȝ i pñs tēpus. Mitte ergo iā
nūc ⁊ ꝯgrega iumēta tua ⁊ oīa q̄ hēs i agro
Hoīes .n. ⁊ iumēta ⁊ vniuersa q̄ īuēta fue-
rit foris: nec ꝯgregata de agris: cecideritqȝ
sup ea grādo: moriētur. Qui timuit verbū
dñi de ſuis pharaōis fecit ꝯfugē seruos su
os ⁊ iumēta i domos: q̄ aūt neglexit ſmo-
nē dñi: dimisit seruos suos ⁊ iumēta i agris
⁊ dixit dñs ad moysē: Extēde manū tuā in
celū ut fiat grando i vniuersa terra egypti
sup hoīes ⁊ sup iumēta ⁊ super oēz herbaz
agri i terra egypti. Extēditqȝ moyses vgaz
i celū ⁊ dñs dedit tonitrua ⁊ grādinē ac di
scurrētia fulgura sup terrā: pluitqȝ domin⁹
grādinē sup terrā egypti: ⁊ grando ⁊ ignis
mixta parit ferebātur: Tātaqȝ fuit magni-
tudis: quāta ante nūq̄ apparuit i vniuersa
terra egypti: ex quo gēs illa cōdita ē: ⁊ per-
cussit grādo i oī terra egypti cūcta q̄ fuerūt
i agris ab hoīe usqȝ ad iumētū: cūctāqȝ her
bā agri pcussit grādo: ⁊ oē lignū regiōis cō
fregit. Tm̄ i t̄ra iessē ubi erāt filij isrl̄ grādo
nō cecidit. Misitqȝ pharao ⁊ vocauit mo
ysen ⁊ aarō dicēs ad eos: Peccaui etiā nūc
dñs iustus ⁊ ego ⁊ popolus meus ipij: ora
te dñz vt desināt tonitrua dei ⁊ grando: vt
dimittā vos ⁊ nequaq̄ hic vltra maneati.
Ait moyses: Cū egressus fuero de vrbe ex-
tēdā palmas meas ad dñm ⁊ cessabūt toni
trua ⁊ grādo nō erit: vt scias q̄a dñi ē t̄ra.
Noui aūt q̄ ⁊ tu ⁊ serui tui necdū timeatis
dñz deū. Linū ergo ⁊ hordeum lesū ē: eo q̄
hordeū esset virēs ⁊ linū iā folliclos germi
naret. Triticū aūt ⁊ far nō sunt lesa q̄a se-
rotina erāt. Egressusqȝ moyses a pharaōe
ex vrbe tetēdit manus ad dñm ⁊ cessauert
tonitrua ⁊ grādo: nec vltra stillauit pluuia
sup terrā. Uidēs āt pharao q̄ cessasset plu
uia ⁊ grādo ⁊ tonitrua auxit pccm̄ ⁊ ingra
uatū est cor ei⁹ ⁊ seruorū illius ⁊ induratū
nimis: nec dimisit isrl̄ sicut pceperat domi-
nus p manū moysi

X

Et dixit dñs ad moysē: Jngredere ad
pharaonē: ego .n. iduraui cor ei⁹ ⁊ ser
uorū illi⁹: vt faciā signa mea hic i eo: ⁊ nar-
res i auribus filij tui ⁊ nepotū tuorū: q̄ties
cōtriuerim egyptios ⁊ signa fecerim in eis:
⁊ sciatis q̄a ego dñs. Jntroierūt ergo moy-
ses ⁊ aaron ad pharaonē ⁊ dixerūt ei: Hec
dicit dñs dus hebreoꝝ: Usqȝquo non vis
subijci mihi: Dimitte populū meū vt sacri
ficet mihi. Sin aūt resistis ⁊ nō vis dimit-
tere eū: ecce ego inducā cras locustā i fines
tuos q̄ opiet supficiē terre: ne q̄cq̄ ei⁹ appa
reat: sȝ comedatur qd̄ residuū fuerit gradi
ni. Corrodēt .n. oīa ligna q̄ germināt i agris
⁊ iplebūt domos tuas ⁊ seruorū tuoruz ⁊
oiuz egyptiorū: quātā nō viderūt pr̄es tui
⁊ aui ex quo orti sūt sup terrā vsqȝ i pñtem
diem. Auertitqȝ se ⁊ egressus ē a pharaōe.
Dixerūt autē serui pharaōis ad eū: Usqȝ
q̄ patiemur hoc scādalū: Dimitte hoīes vt
sacrificēt dño deo suo: Nōne vides q̄ perie
rit egypt⁹. Reuocaueritqȝ moysē ⁊ aarō ad
pharaonē: qui dixit eis: Jte: sacrificate dño
deo vr̄o. Quinā sūt q̄ ituri sīt: Ait moyses
cū paruulis nr̄is ⁊ seniorib⁹ pgem⁹ cū filijs
⁊ filiab⁹ cū ouib⁹ ⁊ armētis. Est eni solēni-
tas dñi dei nr̄i. Et rn̄dit pharao: Sic dñs sit
vobiscū: q̄o ego dimittaz vos ⁊ paruulos
vr̄os: cui dubiū ē q̄ pessime cogitetis: Nō
fiat ita: sȝ ite tm̄ viri ⁊ sacrificate dño. Hoc
eni ⁊ ipi petistis. Statiqȝ eiecti sūt de ꝯspec
tu pharaonis. Dixit aūt dñs ad moysē: Ex
tēde manū tuā sup terrā egypti ad locustaz
vt descēdat sup terrā ⁊ deuoret oēm herbā
q̄ residua fuerit grādini. Et extēdit moyses
virgā sup terrā egypti: ⁊ dñs induxit vētuz
vrētē tota die illa ⁊ nocte: ⁊ mane facto vē-
tus vrēs leuauit locustas: que ascenderunt
sup vniuersā terrā egypti ⁊ sederūt i cūctis
finibus egyptiorū inumerabiles: q̄les ante
illud tēpus nō fuerāt nec postea future sīt.
Operueruntqȝ vniuersā supficiē terrē vastā
tes oīa. Deuorata est igitur herba terre: ⁊
q̄cquid pomorū i arboribus fuit q̄ grando
dimiserat. Nihil ꝙ̄ oio virēs relictū est i li-
gnis ⁊ i herbis terre i cuncta egypto. Quā
obrem festinus pharao vocauit moysen ⁊
aaron ⁊ dixit eis: Peccaui in dominum de
um vestrum ⁊ in vos: sed nūc dimittite pec
catum mihi etiam hac vice: ⁊ rogate domi
num deum vestrum ut auferat a me mor-
tem istam. Egressusqȝ est moyses de cōspe-
ctu pharaonis ⁊ orauit dominum. Qui fla
re fecit ventū ab occidente vehemētissimū.
Et arreptā locustam proiecit i mare rubrū.
Nō remansit nec vna quidē i cūctis finib⁹

egypti. Et indurauit dñs coꝛ pharaõis nec
dimisit filios isrl̃. Dixit aũt dñs ad moysẽ:
Extẽde manũ tuã ĩ celũ ⁊ sint tenebꝛe sup
terrã egypti: tã dẽse ut palpari queãt. Extẽ
ditqꝫ moyses manũ ĩ celũ ⁊ facte sũt tenebꝛe
hoꝛribiles ĩ vniuersa terra egypti. Tribus
diebus nemo vidit fratrẽ suũ: nec mouit se
de loco ĩ quo erat. Ubicũqꝫ aũt hitabãt fi-
lij israel: lux erat. Uocauitqꝫ pharao moy-
sen ⁊ aaron ⁊ dixit eis: Ite sacrificate dño.
Oues tm̃ vr̃e ⁊ armẽta remaneant: paruu-
li vr̃i eãt vobiscũ. Ait moyses: Hostias qꝫ ⁊
holocausta dabis nobis q̃ offeramus dño
deo nr̃o: Cũcti greges pgẽt nobiscũ: non re
manebit ex eis vngula q̃ necessaria sũt ĩ cul
tũ dñi dei nr̃i: pserti cũ ignorem⁹ q̃d debeat
ĩmolari: donec ad ip̃z locũ pueniam⁹. Indu-
rauit dñs coꝛ pharaonis ⁊ noluit dimittẽ
eos. Dixitqꝫ pharao ad moysen: Recede a
me: ⁊ caue ne vltra videas faciẽ meã: quo-
cũqꝫ die apparueris mihi moꝛieris. Rñdit
moyses: Ita fiat vt locutus es: non videbo
vltra faciẽ tuã.

XI

Et dixit dñs ad moysen: Adhuc vna
plaga tãgã pharaonẽ ⁊ egyptũ ⁊ post
hec dimittet vos ⁊ exire ꝯpellet: Dices ergo
oĩ plebi vt postulet vir ab amico suo ⁊ mu
liẽ a vicina sua vasa argẽtea ⁊ aurea ⁊ vestẽ.
Dabit aũt dñs grãz populo suo coꝛã egyp-
tijs. Fuitqꝫ moyses vir magnus valde ĩ ter
ra egypti coꝛã seruis pharaõis ⁊ oĩ popu-
lo ⁊ ait: Hec dicit dñs: Media nocte ĩgredi
ar ĩ egyptũ: ⁊ moꝛietur oẽ pmogenitũ ĩ ter-
ra egyptioꝝ a primogenito pharaonis q̃
sedet ĩ solio ei⁹ vsqꝫ ad pmogenitũ ãcille q̃
ẽ ad molã ⁊ oĩa pmogenita iumẽtoꝝ: erit-
qꝫ clamoꝛ magnus ĩ vniuersa terra egypti:
q̃lis nec ante fuit nec postea futur⁹ ẽ. Apud
oẽs ãt filios isrl̃ nõ mutiet canis ab hoĩe us
qꝫ ad pecus: ut sciat̃ quãto miraculo diui-
dat dñs egyptios ⁊ isrl̃. Descẽdẽtqꝫ oẽs fui
tui isti ad me ⁊ adoꝛabũt me dicẽtes: Egre
dere tu ⁊ oĩs ppl̃s q̃ subiect⁹ est tibi. Post
hec egrediemur: Et exiuit a pharaõe irat⁹
nimis. Dixit ãt dñs ad moysen: Nõ audiet
vos pharao: vt multa signa fiant ĩ terra e-
gypti. Moyses ãt ⁊ aarõ fecerũt oĩa signa
⁊ ostẽta q̃ scripta sũt coꝛã pharaone ⁊ idu-
rauit dñs coꝛ pharaonis: nec dimisit filios
isrl̃ de terra sua.

XII

Dixit qꝫ dñs ad moysen ⁊ aaron ĩ ter-
ra egypti. Mẽsis iste vobis pricipiũ
mẽsiũ pmus erit ĩ mẽsib⁹ ãni: Loq̃mini ad
vniuersũ cetũ filioꝝ isrl̃ ⁊ dicite eis: Decia
die mẽsis hui⁹ tollat vnusq̃sqꝫ agnũ p fa-
milias ⁊ domos suas. Si ãt minoꝛ ẽ nũer⁹
vt sufficere possit ad vescendũ agnũ: assũet
vicinũ suũ q̃ cõiũct⁹ ẽ domui ei⁹ iuxta nũe-
rũ aĩaꝝ q̃ sufficẽ possint ad esuz agni. Erit
aũt agnus absqꝫ macula masculus ãnicu-
lus. Iuxta quẽ ritũ tollet̃ ⁊ heduz: ⁊ serua
bitis eũ vsqꝫ ad q̃rtãdecimã diẽ m̃sis hui⁹.
Immolabitqꝫ eũ vniuersa multitudo filio
rũ isrl̃ ad vesperã ⁊ sumẽt de sãguie eius ac
ponẽt sup vtrũqꝫ postẽ: ⁊ ĩsup liminaribus
domoꝝ ĩ q̃b⁹ comedẽt illũ: ⁊ edẽt carnes no
cte illa assas igni: ⁊ azimos panes cũ latu-
cis agrestib⁹. Nõ comedet̃ ex eo crudũ q̃d:
nec coctũ aq̃: sꝫ assũ tm̃ igni: caput cũ pedi-
b⁹ ei⁹ ⁊ ĩtestinis vorabit̃: nec remanebit quic-
q̃ ex eo usqꝫ mane: Si quid residuũ fuerit:
igne ꝯburetis. Sic ãt comedet̃ illũ: Renes
vr̃os accĩgetis ⁊ calciamẽta hẽbitis ĩ pedi-
bus tenẽtes baculos ĩ manib⁹: ⁊ comedet̃
festinãter. Est. n. phase. i. trãsit⁹ dñi: ⁊ tran
sibo p terrã egypti nocte illa ⁊ percutiã oẽ p
mogenitũ ĩ terra egypti ab hoĩe vsqꝫ ad pe
cus ⁊ ĩ cũct̃ dijs egypti faciã iudicia ego do
min⁹. Erit aũt sãguis vob̃ ĩ signũ ĩ edib⁹ ĩ q̃
bus eritis: ⁊ videbo sãguinẽ ⁊ trãsibo vos
nec erit ĩ vobis plaga disperdẽs qñ pcusse-
ro terrã egypti. Habebitis aũt hũc diez in
monimẽtum ⁊ celebꝛabitis eã solẽnẽ dño ĩ
generatiõib⁹ vr̃is cultu sẽpiterno. Septẽ di
eb⁹ azima comedetis. In die pmo non erit
fermẽtũ ĩ domib⁹ vr̃is. Quicũqꝫ comedẽit
fermẽtum pibit aĩa illa de isrl̃ a pmo die vs
qꝫ ad diẽ septimũ. Dies pꝛima erit sãcta ac
solẽnis ⁊ dies septima eadem festiuitate ve
nerabilis. Nihil operis facietis in eis: ex-
ceptis his que ad vescendum pertinent: ⁊
obseruabitis azima. In eadem eni ipsa die
educam exercitum vestrum de terra egyp-
ti ⁊ custodietis diem istum in generationes
vestras ritu perpetuo. Primo mense quar
tadecima die mensis ad vesperã comedet̃
azima vsqꝫ ad diẽ vigesimãpmam eiusdem
mẽsis ad vesperã. Septẽ diebus fermẽtatũ
nõ inuenief ĩ domib⁹ vr̃is. Qui comederit
fermentatũ pibit aĩa ei⁹ de cetu isrl̃: tam de
aduenis q̃ de ĩdigenis terre. Oẽ fermẽtatuz
nõ comedet̃. In cũctis habitaculis vestris

edetis azima. Uocauit aūt moyses oēs seni-
ores filiorū isrl' ⁊ dixit ad eos: Ite tollentes
aial p familias vr̄as ⁊ imolate phase. Fasci
culūq; hysopi tīgite ī sanguīe q̄ ē ī limine ⁊
aspergite ex eo sup limiare ⁊ vtrūq; postē.
Nullus vr̄z egrediatur hostiū dom⁹ sue us
q; mane. Trāsibit. n. dn̄s pcutiēs egyptios.
Cūq; viderit sāguinē ī supliminari ⁊ ī vtro
q; poste trāscēdet hostiū domus: ⁊ nō sinet
percussorē igredi domos vr̄as ⁊ ledere. Cu
stodi verbū istud legitimū tibi ⁊ filijs tuis
usq; ī eternū. Cūq; itroieritꝭ terrā quā dn̄s
de⁹ datur⁹ ē vob̄ ut pollicit⁹ ē: obseruabitis
cerimonias istas: ⁊ cū dixerit vobis filij ue
stri: Que ē ista religio? Dicetis eis: Uictia
trāsitus dn̄i ē: qn̄ trāsiuit sup domos filio-
rū isrl' ī egypto pcutiēs egyptios ⁊ domos
nr̄as liberās. Incuruatusq; pp̄ls adorauit:
⁊ egressi filij isrl' fecerūt sicut pceperat dn̄s
moysi ⁊ aarō. Factū ē āt ī noctis medio: p-
cussit dn̄s oē pmogenitū ī terra egypti: a p-
mogenito pharaōis q̄ ī solio ei⁹ sedebat us
q; ad primogenitū captiue q̄ erat ī carcere:
⁊ oē pmogenitū iumētorꝫ. Surrexitq; pha
rao nocte ⁊ oēs serui ei⁹ cūctaq; egypt⁹ ⁊ or
tus ē clamor magnus ī egypto: neq; . n. erat
dom⁹ ī q̄ nō iaceret mōtu'. Uocatisq; pha
rao moyse ⁊ aaron nocte ait: Surgite: egre
dimini a pp̄lo meo vos ⁊ filij isrl': ite ⁊ im
molate dn̄o sicut dicitꝭ: oues vr̄as ⁊ armēta
assumite vt petieratꝭ: ⁊ abeuntes bn̄dicite
mihi. Urgebātq; egyptij pp̄lꝫ isrl' ō tra exi
re velociter dicētes: Oēs moriemur. Tulit
igit' populus ꝯsparsā farinā an̄q̄ fermētare
tur: ⁊ ligās ī palijs posuit sup hūeros suos:
Fecerūtq; filij isrl' sicut pcepat dn̄s moysi:
⁊ petierūt ab egyptijs vasa argētea ⁊ aurea
vestēq; plurimā. Dn̄s aūt dedit grāꝫ pp̄lo
corā egyptijs ut cōmodarēt eis: ⁊ spoliaue
rūt egyptios. Profectiq; sīt filij israel de ra-
masse ī sochot sexcēta fere milia peditū vi-
rorū absq; puulis ⁊ mulierib⁹: sꝫ ⁊ vulg⁹ p
miscuū innumerabile ascēdit cum eis oues ⁊
armēta ⁊ aiantia diuersi generis multa ni-
mis. Coxerūtq; farinā quā dudū de egyp-
to ꝯspsā tulerant ⁊ fecerūt subcineritios pa
nes azimos: neq; . n. poterat fermētari cogē-
tib⁹ exire egyptijs ⁊ nullā facere sinētibus
morā: nec pulmēti q̄cq̄ occurrerat pparari.
Habitatō aūt filiorū israel q̄ māserūt ī egy
pto fuit q̄drigētorū trigīta ānorū. Quibus
expletꝭ: eadē die egressus ē ois exercit⁹ dn̄i
de terra egypti. Nox ē ista obseruabilis do
mini qn̄ eduxit eos de terra egypti. Hāc ob
seruare debēt oēs filij israel ī generatiōib⁹
suis. Dixitq; dn̄s ad moysē ⁊ aaron: Hec ē
religio phase: ois alienigena n̄ comedet ex
eo: ois aūt seru⁹ ēptiti⁹ circūcidet: ⁊ sic cōe
det. Aduena ⁊ mercenari⁹ nō edent ex eo.
In vna domo comedetur: nec efferetis de
carnib⁹ eius foras nec os illi⁹ cōfrigetꝭ. ois
cetus filiorū israel faciet illud. Qz si q̄s pe-
grinorū ī vr̄az voluerit trāsire coloniā ⁊ fa
cere phase dn̄i: circūcidetur pus oē mascu-
linū ei⁹: ⁊ tūc rite celebrabit: eritq; sicut idi
gena terre. Si q̄s aūt circūcisus nō fuerit:
nō vescetur ex eo. Eadē lex erit idigene ⁊ co
lono q̄ pegrinatur apō vos. Fecerūtq; oēs
filij isrl' sicut pcepat dn̄s moysi ⁊ aarō ⁊ ea
dē die eduxit dn̄s filios isrl' de terra egypti
p turmas suas. XIII

Locutusq; ē dn̄s ad moysē dicēs: Sā
ctifica mihi oē pmogēitū qd̄ apit vul
uā ī filijs isrl' tā de hoib⁹ q̄ de iumētꝭ. Mea
sūt. n. oia. Et ait moyses ad populū: Me-
mētote diei hui⁹ ī q̄ egressi estis ō egypto ⁊
de domo seruitutꝭ: qm̄ ī manu forti eduxit
vos dn̄s de loco isto vt non comedatis fer
mētatū panē. Hodie egredimini mēse noua
rū frugū. Cūq; itroduxerit te dn̄s ī trā cha
nanei ⁊ ethei ⁊ āmōrei ⁊ euei ⁊ iebusei quā
iurauit pr̄ib⁹ tuis ut daret t' terrā fluētē lac
te ⁊ melle: celebrabitis hūc morē sacrorꝫ
mēse isto. Septē dieb⁹ vescetis azimis: ⁊ in
die septio erit solēnitas dn̄i. Azima come-
detis septē dieb⁹. Nō apparebit apud te ali
quid fermētatū: nec ī cūctꝭ finib⁹ tuis. Nar
rabisq; filio tuo ī die illo dicēs: Hoc ē qd̄ fe
cit mihi dn̄s qn̄ egressus sū ō egypto: ⁊ erit
q̄i signū ī manu tua ⁊ q̄i monimētū āte ocu
los tuos: ⁊ vt lex dn̄i semp sit ī ore tuo. In
manu. n. forti eduxit te dn̄s de egypto. Cu-
stodies huiuscemodi cultū statuto tēpore
a dieb⁹ ī dies. Cūq; itroduxēit te dn̄s ī trā
chanānei sicut iurauit t' ⁊ pr̄ib⁹ tuis ⁊ dedēit
t' eā: sepabis oē q̄ apit uluā dn̄o ⁊ qd̄ pmi
tiuū ē ī pecorib⁹ tuis. Quicq̄d hūeris ma-
sculini sexus ꝯsecrabis dn̄o. Primogenitū
asini mutabis oue: qd̄ si nō redemeris iter
ficies. Oē āt pmogenitū hoīs de filijs tuis
precio redimes. Cūq; iterrogauerit te fili⁹
tu⁹ cras dicēs: Quid est hoc: Rn̄debis ei:
In manu forti eduxit nos dn̄s de terra egy
pti de domo seruitutis. Nā cū idurat⁹ esset

pharao ⁊ nollet nos dimittere occidit dñs
oē pꝛimogenitū i terra egypti a ꝓmogenito
hoīs uſqꝫ ad ꝓmogenitū iumentorū. Iccir
co imolo dño oē qḋ apit vuluaꝫ maſculini
ſexus ⁊ oīa ꝓmogenita filiorū meorū redi-
mo. Erit igitur q̄ſi ſignū i manu tua ⁊ q̄ſi ap
pēſū qḋ ob recordationē añ oculos tuos: eo
ꝙ i manu forti eduxit vos dñs de egypto.
Igitur cū emiſiſſet pharao populū nō eos
duxit dñs ꝑ viā terre philiſtijm q̄ vicina ē:
reputans ne forte peniteret eū ſi vidiſſet ad
uerſū ſe bella cōſurgere ⁊ reuerteret̄ i egyp-
tū: ſꝫ circūduxit ꝑ viā deſerti q̄ ē iuxta ma-
re rubꝛū: ⁊ armati aſcēderūt filij iſrael de t̄
ra egypti. Tulit qꝫ moyſeſ oſſa ioſeph ſecū
eo ꝙ adiuraſſet filios iſrael dicēs: Uiſita-
bit vos deꝰ: efferte oſſa mea hic vobiſcuꝫ.
Profectiqꝫ d̄ ſochot: caſtrametati ſt̄ i ethā
i extremis finibus ſolitudinis. Dñs aūt ꝓ-
cedebat eos ad oſtēdēdā viā ꝑ diē i colūna
nubis ⁊ ꝑ noctē i colūna ignis: ut dux eſſet
itineīs vtroqꝫ tp̄e. Nūq̄ d̄fuit colūna nub̄
ꝑ diē nec colūna ignis ꝑ noctē corā ꝑplo.

Locutꝰ eſt aūt dñs ad moyſē dicēs: XIIII
Loquere filijs iſrael: Reuēſi ca
ſtrametēt̄ e regiōe phiairoth: q̄ eſt iter mag
dalū ⁊ mare ꝯtra beelſephon. In cōſpectu
eiꝰ caſtra ponetis ſup mare. Dicturuſqꝫ eſt
pharao ſup filijſ iſrael: Coartati ſūt i tra ꝯ-
cluſit eos deſertū: ⁊ idurabo cor eiꝰ ac ꝑſeq̄
tur vos ⁊ glorificabor i pharaōe ⁊ i oī exer
citu eiꝰ: ſciētqꝫ egyptij q̄a ego ſū dñs. Fece-
rūtqꝫ ita: ⁊ nūciatū ē regi egyptioꝝ ꝙ fugiſ
ſet populus. Immutatūqꝫ ē cor pharaōis
⁊ ſuorū eiꝰ ſup populū ⁊ dixerūt: Quid uo
luimꝰ facere ut dimitteremꝰ iſrael ne ſerui-
ret nob̄: Iūxit ergo cūrū ⁊ oēꝫ populū ſuū
aſſūpſit ſecū. Tulitqꝫ ſexcētos currus elec-
tos ⁊ q̄cq̄d i egypto curruū fuit ⁊ duces to
tiꝰ exercitꝰ. Indurauitqꝫ dñs cor pharaōiſ
regis egypti ⁊ ꝑſecutꝰ ē filios iſrael. At illi
egreſſi erāt i manu excelſa. Cūqꝫ ꝑſeq̄rēt e-
gyptij veſtigia ꝓcedēciuꝫ repperūt eos i ca-
ſtris ſup mare: oīſqꝫ eq̄tatꝰ ⁊ currꝰ phara-
onis ⁊ vniuerſus exercitꝰ erāt i phiairoth ꝯ
tra beelſephō. Cūqꝫ appꝛopiq̄ſſet pharao:
leuātes filij iſrael oculos uiderūt egyptios
pꝰ ſe ⁊ timuerunt valde. Clamauerūtqꝫ ad
dñꝫ ⁊ dixerunt ad moyſē: Forſitā nō erant
ſepulchꝛa i egypto: iō tuliſti nos ut morere
mur i ſolitudīe: Quid hoc facere voluiſti:
vt educeres nos ex egypto: Nōne iſte ē ſer-
mo quē loq̄bamur ad te i egypto dicentes:
recede a nobis ut ſeruiamꝰ egyptijs: Mul
to eni melius erat ſeruire eis ꝙ mori i ſoli-
tudīe. Et ait moyſes ad populū: Nolite tie
re: State ⁊ vīdete magnalia dñi: q̄ facturꝰ
ē hodie. Egyptios .n. q̄s nūc videtis neq̄q̄
vltra videbitis vſqꝫ i ſēpiternū: dñs pugna
bit ꝓ vobiſ ⁊ vos tacebitis. Dixitqꝫ dñſ ad
moyſen: Quid clamas ad me: Loq̄re filijs
iſrael vt ꝓficiſcātur: Tu aūt eleua v̄gā tuā
⁊ extēde manū tuā ſup mare ⁊ diuide illud
vt gradiāt̄ filij iſrael i medio mari ꝑ ſiccū.
Ego aūt idurabo cor egyptioꝝ vt ꝑſequāt̄
vos ⁊ glorificabor i pharaone ⁊ i oī exerci-
tu eiꝰ ⁊ i cūrribꝰ ⁊ i eq̄tibꝰ illiꝰ: Et ſciēt egyp
tij q̄a ego ſū dñs cū glorificatꝰ fuero i pha-
raone ⁊ i curribꝰ atqꝫ i eq̄tibus eiꝰ. Tollēſ
qꝫ ſe angelus dñi q̄ ꝓcedebat caſtra iſrael:
abijt poſt eos: ⁊ cū eo pariter colūna nubiſ
pꝛiora dimittēs pꝰ tergū ſtetit iter caſtra e-
gyptiorūꝫ ⁊ caſtra iſrael: ⁊ erat nubes tene
broſa ⁊ illumināſ noctē: ita vt ad ſe iuiceꝫ
toto noctis tēpore accedere nō valerēt. Cū
qꝫ extendiſſet moyſes manū ſuper mare ab
ſtulit illud dñs flante uēto vehemēti ⁊ vrē
te tota nocte ⁊ vertit i ſiccū: diuiſaqꝫ eſt aq̄
⁊ igreſſi ſūt filij iſrael ꝑ mediū ſicci maris.
Erat .n. aq̄ q̄ſi murus a dextra eorū ⁊ leua.
Perſequēteſqꝫ egypti igreſſi ſt̄ pꝰ eos ⁊ oīs
eq̄tatus pharaōis currus eiꝰ ⁊ eq̄tes ꝑ me-
diū maris. Iāqꝫ aduenerat vigilia matuti-
na: ⁊ ecce reſpiciēſ dñs ſup caſtra egyptioꝝ
ꝑ colūnā ignis ⁊ nubis: īterfecit exercitum
eorū ⁊ ſubuertit rotas curruū: ferebāturqꝫ
i pꝛofūduꝫ. Dixerūt ergo egyptij: Fugiamꝰ
iſraelē: dñs .n. pugnat pro eis ꝯtra nos. Et
ait dñs ad moyſen: Extēde manuꝫ tuā ſup
mare vt reuertantur aque ad egyptios ſup
currus ⁊ eq̄tes eorū. Cūqꝫ extēdiſſet moy-
ſes manū ꝯtra mare: reuerſū eſt pꝛimo dilu
culo ad pꝛiorem locum. Fugientibuſqꝫ egy
ptijs occurrerunt aque ⁊ inuoluit eos do-
minus in medijs fluctibus. Reuerſeqꝫ ſūt
aque ⁊ operuerunt currus ⁊ equites cūcti
exercitus pharaonis: qui ſequentes ingreſ
ſi fuerant mare: nec vnus quidem ſuperfu-
it ex eis. Filij autem iſrael perrexerunt per
medium ſicci maris: ⁊ aque eis erant qua-
ſi pꝛo muro a dextris ⁊ a ſiniſtris. Libera-
uitqꝫ dominus in die illo iſrael de manu e
gyptiorū ⁊ viderūt egyptios moꝛtuos ſup
litus maris ⁊ manū magnā quā exercuerat

dn̄s cōtra eos. Timuitq3 populus dn̄m 7
crediderūt dn̄o 7 moysi suo ei⁹. XV
TUnc cecinit moyses 7 filij isrl̄ carmē
hoc dn̄o 7 dixerunt: Cantemus dn̄o.
Gloriose.n.magnificat⁹ ē: equū 7 ascensorē
deiecit i mare. Fortitudo mea 7 la⁹ mea do
min⁹ 7 factus ē mihi i salutē. Iste de⁹ meus
7 glorificabo eū: de⁹ p̄ris mei 7 exaltabo eū.
Dn̄s q̄i vir pugnator: oipotēs nomē eius:
curr⁹ pharaōis 7 exercitū piecit i mare. E-
lecti p̄cipes ei⁹ submersi sūt i mari rubro:
abyssi opuerūt eos: descēderūt i p̄fūduz q̄i
lapis. Dextera tua dn̄e magnificata ē i for-
titudine: dextera tua dn̄e pcussit inimicū: 7
i multitudie gl'ie tue deposuisti aduēsarios
meos. Misisti irā tuā q̄ duorauit eos sicut
stipulā: 7 i sp̄u furoris tui cōgregate sunt a
que. Stetit vnda fluens 7 ɔgregati sūt abys
si i medio mari. Dixit inimic⁹: Perseq̄r 7 ɔ
p̄hēdā: diuidā spolia: iplebitur aīa mea.
Euaginabo gladiū meū: iterficiet eos ma-
nus mea. Flauit sp̄us tu⁹ 7 opuit eos ma-
re: submersi sūt q̄i plūbū i aquis vehemen-
tib⁹. Quis silis tui i fortib⁹ dn̄e? Quis sil'is
tui magnificus i sāctitate terribilis atq3 la-
udabilis 7 faciēs mirabilia? Extendisti ma
nū tuā 7 deuorauit eos terra. Dux fuisti in
mīīcordia tua pp̄lo quē redemisti: 7 porta
sti eū i fortitudine tua ad hītaculū sctūz tu
um: Ascēderūt ppl'i 7 irati sūt: dolores ob-
tinuerūt hītatores philistijm. Tūc ɔturba
ti sūt p̄cipes edom: robustos moab obti-
nuit tremor: obriguerunt oēs habitatores
chanaā. Irruat sup eos formido 7 pauor i
magnitudine brachij tui. Fiāt imobiles q̄i
lapis: donec pertrāseat ppl's tu⁹ dn̄e: donec
ptrāseat ppl's iste quem possedisti. Intro-
duces eos 7 plātabis i mōte hereditatis tue
firmissimo habitaculo tuo qd̄ operatus es
dn̄e: sāctuariū tuū dn̄e qd̄ firmauerūt ma-
nus tue. Dn̄s regnabit i eternū 7 ultra. In
gressus ē.n.eques pharao cū currib⁹ 7 eq̄-
tibus ei⁹ i mare: 7 reduxit sup eos domin⁹
aquas maris. Filij aūt isrl̄ ābulauerūt per
siccū i medio ei⁹. Sūpsit ergo maria p̄phe-
tissa soror aaron tympanum i manu sua e-
gressēq3 sūt oēs mulieres postea cū tympāis
7 choris: q̄bus p̄cinebat dicēs: Cātemus
dn̄o: Gloriose.n.magnificatus est: equuz 7
ascēsorē deiecit i mare. Tulit autez moyses
isrl̄ de mari rubro 7 egressi sūt in desertum
sur. Ambulauerūtq3 trib⁹ diebus p solitu-
dinē 7 nō iueniebāt aquā: 7 venerūt in ma-
rath: nec poterāt bibere aquas de marath
eo q̄ essēt amare. Unde 7 ɔgruū loco nom̄
iposuit: vocās illū marath.i.amaritudinē.
Et murmurauit ppl's ɔtra moysē dicens:
Quid bibemus? At ille clamauit ad dn̄z:
Qui ōn̄dit ei lignū: qd̄ cū misisset i aq̄s in
dulcedinē v̄se sūt. Ibi ɔstituit ei p̄cepta at-
q3 iudicia: 7 ibi tētauit eū dicēs: Si audieris
vocē dn̄i dei tui 7 qd̄ rectū est corā eo fece-
ris 7 obedieris mādatis eius custodierisq3
oīa p̄cepta illi⁹: cūctū languorē quē posui i
egypto nō inducā sup te: Ego.n.dn̄s sana-
tor tu⁹. Uenerunt aūt i helim filij isrl̄: vbi
erāt duodeci fōtes aquarum 7 septuagita
palme 7 castrametati sūt iuxta aq̄s. XVI
PRofectiq3 de helim venit oīs multi-
tudo filiorū isrl̄ i desertuz syn: qd̄ est
inter helim 7 synai quītadecima die mēsis
secūdi postq̄ egressi sūt de t̄ra egypti: 7 mū
murauit oīs ɔgregatio filiorū israel cōtra
moysen 7 aarō i solitudine. Dixerūtq3 filij
isrl̄ ad eos: Utinā mortui essem⁹ p manuz
dn̄i i terra egypti: qn̄ sedebamus sup ollas
carniū 7 comedebamus panē i saturitate.
Cur iduxistis nos in desertū istud: vt occi-
deretis oēm multitudinē fame? Dixit autē
dn̄s ad moysē: Ecce ego pluā vobis panes
d̄ celo. Egrediatur populus 7 colligat que
sufficiūt p singulos dies ut tentē eum vtrū
ambulet i lege mea an nō. Die autem sexto
parent q̄ iferāt 7 sit duplū q̄ colligere sole
bant per singulos dies. Dixerūtq3 moyses
7 aaron ad oēs filios isrl̄: Uespere scietis q̄
dn̄s eduxerit vos de terra egypti 7 mane vid
bitis gloriam domini. Audiui enim mur-
mur vr̄m contra dominum: Nos vero q̄d
sumus quia musitastis contra nos? Et ait
moyses: Dabit vobis dominus vespere car
nes edere 7 mane panes in saturitate: eo q̄
audiuerit murmurationes vestras quibus
murmurati estis contra eum: nos enim q̄d
sumus? nec contra nos est murmur uestrū
sed cōtra dominum. Dixit quoq3 moyses
ad aaron: Dic vniuerse congregationi filio
rum israel: Accedite coram domino: audi-
uit enī murmū vestrū. Cūq3 loqueretur aarō
ad oēm cetū filiorū israel: respexerūt ad so
litudinē: 7 ecce gl'ia dn̄i appuit i nube. Lo-
cut⁹ ē aūt dn̄s ad moysen dicens: Audiui
murmuratōes filiorū isrl̄: loquere ad eos.
Uespe comedetis carnes 7 mane satabimini

panibus: scietisqꝫ ꝙ ego sum dn̄s deus vr̄.
Factū ē ergo vespere ⁊ ascēdēs coturnix co
opuit castra: mane q̄z ros iacuit ꝑ circuituꝫ
castroꝝ. Cūqꝫ opuisset supficiem t̄re appu
it i solitudie minutū: ⁊ q̄i pilo tusū i silitu-
dinē pruine sup terrā. Qđ cū vidissent filij
isrl̄ dixerūt ad iuicē: Manhu: qđ significat
Quid ē hoc. Ignorabāt. n. q̄d esset. Quib⁹
ait moyses: Iste ē panis quē dn̄s dedit vo-
bis ad vescēdū: Hic ē sermo quē p̄cepit vo
bis dn̄s. Colligat vnusq̄sqꝫ ex eo quātū suf
ficit ad uescendum: gomor ꝑ singula capi-
ta. Juxta numeꝝ aiaꝝ v̄iarū q̄ hītāt i tab-
naclo sic tollet. Feceūtqꝫ ita filij isrl̄: ⁊ col
legerūt ali⁹ plus ali⁹ min⁹ ⁊ mēsi st̄ ad m̄su
rā gomor. Nec q̄ plus collegerat hūit āpli⁹
nec q̄ min⁹ parauerat repit minus: sꝫ singu
li iuxta id qđ edere poterāt cōgregauerūt.
Dixitqꝫ moyses ad eos: Nullus relinquat
ex eo i mane. Qui nō audierūt euꝫ: sꝫ dimi
serūt q̄dā ex eis vsqꝫ māe: ⁊ scatere cepit v̄-
mib⁹ atqꝫ ↄputruit: ⁊ irat⁹ ē ↄtra eos moyses
Colligebāt āt māe singuli quātū sufficē po
terat ad vescēduꝫ. Cūqꝫ icaluisset sol: liq̄fie
bat. In die aūt sexta collegerūt cibos dupli
ces. i. duo gomor ꝑ singulos hoies. Venerūt
āt oēs pncipes multitudis ⁊ narrauerunt
moysi. Qui ait eis: Hoc ē qđ locut⁹ ē dn̄s:
Requies sabbati scificata ē dn̄o. Cras q̄dcū-
qꝫ opandū ē facite: ⁊ q̄ coquenda st̄ coq̄te:
Quicq̄d āt reliquū fuerit: reponite vsqꝫ in
mane. Feceruntqꝫ ita vt p̄ceperat moyses: ⁊
nō cōputruit: neqꝫ vermis iuētus ē i eo. Di
xitqꝫ moyses: Comedite illud hodie q̄a sab
batuꝫ ē dn̄o: nō inueniet hodie i agro: sex di-
eb⁹ colligite: i die āt septio sabbatū ē dn̄o.
Jccirco nō iuenient. Venitqꝫ septia dies ⁊ e-
gressi de populo ut colligerēt nō iuenerūt.
Dixit aūt dn̄s ad moysen: Vsqꝫquo nō vl-
tis custodire mādata mea ⁊ legē meā? Vid
te ꝙ dn̄s dederit vob̄ sabbatū: ⁊ ꝓpter hoc
die sexta tribuit vobis cibos duplices. Ma
neat vnusq̄sqꝫ apud semetipsū ⁊ null⁹ egre
diatur đ loco suo die septio: ⁊ sabbatizauit
populus die septimo. Appellauitqꝫ dom⁹
isrl̄ nomē ei⁹ man: qđ erat q̄i semē coriādri
albuꝫ: gustusqꝫ ei⁹ q̄i simile cū melle. Dixit
autē moyses: Iste est sermo quē p̄cepit do-
min⁹. Imple gomor ex eo ⁊ custodiatur in
futuras retro generatiōes: ut nouerit panē
quo alui vos i solitudine: q̄n educti estis đ
t̄ra egypti. Dixitqꝫ moyses ad aarō: Sume
vas vnū ⁊ mitte ibi man quātum pōt cape
gomō ⁊ r̄pone corā dn̄o ad ſuādū i genera
tiones v̄ras sicut p̄cepat dn̄s moysi. Posu
itqꝫ illud aarō i tabernaculo reseruādū: Fi
lij quoqꝫ isrl̄ comederunt man q̄dragita ā
nis: donec venirent i terrā habitabilē. Hoc
cibo aliti sūt vsqꝫ quo tāgerēt fines t̄re cha
naā. Gomor autē decia ps ē ephi XVII

IGitur ꝓfecta oīs m̄ltitudo filioꝝ isrl̄ de
deserto syn ꝑ māsiones suas iuxta ser
monē dn̄i castrametati sunt in raphidi ubi
nō erat aqua ad bibēduꝫ pplo: qui iurgat⁹
ↄtra moysen ait: Da nob̄ aquā ut bibam⁹.
Quibus rn̄dit moyses: Quid iurgamini ↄ
tra me? Cur tentatis dn̄z? Sitiuit ergo ibi
ppl̄s p̄ aque penuria ⁊ murmurauit cōtra
moysen dicēs: Cur fecisti nos exire de egyp
to ut occideres nos ⁊ liberos n̄ros ac iumē-
ta siti. Clamauit āt moyses ad dn̄z dicēs:
Quid faciā populo huic? Adhuc paululū
⁊ lapidabit me. Et ait dn̄s ad moysen: An
tecede populū ⁊ sume tecuꝫ de senioribus
isrl̄: ⁊ virgā qua ꝑcusisti fluuiū tolle i māu
tua ⁊ vade. En ego stabo ibi corā te supra
petrā oreb: ꝑcutiesqꝫ petrā ⁊ exibit ex ea aq̄
vt bibat populus. Fecit moyses ita corā se-
niorib⁹ isrl̄. Et vocauit nomē loci illius ten
tatio: ꝓpter iurgiū filioꝝ isrl̄: ⁊ q̄a tentaue
runt dn̄z dicētes: Est ne de⁹ i nobis an nō?
Venit autē amalech ⁊ pugnabat ↄtra filios
israel i raphidiꝫ. Dixitqꝫ moyses ad iosue:
Elige viros: ⁊ egressus pugna contra ama
lech cras: ego stabo i v̄tice collis hn̄s virgā
dei i manu mea. Fecit iosue ut locutus erat
moyses ⁊ pugnauit cōtra amalech. Moy-
ses autē ⁊ aaron ⁊ hur ascenderunt super
verticem collis. Cūqꝫ leuaret moyses ma-
nus vincebat israel: Sin autē paululuꝫ re
misisset supabat amalech. Manus autem
moysi erāt graues. Sumētes igitur lapidē
posuerunt subter eum in quo sedit. aaron
aūt ⁊ hur sustētabant manus eius ex vtra
qꝫ ꝑte. Et factū est vt man⁹ eius nō laxarē-
tur vsqꝫ ad occasū solis. Fugauitqꝫ iosue a
malech ⁊ populuꝫ eius in ore gladii. Dixit
autem dominus ad moysen: Scribe hoc
ob monimentum in libro ⁊ trade auribus
iosue. Delebo enim memoriam amalech
sub celo. Edificauitqꝫ moyses altare: ⁊ vo-
cauit nomē eius dn̄s exultatio mea dicēs:
Quia manus solius dn̄i ⁊ bellū dei erit cō
tra amalech a generatione i generationem

XVIII

Umqꝫ audiſſet iethro ſa
cerdos madiã cognatus moyſi oīa q̄
fecerat dn̄s moyſi ⁊ iſrael populo ſuo: ⁊ ꝙ
eduxiſſet dn̄s iſrl̄ de egypto: tulit ſephoraꝫ
vxorē moyſi quā remiſerat ⁊ duos filios e⁹
quorū vn⁹ vocabat̄ gerſā dicēte p̄re: aduēa
fui ī terra aliena: alt̄ v̄o eliezer. De⁹.n. ait
p̄ris m̄i adiutō me⁹ ⁊ eruit m̄ ō gladio pha
raonis. Uenit ergo iethro cognatus moyſi
⁊ filij ei⁹ ⁊ uxor ei⁹ ad moyſē ī deſertū ubi e
rat caſtrametat⁹ iuxta mōtē dei ⁊ mādauit
moyſi dicēs: Ego iethro cognatus tu⁹ vēio
ad te ⁊ vxor tua ⁊ duo filij tui cū ea. Qui e
greſſus ī occurſū cognati ſui adorauit ⁊ o
ſculatus ē eū. Salutauerūtqꝫ ſe mutuo v̄
bis pacificis. Cūqꝫ ītraſſet tabernaculum
narrauit moyſes cognato ſuo cūcta q̄ fece
rat dn̄s pharaoni ⁊ egyptijs ꝑpter iſrl̄: vni
uerſūqꝫ laborē q̄ accidiſſet eis ī itinere: ⁊ ꝙ
liberauerat eos dominus. Letatuſqꝫ eſt ie
thro ſup oib⁹ bonis q̄ fecerat dn̄us iſrl̄: eo
ꝙ eruiſſet eū ō māu egyptioꝝ ⁊ ait: B̄ndic
t⁹ dn̄s q̄ liberauit voſ ō māu egyptioꝝ ⁊ ō
ō māu pharaōis q̄ eruit ppl̄ꝫ ſuū ō māu e
gypti. Nūc cognoui q̄a magn⁹ dn̄s ſup oēſ
deos: eo ꝙ ſupbe egerūt ꝯtra eos. Obtulit
ergo iethro cognatus moyſi holocauſta ⁊
hoſtias dn̄o. Uenerūtqꝫ aaron ⁊ oēs ſenio
res filiorū iſrl̄ ut comederēt panē cū eo co
rā dn̄o. Altera aūt die ſedit moyſes ut iudi
caret populū q̄ aſſiſtebat moyſi a mane uſ
qꝫ ad veſperā. Qꝫ cū vidiſſet cognatuſ eiuſ
oīa.ſ. q̄ agebat ī populo ait: Quid ē qd̄ facͣ
ī plebe? Cur ſolus ſedes ⁊ oīs populus pre
ſtolatur de mane uſqꝫ ad veſperaꝫ? Cui rn̄
dit moyſes: Uenit ad me ppl̄s q̄rēs ſētētiā
dei. Cūqꝫ accidēit eis aliqua diſceptatio ve
niūt ad me ut iudicē īter eos ⁊ on̄dā p̄cepta
dei ⁊ leges eius. At ille: Nō bonā īquit reꝫ
facis: ſtulto labōe ꝯſūeris ⁊ tu ⁊ ppl̄us iſte
q̄ tecū ē. Ultra vires tuas ē negociū: ſolus
illud nō poteris ſuſtinere: ſꝫ audi v̄ba mea
atqꝫ ꝯſilia ⁊ erit dn̄s tecū. Eſto tu ppl̄o in
his q̄ ad deū ꝑtinēt: ut referas q̄ dicūtur ad
eū: oſ̄daſqꝫ populo cerimonias ⁊ ritū colē
di viāqꝫ ꝑ quā īgredi debeāt ⁊ opus qd̄ fa
cere debeāt. Prouide aūt de oī plebe viros
ſapiētes ⁊ timētes deū ī q̄b⁹ ſit veritas ⁊ q̄
oderit auaritiā ⁊ ꝯſtitue ex eis tribunos ⁊
centuriones ⁊ quiquagenarios ⁊ decāos q̄
iudicēt populū omni tēpore. Quicq̄d autē
maius fuerit referāt ad te: ⁊ ipi minora tā
tūmodo iudicēt: leui⁹qꝫ ſit tibi partito ī ali
os onere: ſi hoc feceris iplebis īpiū dn̄i ⁊ p̄
cepta ei⁹ poteris ſuſtētare: ⁊ oīs hic ppl̄us
reuertet̄ ad loca ſua cū pace. Quib⁹ audit̄
moyſes fecit oīa q̄ ille ſuggeſſerat: ⁊ electis
viris ſtrenuis de cūcto iſrl̄ cōſtituit eos pri
cipes ppl̄i tribūos ⁊ cēturiōes ⁊ q̄nq̄gena
rios ⁊ decāoſ q̄ iudicarēt plebē dn̄i oī tp̄e.
Quicq̄d āt grani⁹ erat referebāt ad eū: faci
liora tm̄mō iudicātes. Dimiſitqꝫ cognatū
ſuū: q̄ reuerſus abijt ī terrā ſuā.

XIX

Menſe tertio egreſſionis iſrl̄ de t̄ra egy
pti ī die hac venerūt ī ſolitudinē ſynai.
Nā ꝓfecti de raphidim ⁊ ꝑuenietes uſqꝫ ī
deſertū ſynai caſtrametati ſūt ī eodē loco: i
biqꝫ ſimul fixit tētoria e regiōe mōtī. Moy
ſes aūt aſcēdit ī mōtē ad deum. Uocauitqꝫ
eū dn̄s de mōte ⁊ ait: Hec dices domui ia
cob ⁊ ānūciabis filijs iſrl̄: voſipſi vidiſtis q̄
feceri egyptijs: q̄uō portaueri uos ſup alaſ
aquilarū ⁊ aſſūpſeri mihi: ſi ergo audieri
tis vocē meā ⁊ cuſtodieritis pactū meū: eri
tis mihi ī peculiū de cūctis populis. Mea
ē.n. oīs terra ⁊ vos erit̄ mihi ī regnū ſacer
dotale ⁊ gēs ſācta. Hec ſūt v̄ba q̄ loq̄ris ad
filios iſrael. Uenit moyſes ⁊ ꝯuocatis ma
iorib⁹ natu populi expoſuit oēs ſermones
quos mādauerat domin⁹. Rn̄dit oīs ppl̄s
iſrael: Cūcta q̄ locutus ē domin⁹ faciem⁹.
Cūqꝫ rettuliſſet moyſes v̄ba ppl̄i ad dn̄m
ait ei dn̄s: Jā nūc veniā ad te ī caligie nubiſ
ut audiat me populus loquētē ad te ⁊ cre
dat tibi ī perpetuū. Nūciauit ergo moyſes
verba populi ad dn̄ꝫ. Qui dixit ei: Uade ad
populū ⁊ ſcifica illos hodie ⁊ cras lauētqꝫ
veſtimēta ſua: ⁊ ſint parati ī diē tertiuꝫ. In
die.n. t̄tio deſcēdet dn̄s corā oī plebe ſuper
mōtē ſynai: cōſtitueſqꝫ terminos populo ꝑ
circuitum ⁊ dices ad eos: Cauete ne aſcen
datis in montem nec tangatis fines illius:
omnis qui tetigerit mōtem morte morieẗ.
Manus non tangent eū: ſed lapidib⁹ opp̄
metur: aut confodietur iaculis: ſiue iumen
tum fuerit ſiue homo non uiuet. Cum cep
it clangere buccina: tunc aſcēdāt ī monteꝫ.
Deſcēditqꝫ moyſes de monte ad populū ⁊
ſcificauit eū. Cūqꝫ lauiſſēt veſtimēta ſua a
it ad eos: Eſtote parati in diem tertiū: ⁊ ne
appropiquetis vxorib⁹ v̄ris. Jamqꝫ aduene
rat terti⁹ dies ⁊ mane inclaruerat: ⁊ ecce ce
perunt audiri tonitrua ac micare fulgura:
⁊ nubes dēſiſſima operire mōtē. Clāgorqꝫ

buccine vehemẽtiꝰ ꝑstrepebat: ⁊ timuit po
pulus q̄ erat ĩ castris. Cumq; eduxisset eos
moyses ĩ occursũ dĩ de loco castroꝝ: stete-
rũt ad radices mõtꝭ. Totus aũt mõs synai
fumabat: eo ꝙ descẽdisset dñs sup eũ ĩ igne
⁊ ascenderet fumꝰ ex eo q̄̃i de fornace. Erat
q; oĩs mõs terribilis ⁊ sonitꝰ buccine paula
tĩ crescebat ĩ maiꝰ ⁊ ꝓlixius tẽdebat. Moy
ses loq̄bat ⁊ dñs r̃ndebat ei. Descẽditq; dñs
sup mõtẽ synai ĩ ip̃o mõtꝭ v̑tice ⁊ vocauit
moysen ĩ cacumẽ eiꝰ: quo cũ ascẽdisset: di
xit ad eum: Descẽde ⁊ ꝯtestare ppl'm ne for-
te velit trãscẽdere termĩos ad vidẽdũ dñm
⁊ ꝑeat ex eis plĩma multudo. Sacerdotes
quoq; q̄ accedũt ad dñm scĩficẽtur ne ꝑcuti-
at eos. Dixitq; moyses ad dñm: Nõ poterit
vulgus ascẽdẽ mõtem ĩ synai. Tu eñi testifi-
catus es ⁊ iussisti dicẽs: Pone termĩos cir
ca mõtẽ ⁊ scĩfica illũ. Cui ait dñs: Uade de
scẽde: ascẽdeq; tu ⁊ aaron tecũ: sacerdotes
aũt ⁊ ppl's nõ trãseãt termĩos nec ascẽdant
ad dñm ne forte ĩterficiat illos. Descenditq;
moyses ad ppl'm ⁊ oĩa narrauit eis XX

LOcutusq; ẽ dominus cũctos sermo-
nes hos: Ego sũ dñs deꝰ tuus q̄ edu-
xi te de terra egypti de domo seruitutꝭ. Nõ
hẽbis deos alienos corã me: ñ facies t̃ scul
ptile: neq; oẽm similitudinẽ q̄ ẽ ĩ celo desup
⁊ q̄ ĩ terra deorsũ: nec eoꝝ q̄ sũt ĩ aquis sub
terra: non adorabis ea neq; coles: ego sum
dñs deꝰ tuꝰ fortꝭ ⁊ zelotes visitãs iniq̄tatem
patrum ĩ filios ĩ tertiã ⁊ q̄rtã generationem
eoꝝ q̄ oderũt me ⁊ faciẽs mĩĩcordiã ĩ mi-
lia his q̄ diligũt m̃ ⁊ custodiũt p̃cepta m̃a.
Nõ assumes nomẽ dñi dei tui in vanũ: nec
eñi hẽbit ĩsõtẽ dñs eũ q̄ assũpserit nom̃ dñi
dei sui frustra. Memẽto ut diẽ sabbati san
ctifices. Sex diebꝰ opaberꝭ ⁊ facies oĩa opa
tua. Septĩo autẽ die sabbatũ dñi dei tui ẽ.
Nõ facies oẽ opꝰ ĩ eo tu ⁊ filiꝰ tuꝰ ⁊ filia tua
seruus tuus ⁊ ãcilla tua iumẽtũ tuũ ⁊ adue
na q̄ est ĩtra portas tuas. Sex eñi diebꝰ fe-
cit deꝰ celũ ⁊ terrã mare ⁊ oĩa q̄ ĩ eis sũt: ⁊
requieuit ĩ die septĩo. Idcirco benedixit do
minus diei sabbati ⁊ sãctificauit eũ. Hono
ra p̃rem tuum ⁊ m̃rem tuã ut sis lõgeuꝰ sup ter
rã quã dñs deꝰ tuꝰ dabit tibi. Nõ occides:
Nõ mechaberis. Nõ furtũ facies. Nõ lo
q̄ris ꝯtra ꝓximũ tuũ falsũ testimoniũ. Nõ
concupisces domũ ꝓximi tui: nec desidera
bis vxorẽ eiꝰ: nõ seruũ: nõ ancillã: nõ bouẽ
nõ asinũ: nec oĩa que illius sũt. Cũctus ãt
ppl's videbat voces ⁊ lãpades ⁊ sonitũ buc
cine montẽq; fumãtem: ⁊ ꝑt̃riti ac pauore
cõcussi steterũt ꝓcul dicẽtes moysi: Loq̄re
tu nobis ⁊ audiemꝰ: nõ loq̄tur nobis dñs:
ne forte moriamũ: ⁊ ait moyses ad ppl'm:
Nolite timere: Ut. n. ꝓbaret vos venit deus
⁊ vt terror illiꝰ esset ĩ vobis ⁊ nõ peccaretꝭ.
Stetitq; populus de lõge: moyses autẽ ac-
cessit ad caliginẽ ĩ q̄ erat deꝰ. Dixitq; prete
rea dñs ad moysẽ: Hec dices filijs isrl': vos
vidistis ꝙ de celo locutꝰ sim vob: Nõ facie
tꝭ deos argẽteos: nec deos aureos facietis
vob. Altare de t̃ra facietꝭ mihi ⁊ offeretis
sup eo holocausta ⁊ pacifica v̄ra: oues v̄ras
⁊ boues ĩ oĩ loco ĩ q̄ memõia fuerit nomĩs
m̃i. Ueniã ad te ⁊ bñdicã t̃. Qꝫ si altare lapi
deũ feceris mihi: nõ edificab illud de sectis
lapidibꝰ. Si. n. leuaueris cultrũ sup eo pol
luet. Nõ ascẽdes per gradus ad altare me
um: ne reueletur turpitudo tua. XXI

HEc sunt iudicia que propones eis: Si
emeris hebreũ: sex ãnis seruiet tibi: ĩ
septĩo egrediet liber gratis: Cũ q̄li veste in-
trauerit cũ tali exeat: si hñs vxorẽ ⁊ vxor
egredietur simul. Si ãt dñs dederit illi vxo-
rẽ ⁊ pepit filios ⁊ filias: mulier ⁊ liberi eius
erũt dñi sui: ip̃e v̊o exibit cũ vestitu suo. Qꝫ
si dixerit seruꝰ: Diligo dñm meũ ⁊ vxorem ac
liberos nõ egrediar liber: offerat eũ dñs di
is ⁊ applicabitur ad ostiũ ⁊ postes: ꝑfora-
bitq; aurẽ eius subula ⁊ erit ei s̃uꝰ ĩ seculũ.
Si q̄s vẽdiderit filiã suã ĩ famulã: nõ egre-
diet sicut ãcille exire cõsueuerũt. Si displi-
cuerit oc'lis dñi sui cui tradita fuerit dimit-
tet eã: ppl'o ãt aliẽo vẽdẽdi ñ hẽbit ptãtem si
spreuẽit eã: Si ãt filio suo despõderit eã: iu
xta morẽ filiarũ faciet illi. Qꝫ si alterã ei ac-
ceperit: ꝓuidebit puelle nuptias ⁊ vestimẽ-
ta: ⁊ p̃ciũ pudicitie nõ negabit. Si tria ista
nõ fecerit egrediet gratꝭ absq; pecũia. Qui
percusserit hominẽ volens occidere morte
moriatur. Qui autem non est insidiatus:
sed deus illum tradidit in manus eius con
stituam tibi locum in quo fugere debeat.
Si quis per industriam occiderit proxi-
mum suum ⁊ per insidias: ab altari meo a
uelles eum ut moriatur. Qui percusserit
patrẽ suũ aut matrẽ morte moriatur. Qui
maledixerit patri suo uel matri morte mo-
riatur. Qui furatꝰ fuerit hoĩẽ ⁊ vẽdiderit

eũ: ꝯuictus noxe morte moriatur. Si rixati fuerit viri ⁊ ꝑcusserit alt̃ ꝓximũ suũ lapide uł pugno ⁊ ille mortu⁹ nõ fuerit: sꝫ iacuerit ĩ lectulo: si surrexerit ⁊ ãbulauerit foris sup baculũ suũ inocẽs erit q̃ ꝑcusserit: ita tñ ut opas ei⁹ ⁊ impẽsas ĩ medicos restituat. Qui ꝑcusserit seruũ suũ vel ãcillã virga ⁊ mortui fuerit ĩ mãib⁹ ei⁹: cris re⁹ erit. Si ãt vno die vł duob⁹ supuixerit nõ subiacebit pene: q̃a pecunia illi⁹ ẽ. Si rixati fuerit viri ⁊ ꝑcusserit q̃s mulierẽ pgnãtẽ ⁊ abõtiuũ q̃dẽ fecerit sed ipa uixerit: subiacebit damno quãtũ marit⁹ mulieri expetierit ⁊ arbitri iudicauerit. Si aũt mors ei⁹ fuerit subsecuta: reddet aiam ꝓ aĩa oculũ pro oculo dẽtẽ pro dẽte manũ ꝓ manu pedẽ ꝓ pede adustionẽ pro adustiõe vuln⁹ ꝓvulnere liuorẽ ꝓ liuore. Si ꝑcusserit q̃spiam oculũ serui sui aut ancille ⁊ luscos eos fecerit: dimittet eos liberos ꝓ oculo quẽ eruit. Dẽtẽ q̃ꝫ si excussẽit seruo vel ãcille sue: silr̃ dimittet eos liberos. Si bos cornu percusserit virũ aut mulierem ⁊ mortui fuerit: lapidibus obruetur ⁊ nõ comedẽtur carnes eius: dñs q̃ꝫ bouis inocẽs erit. Qꝫ si bos cornupeta fuerit ab heri ⁊ nudiusterti⁹ ⁊ ꝯtestati sũt dñz ei⁹ nec recluserit eũ: occideritq̃ꝫ virꝝ aut mulierẽ: ⁊ bos lapidib⁹ obruet̃ ⁊ dñz ei⁹ occidẽt. Qꝫ si p̃ciũ fuerit ei ĩpositũ: dabit ꝓ aĩa sua q̃cquid fuerit postulatus. Filiũ q̃ꝫ ⁊ filiaꝫ si cornu ꝑcusserit: simili sẽtẽtie subiacebit. Si seruũ ãcillãq̃ꝫ inuaserit: trigita siclos argenti dño dabit: bos v̊o lapidibus opp̃metur. Si q̃s apuerit cisternã ⁊ foderit ⁊ nõ opuerit eã: cecideritq̃ꝫ bos aut asin⁹ ĩ eã: reddet dñs cisterne p̃ciũ iumtoꝝ: q̊d ãt mõtuũ ẽ: ipsi⁹ erit. Si bos alien⁹ bouẽ alti⁹ vulnerauerit: et ille mõtu⁹ fuerit: uẽdet bouẽ uiuũ et diuidẽt p̃ciũ: cadauer aũt mõtui it̃ se dispartiẽt. Si autẽ sciebat ꝙ bos cornupeta esset ab heri ⁊ nudiusterti⁹ ⁊ ñ custodiuit eũ dñs su⁹: reddet bouẽ ꝓ boue ⁊ caudauer integrũ accipiet.

XXII

Si q̃s furat⁹ fuerit bouẽ aut ouẽ ⁊ occiderit vel vẽdiderit: quiq̃ꝫ boues pro vno boue restituet: ⁊ q̃ttuõ oues ꝓ una oue restituet. Si effrigẽs vir domũ siue suffodiens fuerit inuẽtus: ⁊ accepto vlñere mortuus fuerit: ꝑcussor nõ erit re⁹ sãguis. Qꝫ si orto sole hoc fecerit: homicidiũ ꝑpetrauit ⁊ ipe moriat̃. Si ñ habuerit q̊d ꝓ furto reddat: ipe uenũdabitur. Si uẽtũ fuerit apud eũ q̊d furat⁹ ẽ viuẽs siue bos siue asinus siue ouis: duplũ restituet. Si leserit q̃spiam agrũ vel vineã ⁊ dimiserit iumẽtũ suũ ut d̊ pascatur aliena: q̃cquid optimũ habuerit ĩ agro suo vel ĩ vinea ꝓ dãni estimatione restituet. Si egressus ignis inuenerit spicas ⁊ ꝯprehẽderit aceruos frugũ siue stãtes segetes ĩ agris: reddet dãnũ q̃ ignẽ succenderit. Si quis ꝯmẽdauerit amico pecuniaꝫ aut vas ĩ custodiã: ⁊ ab eo q̃ susceperat furto ablata fuerit: si inuenit̃ fur duplum reddet: si latet fur: dñs domus applicabitur ad deos ⁊ iurabit ꝙ nõ extẽderit manũ ĩ rẽ ꝓximi sui ad ꝑpetrandã fraudẽ tam in boue q̃ in asino ⁊ oue ac vestimẽto ⁊ quicquid dãnũ inferre põt. Ad deos vtriusq̃ꝫ causa ꝑueniet: ⁊ si illi iudicauerit dupluꝫ restituet proximo suo. Si q̃s cõmẽdauerit ꝓximo suo bouez aut asinũ ouẽ ⁊ õe iumẽtũ ad custodiam ⁊ mortuũ fuerit aut debilitatũ vł captum ab hostibus: nullusq̃ꝫ hoc viderit: iusiurandũ erit ĩ medio ꝙ nõ extẽderit manũ ad rẽ ꝓximi sui: suscipietq̃ꝫ dñs iuramẽtũ ⁊ ille reddere nõ coget̃. Qꝫ si furto ablatũ fuerit restituet dãnũ domino. Si comestũ a bestia deferat ad eũ q̊d occisu ẽ ⁊ nõ restituet. Qui a ꝓximo suo quicq̃ꝫ hoꝝ mutuo postulauerit: ⁊ debilitatũ aut mortuũ fuerit dño nõ p̃ñte: reddere ꝯpelletur. Qꝫ si ĩ p̃ñtiaꝝ dñs fuerit nõ restituet: maxime si cõductũ venerat ꝓ mercede opis sui. Si seduxerit q̃s v̊ginẽ necdũ despõsatã: dormĩeritq̃ꝫ cũ ea: dotabit eã ⁊ hẽbit eã vxorẽ. Si pater v̊gis dare noluerit: reddet pecuniã iuxta modũ dotis quã virgĩes accipe cõsueuerũt. Maleficos nõ patieris viuere. Qui coierit cũ iumẽto morte moriatur. Qui imolat dijs occidetur p̃ter dño soli. Aduenã nõ cõtristabis neq̃ꝫ affliges eũ: aduene ⁊ ipi fuistis ĩ terra egypti. Uidue ⁊ pupillo nõ nocebitis. Si leseritis eos uociferabũt ad me: ⁊ ego audiam clamorẽ eorũ ⁊ idignabitur furor me⁹: ꝑcutiãq̃ꝫ vos gladio ⁊ erunt vxores vr̃e vidue ⁊ filij vr̃i pupilli. Si pecuniã mutuã dederis pp̃lo meo paupi qui hitat tecũ: nõ vrgebis eum quasi exactor nec vsuris opprimes. Si pignus a proximo tuo acceperis vestimentum: ante solis occasum reddes ei. Ipsũ eni est solũ quo operitur indumẽtũ carnis ei⁹: nec hẽt aliud ĩ quo dõmiat. Si clamauẽit ad me exaudiã eũ: q̃a misericors sũ. Dijs nõ d̊trahes ⁊ pricipi pp̃li tui non

maledices. Decimas ⁊ primitias tuas non
tardabis offerre. Primogenitū filiorū tuo
rū dabis mihi. De bob⁹ q̄ꝫ ⁊ ouib⁹ silr̄ faci
es. Septē dieb⁹ sit cum matre sua die octa
ua reddes eū mihi. Viri sācti eritis mihi.
Carnē que a bestijs fuerit pregustata non
cōmedetis: sꝫ ꝓijcietis canib⁹.

XXIII

Non suscipies vocē mēdacij: nec iūges
manū tuā ut ꝑ impio dicas falsū testio
niū. Nō seq̄ris turbā ad faciēdū malū: nec
i iudicio plurimorū acq̄esces sētentie: ut a ve
ro devies. Paupi quoqꝫ non misereberis
in iudicio. Si occurrer̄ boui inimici tui a
ut asino errāti: reduc ad eū. Si videris asi
nū odiētis iacere sub onere: nō ptrāsibis: sꝫ
subleuabis cū eo. Nō declinabis i iudiciū
paupis. Mēdaciū fugies. Insontē ⁊ iustū
nō occides: q̄a aduersor impio: nec accipies
munera q̄ etiā excecāt prudētes ⁊ subuer
tūt v̄ba iustorū. Peregrīo molest⁹ nō eris:
Scitis .n. aduenarū aīas: q̄a ⁊ ipi peregrini
fuistis i terra egypti. Sex ānis semiabis ter
rā tuā ⁊ ꝯgregabis fruges ei⁹. Anno āt sep
tio dimittes eā ⁊ req̄escere facies: ut come
dāt paupes ppl̄i tui: ⁊ q̄cquid reliquū fuerit
edāt bestie agri. Ita facies i vinea ⁊ i oliue
to tuo. Sex dieb⁹ operaberis: septia die cessa
bis ut req̄escat bos ⁊ asinus tu⁹ ⁊ refrigerēt
filius ancille tue ⁊ aduena. Oia q̄ dixi vob̄
custodite: ⁊ ꝑ nomē externorū deorū nō iu
rabis neqꝫ audietur ex ore v̄ro. Trib⁹ vici
bus ꝑ singulos ānos mihi festa celebrabi
tis. Solēnitatē q̄ꝫ azimorū custodies. Sep
tē diebus comedetis azima: sicut p̄cepi tibi
tēpore mēsis nouorū qn̄ egressus es de egy
pto. Nō apparebis i cōspectu mō vacuus. ⁊
solēnitatē mēsis p̄mitiuorū opis tui q̄cūqꝫ
seiauer̄ i agro: solēnitatē q̄ꝫ i exitu āni qn̄
ꝯgregauer̄ oēs fruges tuas d̄ agro celebra
b̄ mihi. Ter i āno appebit oē mascl̄inū tuū
corā dn̄o deo tuo. Nō imolabis sup ferm̄
to saguinē victie tue: nec remanebit adeps
solēnitatis mee usqꝫ mane. Primitias fru
gū terre tue deferes i domū dn̄i dei tui. Nō
coques hedū i lacte mr̄is sue. Ecce ego mit
tā āgelū meū q̄ p̄cedat te, ⁊ custodiat i via ⁊
itroducat i locū quē p̄paraui. Obserua eū
⁊ audi vocē eius nec ꝯtēnēdū putes: q̄a nō
dimittet cū peccaueris: ⁊ ē nomē meū in il
lo. Qꝫ si audieris vocē eius ⁊ feceris oia q̄
loquor inimicus ero inimicis tuis ⁊ affligā
affligētes te. Precedetqꝫ te angelus meus
⁊ itroducet te ad amorreū ⁊ etheū ⁊ phere
zeū chananeūqꝫ ⁊ eueū ⁊ iebuseū q̄s ego ꝯ
terā. Nō adōrabis deos eorū nec coles eos.
Nō facies opa eorū: sꝫ d̄strues eos: ⁊ ꝯfrin
ges statuas eorū. Seruietisqꝫ dn̄o deo v̄ro:
ut bn̄dicā panib⁹ tuis ⁊ aq̄s ⁊ auferā infir
mitatē d̄ m̄dio tui. Nō erit ifecūda nec stēi
lis terra tua. Numerū dierū tuorū iplebo.
Terrorē meū mittā i p̄cursū tuū ⁊ occidā
oēs ppl̄s ad quē igredier̄. Cūctorūqꝫ inimi
corū tuorū corā te terga v̄tā: emittēs crabro
nes p̄us q̄ fugabūt eueū ⁊ chananeū ⁊ ethe
ū āq̄ꝫ itroeas. Nō eijciā eos a facie tua ā
no uno: ne terra i solitudinē redigat: ⁊ cre
scāt ꝯtra te bestie. Paulatī expellā eos d̄ ꝯ
spectu tuo donec augear̄ ⁊ possideas t̄rā.
Ponā aūt termīos tuos a mari rubro us
qꝫ ad mare palestīorū ⁊ a deserto usqꝫ ad flu
uiū. Tradā i manib⁹ v̄ris h̄itatores terre: ⁊
eijciā eos de cōspectu v̄ro. Nō inibis cū eis
fedus nec cū dijs eorū. Nō h̄itēt i t̄rra tua
ne forte peccare te faciāt i me si seruieris di
is eorū: qd̄ t̄ certe erit i scādalū.

XXIIII

Moysi q̄ꝫ dixit: Ascēde ad dn̄m tu ⁊ a
arō nadab ⁊ abiu ⁊ septuagita senes
ex isrl̄ ⁊ adorabitis ꝓcul: solusqꝫ moyses a
scendet ad dn̄m: ⁊ illi nō appropinquabūt
nec populus ascēdet cū eo. Venit ergo mo
yses ⁊ narrauit plebi omnia verba domi
ni atqꝫ iudicia. Rn̄ditqꝫ omnis populus u
na voce: Oia verba domini q̄ locut⁹ ē faci
emus. Scripsit āt moyses vniuēsos sermo
nes domini: ⁊ mane cōsurgēs edificauit al
tare dn̄o ad radices mōtis ⁊ duodecī titu
los ꝑ duodecim tribus isrl̄. Misitqꝫ iuue
nes de filijs isrl̄ ⁊ obtulerūt holocausta: i
molauerūtqꝫ victimas pacificas dn̄o vitu
los duodecī. Tulit itaqꝫ moyses dimidiā
partē sanguinis ⁊ misit in crateras: partē
aūt residuā fudit super altare. Assumēsqꝫ
volumē federis legit audiēte populo. Qui
dixerunt: Omnia que locutus est domin⁹
faciemus ⁊ erimus obedientes. Ille uēo su
ptum sanguinem respsit in populum ⁊ ait:
Hic est sanguis federis qd̄ pepigit dn̄s vo
biscum sup cunctis sermonib⁹ his. Ascen
derūtqꝫ moyses ⁊ aaron nadab ⁊ abiu ⁊
septuagita de seniorib⁹ isrl̄ ⁊ viderūt deum
isrl̄. Sub pedib⁹ ei⁹ q̄si op⁹ lapidis saphyrini
⁊ q̄si celū cū serenū ē: nec nō sup eos q̄ ꝓcul
recesserant de filijs isrl̄: misit manū suam:
videruntqꝫ deū: ⁊ comederunt ac biberūt.

Dixit aūt dñs ad moysē: Ascēde ad me i mō tē ⁊ esto ibi: daboq̃ tibi tabulas lapideas ⁊ legē ac mādata q̄ scripsi ut doceas filios isrl'. Surrexerūt moyses ⁊ iosue minister ei⁹: ascēdēsq̃ moyses i mōtē dei seniorib⁹ ait: Expectate hic: donec reuertamur ad vos: habetis aarō ⁊ hur vobiscū: siqd natum fuerit q̄stionis referetis ad eos. Cūq̃ ascēdisset moyses: opuit nubes mōtē: ⁊ habitauit glīa dñi sup synai tegēs illū nube sex dieb⁹: Septio aūt die vocauit eū dñs de medio caliginis. Erat aūt spēs glīe dñi q̄si ignis ardēs sup vticē mōtis i ɔspcū filioꝝ isrl'. Ingressusq̃ moyses mediū nebule ascēdit i montē ⁊ fuit ibi q̄dragita dieb⁹ ⁊ q̄dragita noctib⁹.

XXV

eos liberos: q̃m iuxta mercedẽ mercẽarij
ꝑ ſex ãnos ſeruiuit t̃: ut bñdicat tibi dñs ꝺ
us tu⁹ ĩ cũctis opib⁹ q̃ agis. De ꝓmogenitl
q̃ naſcũtur ĩ armẽtis ⁊ ouib⁹ tuis q̃cq̃ ſex⁹
ẽ maſculini ſãctificabis dño deo tuo. Nõ
opaberis ĩ primogenito bouis: ⁊ nõ tõdeb
primogenita ouiũ. In cõſpectu dñi dei tui
comedes ea ꝑ ãnos ſingulos ĩ loco quẽ ele
gerit dñs tu ⁊ dom⁹ tua. Si ãt hũerit macu
lã ⁊ uel claudũ fuerit uel cecũ aut ĩ aliq̃ ꝑte
deforme uel debile non ĩmolabit dño deo
tuo: ſed ĩtra portas urbis tue comedes il-
lud. Tã mũdus q̃ ĩmũdus ſiliter ueſcẽt eiſ
q̃i caprea ⁊ ceruo. Hoc ſolũ obſeruabis: ut
ſãguinẽ eorũ nõ comedas: ſed effũdes ĩ ter
rã quaſi aquã.

XVI

Obſerua mẽſẽ nouarũ frugũ: ⁊ uerni ꝓ
mũ tẽporis: ut facias phaſe dño deo
tuo: q̃m ĩ iſto mẽſe eduxit te dñs de⁹ tu⁹ de
egypto nocte: immolabiſq; phaſe dño deo
tuo de ouib⁹ ⁊ de bobus in loco quẽ elege-
rit dñs de⁹ tu⁹: ut hitet nomẽ eius ibi. Non
comedes in eo panẽ fermẽtatũ. Septẽ die-
bus comedes abſq; fermẽto afflictioniſ pa
nẽ: q̃m ĩ pauore egreſſus el ꝺ egypto: ut me
mineris diei egreſſionis tue de egypto oib⁹
diebus uite tue. Nõ apparebit fermẽtatũ ĩ
õib⁹ termis tuis ſeptẽ dieb⁹: ⁊ non remane
bit de carnibus ei⁹ q̃ꝺ ĩmolatũ ẽ ueſpere ĩ
die primo uſq; mane. Nõ poteris ĩmolare
phaſe ĩ qualibet urbiũ tuarũ quas dñſ de⁹
tu⁹ daturus ẽ t̃: ſ; ĩ loco quẽ elegerit dñſ ꝺ⁹
tu⁹: ut hitet nom̃ ei⁹ ibi. Immolabiſq; pha
ſe ueſpere ad ſolis occaſũ qñ egreſſus es de
egypto: ⁊ coq̃s ⁊ cõedes ĩ loco quẽ elegerit
dñs de⁹ tu⁹: maneq; cõſurgẽſ uadeſ ĩ tabna
cula tua. Sex dieb⁹ comedes azima ⁊ ĩ die
ſeptia: q̃a collecta ẽ dñi ꝺi tui: ñ facieſ op⁹.
Septẽ hebdõadib⁹ enũerab t̃ ab ea die q̃
falcẽ ĩ ſegetẽ miſeris: ⁊ celebrabis diẽ feſtu;
hebdomadaꝝ dño deo tuo: oblationẽ ſpõ
taneã man⁹ tue offeres iuxta benedictio-
nẽ dñi dei tui: ⁊ epulaberis coram dño deo
tuo tu ⁊ fili⁹ tu⁹ ⁊ filia tua ⁊ ſeru⁹ tu⁹ ⁊ ancil
la tua ⁊ leuites q̃ ẽ intra portas tuas ⁊ ad
uena ⁊ pupillus ⁊ uidua q̃ morãt uobiſcũ
ĩ loco quẽ elegerit dñs de⁹ tu⁹: ut hitet nom̃
ei⁹ ibi: ⁊ recordaberis q̃m ſeruus fueris in
egypto: cuſtodieſq; ac facies que tibi ꝓcep-
ta ſũt: Solẽnitatẽ q̃z tabẽnaculorũ celebra
bis ꝑ ſeptẽ dies qñ collegeris de area ⁊ tor
culari fruges tuas: ⁊ epulaberis ĩ feſtiuita-
te tua tu ⁊ fili⁹ tu⁹ ⁊ filia ⁊ ſeruu⁹ tuu⁹ ⁊ an
cilla: leuites q̃z ⁊ aduena ⁊ pupill⁹ ⁊ uidua
q̃ ĩtra portas tuas ſũt. Septẽ dieb⁹ domio
ꝺo tuo feſta celebrab ĩ loco quẽ elegerit do
min⁹: bñdicetq; tibi dñs de⁹ tuus ĩ cunctis
frugib⁹ tuis: ⁊ ĩ õi ope manuũ tuarũ: eriſq;
ĩ letitia. Trib⁹ uicib⁹ ꝑ ãnũ apparebit om̃e
maſculinũ tuũ ĩ cõſpectu dñi dei tui ĩ loco
quẽ elegerit ĩ ſolẽnitate azimorũ ⁊ ĩ ſolẽni-
tate hebdomadarũ ⁊ ĩ ſolẽnitate taberna-
culorũ. Nõ apparebit añ dominũ uacuuſ:
ſ; offeret unuſq̃ſq; ſecũdũ q̃ hũerit iuxta
benedictionẽ dñi dei ſui quã dederit ei. Iu-
dices ⁊ magĩos cõſtitues ĩ oibus portis tu
is: quas dñs de⁹ tu⁹ dederit tibi per ſingu-
las trib⁹ tuas ut iudicẽt populũ iuſto iudi
cio: nec ĩ alterã partẽ declinẽt. Nõ accipies
perſonã nec munera: q̃a munera excecant
oculos ſapiẽtũ: ⁊ mutãt ṽba iuſtorũ. Iuſte
q̃ꝺ iuſtũ ẽ ꝑſeq̃ris: ut uiuas ⁊ poſſideas ter
rã quã dñs de⁹ tu⁹ dederit tibi. Nõ plãtab
lucũ ⁊ oẽm arborẽ iuxta altare dñi dei tui:
nec facies tibi atq; cõſtitues ſtatuã: que o-
dit dñs deus tuus.

XVII

Non ĩmolabis dño deo tuo boue ⁊ o-
uẽ ĩ quo ẽ macula aut q̃ppiã uiciꝫ: q̃a
abominatio ẽ dño deo tuo. Cũq; reperti fu
erit apud te ĩtra unam portarum tuarum:
quas dñs deus tu⁹ dabit tibi uir aut muli-
er qui faciãt malũ ĩ cõſpectu dñi dei tui: ⁊
trãſgrediãtur pactũ illi⁹: ut uadãt ⁊ ſeruiãt
dijs alienis ⁊ adorẽt eos ſolẽ ⁊ lunã ⁊ oẽm
miliciã celi q̃ nõ ꝓcepi: ⁊ hoc tibi fuerit nun
ciatũ: audieſq; iq̃ſieris diligẽter: ⁊ verũ eẽ
repperis: ⁊ abomĩatio facta ẽ ĩ iſrl̃: educes
uirũ ac mulierẽ q̃ rẽ ſceleratiſſimã ꝑpetra-
runt ad portas ciuitatis tue: ⁊ lapidibus
obruẽtur. In ore duorũ aut triũ teſtiũ peri
bit q̃ ĩterficiet. Nemo occidat uno ꝯtra ſe
dicẽte teſtimoniũ. Man⁹ teſtiũ ꝓma ĩterfi-
ciet eũ: ⁊ man⁹ reliqui ꝑpli extrema mittet:
ut auferas malũ de medio tui. Si difficile
⁊ ãbiguũ apud te iudiciũ eſſe ꝑſpexeris in
ter ſanguinẽ ⁊ ſanguinẽ cauſã ⁊ cauſam: le
prã ⁊ nõ leprã: ⁊ iudicũ ĩtra portas tuas
uideris ṽba uariari: ſurge ⁊ aſcẽde ad locũ
quẽ elegerit dñs de⁹ tu⁹: ueniẽſq; ad ſacer-
dotes leuitici generl ⁊ ad iudicẽ q̃ fuerit illo

tēpoꝛe: quereſq; ab eiſ q̄ iudicabũt tibi iudi
cij ueritatē: ⁊ facies q̄dcũq; dixerit q̄ ꝑſunt
loco quē elegerit dñs ⁊ docuerit iuxta legē
eiꝰ: ſeq̄riſq; ſñiaꝫ eoꝛũ: nec declinab̄ ad dex-
trã neq; ad ſiniſtrã. Qui aũt ſupbierit no-
lēs obedire ſacerdotꝭ īpio q̄ eo tpe miſtrat
dño deo tuo: ex decreto iudicis morieť hō
ille: ⁊ auferes malũ de iſrł: cunctuſq; ppłs
audiēs tiebit: ut nullus deīceps ītumeſcat
ſupbia. Cũ īgreſſus fueris trã: quã dñs deꝰ
tuꝰ dabit tibi: ⁊ poſſederis eã: hītaueriſq;
ī illa: ⁊ dixeris: cõſtituã ſup me regem: ſicut
hñt oēs ꝑ circuitũ natõẽs: eũ cõſtitueſ: quē
dñs deus tuꝰ elegerit ð nũero fratrũ tuoꝛũ.
Nõ poteris alteriꝰ gētis hoīeꝫ regē facere:
q̄ nõ ſit frater tuꝰ. Cũq; fuerit cõſtitutꝰ: nõ
multiplicabit ſibi equos: nec reducet ppłm
ī egyptũ eq̄tatꝰ numero ſubleuatꝰ: ꝓſerti cũ
dñs ꝑcepit uob̄ ut neq̄q̄ ãpliꝰ ꝑ eãdē uiã re
uẽtami. Nõ hēbit uxores plīmas q̄ alliciãt
aiuꝫ eiꝰ: neq; argēti ⁊ auri īmēſa pondera.
Poſtq̄ aũt ſederit ī ſolio regni ſui: deſcribꝫ
ſibi deuteronõiũ leg̃ huꝰ ī uolumie: accipi
ens exēplar a ſacerdotibꝰ leuitice tbꝰ: et hē
bit ſecũ: legetq; illð oībꝰ diebꝰ uite ſue: ut di
ſcat timē dñꝫ deũ ſuũ: ⁊ cuſtodire uerba ⁊
cerimonias eiꝰ: q̄ in lege ꝑcepta ſũt. Nec ele
uetur coꝛ eiꝰ ī ſupbiã ſup fratres ſuos: neq;
declinet ī ꝑtē dexterã uł ſiniſtrã: ut lõgo tē-
poꝛe regnet ipſe ⁊ filij eiꝰ ſup iſrł. XVIII

Non hēbũt ſacerdotes ⁊ leuite ⁊ oēſ q̄
de eadē tribu ſũt partē ⁊ hereditateꝫ
cũ reliq̄ iſrł: q̄a ſacrificia dñi ⁊ oblationes
eiꝰ comedēt: ⁊ nihil aliud accipient de poſ-
ſeſſione fratrũ ſuoꝛũ. Dñs. n. īpe ē heredi-
tas eorũ: ſicut locutus ē illis. Hoc erit iudi
ciũ ſacerdotũ a populo ⁊ ab his q̄ offerũt
uictimas ſiue bouē ſiue ouē īmolauerit: da
bũt ſacerdoti armũ ac uētriculũ: ꝑmitias
frumēti uini ⁊ olei ⁊ lanarũ ꝑtē ex ouiũ tõ
ſione. Ipſũ. n. elegit dñs deꝰ tuus de cũctis
tribꝰ tuis: ut ſtet ⁊ miſtret nomī dñi ði tui
īpe ⁊ filij eius ī ſēpiternũ. Si exierit leuites
ex una urbiũ tuarũ ex õi iſrł in q̄ habitat ⁊
uoluerit uenire deſiderãs locũ quē elegerit
dñs: miſtrabit ī noīe dñi dei ſui: ſicut oñes
fratres eis leuite: qui ſtabũt eo tēpoꝛe corã
dño. Partē ciborũ eãdē accipiet quã ⁊ cete
ri: excepto eo q̄ð ī urbe ſua ex patña ei ſuc-
ceſſiõe debeť. Qñ īgreſſus fueris terrã quã
dñs deus tuꝰ dabit tibi: caue ne imitari ue-
lis abominatiões illarũ gētiũ: nec īueniať ī
te q̄ luſtret filiũ ſuũ aut filiã ducēs ꝑ ignē:
aut qui ariolos ſciſciteť: aut obſeruet ſõnia
atq; auguria: ne ſit maleficus nec īcãtatoꝛ:
neq; phitones cõſulat: neq; diuinos: ⁊ que
rat a moꝛtuis ueritatē. Oīa. n. hec abomīa
tur dñs: ⁊ ꝓpter iſtiuſmodi ſcelera delebit
eos ī introitu tuo. Perfectus eris ⁊ abſq;
macula cũ dño deo tuo. Gētes iſte q̄rũ poſ
ſidebis terrã: augures ⁊ diuīos audiũt: tu
aũt a dño deo tuo aliteꝛ īſtitutꝰ es. Prophe
tã de gēte tua ⁊ de fratribꝰ tuis ſicut me ſu
ſcitabit tibi dñs deꝰ tuus: ipſũ audieſ ut pe
tiſti a dño deo tuo ī oreb: qñ cõcio cõgrega
ta ē: atq; dixiſti: Ultra nõ audiã uoceꝫ dñi
dei mei: ⁊ ignē hũc maximũ ãpliꝰ non uide
bo ne moriar. Et ait dñs mihi: Bene oñia
ſũt locuti: Prophetã ſuſcitabo eis de me-
dio fratrũ ſuorũ ſimilē tui: ⁊ ponã uerba
mea ī oꝛe eiꝰ: loq̄turq; ad eos oīa q̄ ꝑcepeꝛo
illi. Qui aũt uerba eiꝰ que loq̄tur ī nomīe
meo audire noluerit: ego ultoꝛ exiſtã. Pro
pheta aũt qui arꝛogãtia deprauatus uolu
erit loq̄ ī noīe meo q̄ ego nõ ꝑcepi illi ut di
ceret: aut ex noīe alieñoꝛũ ðoꝝ: īterficieť. Q̄ ſi
tacita cogitatione rñderis: q̄uõ poſſuꝫ ītel-
ligere v̄bũ q̄ð dñs nõ ē locutus: hoc hēb̄ ſi
gnũ: Q̄ð ī noīe dñi ꝓpheta ille ꝑdixerit ⁊ ñ
euenerit: hoc dñs nõ ē locutꝰ: ſꝫ ꝑ tũorē ani
mi ſui ꝓpheta cõfixit: ⁊ iccirco ñ tieb̄ eũ.

Cum diſꝑderit dñs deꝰ tuꝰ gētes XIX
quarũ tibi traditurus ē terrã: ⁊ poſſe
deris eã: hītaueriſq; ī urbibꝰ eiꝰ ⁊ ī edibus:
tres ciuitates ſeꝑabis tibi ī medio tre quaꝫ
dñs deꝰ tuus dabit tibi ī poſſeſſionē ſterneſ
diligēter uiã: ⁊ ī tres eq̄liter partes totã tre
tue ꝓuīciã diuides: ut hēat e uicio q̄ ꝓpter
homicidiũ ꝓfugus ē q̄ poſſit euadere. Hec
erit lex homicide fugiētis: cuiꝰ uita ſeruan
da ē. Qui ꝑcuſſerit ꝓximũ ſuũ neſciēs ⁊ q̄
heri ⁊ nudiuſtertiꝰ nullũ cõtra eũ odiũ ha
buiſſe cõpꝛobatur: ſꝫ abiſſe cũ eo ſimpliciť
ī ſiluã ad ligna cedēda: ⁊ ī ſucciſione ligno-
rũ ſecuris fugerit manu: ferrũq; lapſuꝫ de
manubꝛio amicũ eiꝰ ꝑcuſſerit ⁊ occideꝛit:
hic ad unã ſupꝛadictarũ urbium cõfugiet
⁊ uiuet: ne foꝛſitan pꝛoximus eius cuius
effuſus ē ſãguis doloꝛe ſtimulatus ꝑſeq̄tur
⁊ appꝛehēdat eũ: ſi lõgioꝛ uia fuerit ⁊ ꝑcuti-
at aīam eiuꝰ: qui nõ ē reus moꝛtis: q̄a nul-
lũ cõtra eũ qui occiſus ē odium priꝰ hũiſſe
mõſtrať. Iccirco ꝑcipio t̄ ut tres ciuitates
eq̄ł ītra ſe ſpatij diuidas. Cũ aũt dilatauẽit

dominus deus tuus termios tuos ſicut iu
rauit pr̄ibus tuis: ⁊ dederit tibi cūctā trā:
quā eis pollicit⁹ ē: ſi tn̄ cuſtodieris mādata
ei⁹: ⁊ feceri q̄ hodie p̄cipio t̄: ut diligas dn̄ꝫ
deū tuū ⁊ ābules i uijs ei⁹ ōi tēpore: addeſ
t̄ tres alias ciuitates: ⁊ ſupradictarū trium
urbiū numerū duplicabis: ut nō effūdatur
ſāguis inoxius i medio t̄re quā dōin⁹ deus
tuus dabit tibi poſſidēdā: ne ſis ſāguis re⁹.
Siq̄s āt odio hn̄s p̄ximū: īſidiatus fuerit
uite eius: ſurgēſq; p̄cuſſerit illū ⁊ mortuus
fuerit: fugeritq; ad unā de ſupradicti urbi-
bus: mittēt ſeniores ciuitatis illiuſ ⁊ arripi
ent eū de loco effugij: tradētq; i māu p̄xi:
cui⁹ ſāguis effuſus ē ⁊ morieť. Nō miſerebe
ris ei⁹: ⁊ aufereſ noxiū ſāguinē de iſrl̄: ut be
ne ſit tibi. Nō aſſumes ⁊ trāſferes termios
p̄ximi tui: q̄s fixerūt p̄oreſ i poſſeſſiōe tua:
quā dn̄s de⁹ tuus dabit tibi i terra quā ac-
cepis poſſidēdā. Nō ſtabit teſtis un⁹ cōtra
aliquē: q̄cquid illud peccati ⁊ facinoris fue
rit: ſed i ore duorū aut triū teſtiū ſtabit ōe
v̄bū. Si ſteterit teſtis mēdax cōtra hominē
accuſās eū p̄uaricatiōis: ſtabūt ābo quorū
cauſa ē āte dn̄ꝫ i cōſpectu ſacerdotū ⁊ iudi-
cū qui fuerit i dieb⁹ illis. Cūq; diligentiſſie
p̄ſcrutātes īuenerit falſū teſtē dixiſſe ꝯtra
fratrē ſuū mēdacium: reddēt ei ſicut fratri
ſuo facere cogitauit: ⁊ auferes malū de me
dio tui: ut audiētes ceteri timorē hēant: ⁊
neq̄q̄ talia audeāt facere. Nō miſereberis
ei⁹: ſed aīaꝫ p̄ aīa: oculū p̄ oculo: dētē p̄ den
te: manū p̄ manu: pedē p̄ pede exiges. XX

SI exieris ad bellū cōtra hoſtes tuos:
⁊ uideris equitatus ⁊ curr⁹ ⁊ maiorē
q̄ tu hēas aduerſarij exercit⁹ multitudinē:
nō timebis eos: q̄a dn̄s deus tu⁹ tecum eſt:
qui eduxit te de terra egypti. Appropiquā
te aūt iā p̄lio ſtabit ſacerdos ante aciē ⁊ ſic
loq̄t ad ppl̄m: Audi iſrl̄: Uos hodie cōtra
inimicos v̄ros pugnā cōmittitis: nō p̄time
ſcat cor v̄m: nolite metuē: nolite cedē: nec
formidetis eos: q̄a dn̄s de⁹ v̄r i medio v̄ri ē:
⁊ p̄ uobis cōtra aduerſarios dimicabit: ut
eruat uos de periculo. Duces q̄ꝫ p̄ ſingulas
turmas andiēte exercitu p̄clamabūt: Quiſ
ē hō q̄ edificat domū nouā ⁊ nō dedicauit
eā: uadat ⁊ reuertať i domū ſuā: ne fōte mo
riať i bello: ⁊ ali⁹ dedicet eā. Quiſ ē hō qui
plātauit uineā: ⁊ necdū fecit eā eē cōmuneꝫ
de q̄ ueſci oīb⁹ liceat: Uadat ⁊ reuertať i do
mū ſuā: ne forte moriať i bello ⁊ ali⁹ hō ei⁹
fūgatur officio. Quis ē hō qui deſpōdit u
xorē ⁊ nō accepit eā: uadat ⁊ reuertať in do
mū ſuā: ne forte moriať i bello: ⁊ ali⁹ hō ac
cipiat eā. Hiſ dictiſ addēt reliq̄ ⁊ loquēt ad
ppl̄m: Quis ē hō formidoloſus ⁊ corde pa
uido: uadat ⁊ reuertať i domū ſuā: ne paue
re faciat corda fratrum ſuorum: ſicut ipſe
timore p̄territ⁹ ē. Cūq; ſiluerit duces exer-
cit⁹ ⁊ finē loquēdi fecerit: unuſq̄ſq; ſuos ad
bellādū cuneos p̄parabit. Siqn̄ acceſſeris
ad expugnādā ciuitatē: offeres ei p̄mū pacē
Si recepit ⁊ apuerit tibi portas: cūct⁹ ppl̄s
q̄ i ea ē ſaluabiť: ⁊ ſuiet tibi ſub tributo. Si
aūt fedus īire noluerit: ⁊ cepit cōtra te bel
lū: oppugnab⁹ eā. Cūq; tradiderit dn̄s deuſ
tu⁹ illā i manu tua: p̄cuties ōe qđ i ea gn̄is
maſculini ē i ore gladij: abſq; mulierib⁹ ⁊ in
fātib⁹ iumētis ⁊ ceteris q̄ i ciuitate ſt̄. Oēm
predā exercitui diuides: ⁊ comedes de ſpo
lijs hoſtiū tuorū: q̄ dn̄s deus tuus dederit
tibi. Sic facies cūctiſ ciuitatib⁹ que a te pro
cul ualde ſūt: ⁊ n̄ ſūt de his urbib⁹ q̄s i poſ
ſeſſionē acceptur⁹ es. De his aūt ciuitatib⁹
q̄ dabūť tibi: nullū oio p̄mittes uiuere: ſed i
terficies i ore gladij ethēū videlicet ⁊ āmor
reū ⁊ chananeū pherezeū ⁊ eueū ⁊ iebuſe
um: ſicut p̄cepit tibi dn̄s de⁹ tuus: ne forte
doceāt uos facere cūctas abominatōes q̄s
ipi operati ſūt dijs ſuis: ⁊ peccetis i dn̄ꝫ de
um v̄m. Qn̄ obſederis ciuitatē multo tp̄e
⁊ munitionib⁹ circūdederis ut expugneſ eā
nō ſuccides arboreſ de quib⁹ ueſci pōt: nec
ſecurib⁹ per circuitū ōbes uaſtare regionē:
qm̄ lignū ē ⁊ nō hō: nec pōt bellātiū ꝯtra te
augere numerū. Siq̄ aūt ligna nō ſt̄ pomi
fera ſed agreſtia: ⁊ i certos apta uſus: ſuc-
cide ⁊ extrue machinas donec capias ciui-
tatē q̄ cōtra te dimicat. XXI

QUando inuētū fuerit i terra quā dn̄ſ
deus tuus daturus ē tibi hōis cada-
uer occiſi: ⁊ ignorabitur cedis reus: egredi
ētur maiores natu ⁊ iudices tui ⁊ metient
a loco cadaueris ſingularū p̄ circuitū ſpa-
tia ciuitatū: ⁊ quā uiciniorē ceteris eſſe per
ſpexerit: ſeniores ciuitatis illi⁹ tollēt uitulā
de armēto: que nō traxit iugū: nec terrā ſci
dit uomere: et ducēt eā ad uallē aſperā atq;
ſaxoſā: q̄ nūq̄ arata ē nec ſemētē recepit: et
cedēt i ea ceruices uitule. Aſcēdētq; ſacer-
dotes filij leui: q̄s elegerit dn̄s de⁹ tu⁹ ut mi
niſtrēt et b̄n̄dicat i noīe ei⁹: et ad v̄bū eorū
ōe negociū pēdēt: et q̄cq̄d mūdū ul' imūdū ē

iudicetur. Et uenient maiores natu ciuitatis
illi⁹ ad iterfectū: lauabūtq₃ manus suas sr
uitulā q̄ i ualle pcussa ē ⁊ dicēt: Man⁹ nr̄e
nō effuderūt sāguinē hūc: nec oculi uiderūt.
Propiti⁹ esto pplo tuo isrl̄: quē₃ redemisti
dn̄e: ⁊ nō reputes sāguinē innocētē i medio
populi tui isrl̄. Et auferetur ab eis reatus
sāguis: tu aūt alien⁹ eris ab inocētis cruoꝛ:
q̄ fusus ē cū feceris qđ pcepit dn̄s. Si egres
sus fueris ad pugnā cōtra inimicos tuos ⁊
tradiderit eos dn̄s de⁹ tu⁹ i manu tua: cap-
tiuosq₃ duxeis: ⁊ uideris i numero captiuo
rū mulierē pulchrā ⁊ adamaueris eā: uolu
erisq₃ habere uxoꝛē: itroduces eā i domum
tuā. Que radet cesariē ⁊ circūcidet ungues
⁊ deponet uestē i q̄ capta ē: sedēsq₃ i domo
tua flebit pr̄em ⁊ matrē suā uno mēse: ⁊ po
stea itrabis ad eā: dormiesq₃ cum illa: et
erit uxoꝛ tua. Si aūt postea nō sederit aio
tuo dimittes eā liberā: nec uēdere poteris
pecunia: nec opprimere per potētiā: q̄a hūi
liasti eā. Si hūerit hō uxores duas unā di-
lectā ⁊ alterā odiosā: genueritq₃ ex eis libe
ros: ⁊ fuerit fili⁹ odiose pmogenitus: uolue
ritq₃ substātiā suā iter filios suos diuidere:
nō poterit filiū dilecte facere pmogenitū. ⁊
preferre filio odiose: sed filiu₃ odiose agno-
scet pmogenitū: dabitq₃ ei de his q̄ ihabue-
bit cūcta duplicia. Iste ē eni pricipiū libero
rū ei⁹: ⁊ huic debētur pmogenita. Si genu
erit hō filiū cōtumacē ⁊ pteruū: q̄ nō audi
erit pr̄is ac matris iperiū: ⁊ coercit⁹ obedi
re cōtēpserit: apprehēdēt eū ⁊ ducēt ad seni
oꝛes ciuitatis illi⁹ ⁊ ad portā iudicij: dicent
q₃ ad eos: Fili⁹ noster iste pteruus ⁊ contu
max ē: monita nostra audire cōtēnit: ꝯmes
sationib⁹ uacat ⁊ luxurie atq₃ cōuiuijs: la-
pidib⁹ eū obruet ppls ciuitatis ⁊ morieť: ut
auferat malū ð medio vr̄i: ⁊ uniuersus isrl̄
audies ptimescat. Qñ peccauerit hō qđ mō
te plectēdū ē: ⁊ adiudicat⁹ morti appensus
fuerit i patibulo: nō pmanebit cadauer ei⁹ i
ligno: sed i eadē die sepelieť: q̄a maledict⁹ a
deo ē q̄ pēdit i ligno: ⁊ neq̄q̄ cōtamiabis t-
rā tuā: quā dn̄s de⁹ tuus dederit tibi i pos-
sessionē.

XXII

Non uidebis bouē fratris tui aut ouē
errātē ⁊ preteribis: s₃ reduces fratri
tuo: et si nō ē ppiquus frater tu⁹ nec nosti
eū: duces i domū tuā: ⁊ erūt apud te q̄diu
q̄rat ea frať tu⁹ ⁊ recipiat. Siľr facies ð asi
no ⁊ de uestimēto: ⁊ de oī re fratris tui q̄ pi
erit: si iueneris eā ne negligas q̄si alienā. Si
uideris asinū fratris tui aut bouē cecidisse
i uia: nō despicies: sed subleuab̄ cū eo. Nō
iduet mulier ueste uirili: nec uir uteť ueste
feminea. Abominabilis eni apud deū ē qui
facit hoc. Si ābulās p uiā i arboꝛe uľ i tra
nidū auis iueneris ⁊ matrē pullis uel ouis
desup icubātē: nō tenebis eā cū filijs: s₃ abi
re patieris captos tenēs filios: ut bn̄ sit t ⁊
lōgo uiuas tēpoꝛe. Cū edificaueris domu₃
nouā: facies murū tecti p circuitū: ne effun
dať sāguis i domo tua: ⁊ sis re⁹ labēte alioꝛ
ipceps ruēte. Nō seres uineā tuā alťo semie
ne ⁊ semē quā seuisti ⁊ q̄ nascūt ex uinea pa
riť sāctificētur. Nō arab̄ i boue simul ⁊ asi
no. Nō idueris uestimēto qđ ex lana lino-
q₃ cōtextū ē. Funiculos i fibrijs facies p q̄t
tuor angulos palij tui q̄ operiris. Si duxe
rit uir uxoꝛē: ⁊ postea odio hūerit eā: q̄sierit
q₃ occasiones: q̄b⁹ dimittat eā obijcieť ei no
mē pessimū: ⁊ dixerit: Uxoꝛē hāc accepi ⁊ i
gressus ad eā nō ueni uirginē: tollēt eā pať
⁊ mať ei⁹: ⁊ ferēt secū signa v̓ginitatis ei⁹ ad
senioꝛes urbis: q̄ i poꝛta sūt: ⁊ dicet pať: Fi-
liā meā dedi huic uxoꝛē: quā q̄a odit: ipōit
ei nomē pessimū ut dicat: nō ueni filiā tuā
uirginē: ⁊ ecce hec sūt signa uirgitatis filie
mee. Expādēt uestimētū coꝛā seniorib⁹ ciui
tatis: apprehēdētq₃ senes urb̄ illi⁹ uirū ⁊ v̓
bēabūt illū: ꝯdēnātes isup cētū siclis argēti
q̄s dabit pr̄i puelle: qm̄ diffamauit nomen
pessimū sup uirginē isrl̄: hēbitq₃ eā uxoꝛē ⁊
nō poterit dimittere oib⁹ diebus uite sue.
Q₃ si uerū ē qđ obijcit: ⁊ nō ē i puella iuēta
uirgitas: eijciēt eā extra foꝛes dom⁹ pr̄is sui
⁊ lapidib⁹ obruēt uiri ciuitatis illi⁹ ⁊ mori
etur: qm̄ fecit nefas i isrl̄: ut foꝛnicaretuꝛ in
domo pr̄is sui: ⁊ auferes malum de medio
tui. Si doꝛmierit uir cū uxore alteri⁹: utq₃
moꝛieť. i. adulter ⁊ adultera: ⁊ auferes ma-
lū de isrl̄. Si puellā uirginē despōderit uir
et iuenerit eā aliq̄s i ciuitate et cōcubuerit
cū ea: educes utrūq₃ ad portā ciuitatis illi⁹
et lapidib⁹ obruētur: puella quia nō clama
uit cū esset i ciuitate: uir quia hūiliauit uxo
rē pximi sui: et auferes malū de medio tui.
Si aūt i agro repperit uir puellā q̄ despon
sata ē: et apprehēdēs cōcubuerit cū ea: ipe
moꝛieť solus: puella nihil patieť: nec est rea
mortis: qm̄ sicut latro cōsurgit ꝯtra frēꝫ su
um: et occidit aīa₃ ei⁹: ita et puella ppessa ē
Sola erat i agro: clamauit et nullus affuit

qui liberaret eã. Si iuenerit uir puellã uirginẽ q̃ nõ hẽt spõsũ: ⁊ apphẽdẽs cõcubuẽit cũ illa: ⁊ res ad iudiciũ uenerit: dabit q̃ dormiuit cũ ea p̃ri puelle quiq̃gita siclos argẽti: ⁊ hẽbit eã uxorẽ: q̃a humiliauit illã. Nõ poterit dimittere eaʒ cũctis dieb⁹ uite sue. Non accipiet hõ uxorẽ p̃ris sui: nec reuelabit opimẽtũ ei⁹.

XXIII

Non itrabit eunuchus attritis uł ãputatis testiculis ⁊ absciso ueretro ecclesiã dñi. Nõ igredieť mãser hoc ẽ de scorto natus i ecclesiã dñi usq₃ ad decimã gñationẽ. Ammonites ⁊ moabites ẽt p⁹ decimaʒ gñationẽ nõ itrabũt eccłiã dñi i eternũ: q̃a noluerũt vob̃ occurrere cũ pane ⁊ aq̃ i uia: q̃n egressi estis de egypto: ⁊ q̃a cõduxerũt cõtra te balaã filiũ beor de mesopotamia syrie ut malediceret tibi: ⁊ noluit dñs deus tu⁹ audire balaã: uertitq₃ maledictionẽ ei⁹ i bñdictionẽ tuã: eo q͛ diligeret te. Nõ facies cũ eis pacẽ: nec q̃ras eis bona cũctis dieb⁹ uite tue i sẽpiternũ. Nõ abomiaberi͛ idumeũ: q̃a frater tu⁹ ẽ: nec egyptiũ: q̃a aduẽa fuisti i terra ei⁹. Qui nati fuerit ex eis t̃tia gñatione: itrabũt i eccłiã dñi. Q̃n egressus fueris aduersus hostes tuos i pugnã: custodies te ab õi re mala. Si fuẽit iter uos hõ q̃ nocturno pollut⁹ sit sõno: egredieť extra castra: ⁊ ñ reuerteť p̃us q͛ ad uesperã laueť aq̃: ⁊ post soł occasũ regredieť i castra. Hẽbis locũ extra castra: ad quẽ egrediaris ad req̃sita nature gerens paxillũ i balthco. Cũq₃ sederis fodies p circuitũ: ⁊ egesta humo opies q̃ releuat⁹ es. Domin⁹. n. deus tu⁹ ãbulat i medio castrorũ: ut eruat te ⁊ tradat tibi inimicos tuos: ut sit castra tua sãcta: ⁊ nihil i eis appareat feditatis: ne dereliquat te. Nõ trades seruuʒ dño suo: q̃ ad te cõfugerit: habitabit tecũ i loco q̃ ei placuerit: et i una urbiũ tuarũ req̃escet: ne cõtristes eũ. Nõ erit meretrix de filiab⁹ isrł: nec scortator de filiis isrł. Non offeres mercedẽ p̃stibuli: nec p̃ciũ canis i domo dñi dei tui: quicq̃d illud ẽ qd̃ uouerit: quia abomiatio est utrũq₃ apud dñʒ deũ tuũ. Nõ feneraƀ fratri tuo ad usurã pecũiã: nec fruges nec q͛libet aliã rẽ: s₃ alieno. Fratri ãt tuo absq₃ usura id q̃ idiget cõmodabis: ut bñdicat tibi dñs deus tu⁹ i õi opere tuo i terra ad quã ingrederis possidẽdã. Cũ uotũ uoueris dño deo nõ tardabis reddeř: quia req̃ret illud dñs deus tuus: ⁊ si morat⁹ fueris: reputabiť tibi i peccatũ. Si nolueris polliceri: abs₃ peccato eris. Qd̃ aũt seł egressũ ẽ d̃ labiis tuis obßuabis ⁊ facies sicut promisisti dño deo tuo: ⁊ p̃pa volũtate ⁊ ore tuo locut⁹ es. Ingressus vineã p̃ximi tui comede vuas quãtũ tibi placuerit: foras autẽ ne efferas tecũ. Si itraueri͛ segetẽ amici tui: frãges spicas ⁊ mãu ↄteres: falce ãt nõ metes.

XXIIII

Si accepit hõ vxorẽ ⁊ hũerit eaʒ ⁊ nõ inuenerit gratiaʒ ante oculos eius p̃pter aliquã feditatem: scribet libellum ĩpudii ⁊ dabit in manu illi⁹: ⁊ dimittet eã d̃ domo sua. Cũq₃ egressa alteꝝ maritũ duxẽit ⁊ ille q̃₃ oderit eã: dedẽitq₃ ei libellũ ĩpudii ⁊ dimiserit de domo sua uel certe mortuus fuerit: nõ poťit p̃or marit⁹ recipe eã i vxorẽ q̃a polluta ẽ ⁊ abomiabilis facta corã dño: ne peccare facias t̃rã tuã quã dñs de⁹ tuus tradiderit tibi possidẽdã. Cũ accepit hõ nuper vxorẽ: nõ p̃cedet ad bellũ: nec ei quippiam necitati͛ iungeť publice: s₃ vacabit abs₃ culpa domui sue: vt uno ãno leteť cũ vxore sua. Nõ accipies loco pignoris iferiorẽ ⁊ supiorẽ molã: q̃a aiam suã apposuit tibi. Si ↄp̃hensus fuerit hõ sollicitãs fratrẽ suũ d̃ filiis isrł: ⁊ vẽdito eo accepit p̃ciũ iterficieť: ⁊ auferes malũ de medio tui. Obserua diligẽter ne icurras plagã lepre: s₃ facies q̃cuq₃ docuerit te sacerdotes leuitici generi͛ iuxta id qd̃ p̃cepi eis: ⁊ iple sollicite. Mementote q̃ fecerit dñs de⁹ vester marie in via cũ egrederemini d̃ egypto. Cũ repetes p̃ximo tuo rẽ aliquã quã debet tibi: nõ igredieri͛ domũ ei⁹ ut pign⁹ auferas: s₃ stabis foris ⁊ ille tibi p̃feret qd̃ hũerit. Si autẽ paup ẽ: ñ p̃noctabit apd̃ te pign⁹: s₃ stati reddes ei añ soł occasũ: ut dormiẽs i vestimẽto suo bñdicat tibi: ⁊ habeas iusticiã corã dño deo tuo. Nõ negabis mercedẽ idigẽtis ⁊ paupis fratris tui siue aduene q̃ tecũ morať in t̃ra ⁊ intra portas tuas ẽ: s₃ eadẽ die reddes ei p̃ciũ laboris sui añ solis occasũ: q̃a paup ẽ ⁊ ex eo sustẽtat aiaʒ suã: ne clamet ↄtra te ad dñm ⁊ reputeť tibi i pccm̃. Nõ occidẽtur patres pro filiis nec filii pro patribus: sed vnusq̄sq₃ pro peccato suo morietur. Non peruertes iudicium aduene ⁊ pupilli: nec auferes pignoris loco vidue vestimẽtuʒ. Memento q͛ seruieris in egypto: ⁊ eruerit te dominus deus tuus inde. Iccirco precipio tibi ut facias hanc rem. Quando messueris segetẽ i-

agro tuo: ⁊ oblit⁹ māipulū reliqueris: non reuerteris ut tollas illū: sȝ aduenā ⁊ pupillū ⁊ uiduā auferre patieris: ut bñdicat tibi dñs de⁹ tu⁹ i oi ope manuū tuaꝝ. Si fruges col legeris oliuaꝝ: qcqd remāserit i arboribus nō reuerteris ut colligas: sȝ relinques adue ne pupillo ac uidue. Si uindemiaueris ui neā tuā: nō colliges remanētes racemos: sȝ cedēt i usus aduene pupilli ac uidue. Me mēto ꝙ ⁊ tu seruieris i egypto: ⁊ iccirco ꝑci pio tibi ut facias hāc rē.

XXV

SI fuerit causa inter aliquos ⁊ iterpel lauerit iudices: quē iustū eē ꝑspexerit: illi iusticie palmā dabunt: quē impiū: cōdē nabunt ipietatis. Si autē euȝ qui peccauit dignū uiderit plagis: ꝓsternēt ⁊ corā se faci ent vberari. Pro mēsura pcci erit ⁊ plagaꝝ modus: ita dūtaxat ut qdragēariū numerū nō excedāt: ne fede laceratꝰ añ oculos tuos obeat frat tu⁹. Nō ligabis os bouis terētis i area fruges tuas. Qñ habitauerit fres sil̄: ⁊ unus ex eis absqȝ liberis mortu⁹ fuerit: uxō ōfūcti nō nubet alti: sȝ accipiet eā frat ei⁹ ⁊ suscitabit semē fratris sui: ⁊ ꝑmogēitū ex ea filiū noie illi⁹ apellabit: ut nō deleat nomē ei⁹ ex isrl̄. Sin aūt noluerit accipe uxorē fris sui q̄ ei lege debet: ꝑget mulier ad portaȝ ci uitatis: ⁊ iterpellabit maiores natu: diceteqȝ: Nō vult frat viri mei suscitare semē fratris sui i isrl̄: nec me i cōiugiū sumere. Statiqȝ accersiri eū faciēt: ⁊ iterrogabūt: Si rñderit nolo eā vxorē accipe: accedet mulier ad euȝ corā seniorib⁹ ⁊ tollet calciamētū ō pede ei⁹ spuetqȝ i faciē ei⁹: ⁊ dicet: Sic fiet hoi q nō edificat domū fris sui. Et vocabit nomē illi us i isrl̄: dom⁹ discaltiati. Si hūerit it se iu giū viri duo: ⁊ vn⁹ ꝯtra alteꝝ rixari cepit: volēsqȝ vxor alteri⁹ eruē viꝝ suū ō māu for tioris: miseritqȝ manū ⁊ apprehēderit verē da ei⁹: abscides manū illi⁹: nec flecteris sup eā vlla mīsicōdia. Nō hēbis i sacculo diuersa pōdera maius ⁊ minus: nec erit i domo tua modius maior ⁊ minor. Pōdus habebꝭ iu stū ⁊ verū: ⁊ modius eq̄lis ⁊ verus ērit tibi: vt multo viuas tp̄e sup t̄rā quā dñs de⁹ tu⁹ dederit tibi. Abominat. n. dñs eū q fac hec: ⁊ aduersat oēȝ iiusticiā. Memēto q̄ fecerit tibi amalech in via qñ egrediebaris ex egy pto: qūo occurrerit tibi ⁊ extremos agmis tui q lassi residebāt ceciderit: qñ tu eras fa me ⁊ labore ꝯfectus: ⁊ nō timuerit deū. Cū ergo dñs deus tu⁹ dederit tibi reqē: ⁊ subie cerit cūctas ꝑ circuitū natiōes i terra: quaȝ tibi pollicitus est: delebis nomē eius sub ce lo. Caue ne obliuiscaris.

XXVI

CUmqȝ itraueris terrā quā dñs de⁹ tu us tibi datur⁹ ē possidēdā: ⁊ obtinue ris eā atqȝ habitaueris i illa: tolles de cūctis frugib⁹ tuis ꝑmitias ⁊ pones i cartallo: per gesqȝ ad locū quē dñs deus tu⁹ elegerit ut i bi iuocet nomē ei⁹: accedesqȝ ad sacerdoteȝ q fuerit i dieb⁹ illis ⁊ dices ad eū: Profite or hodie corā dño deo tuo: ꝙ igressus sū in terrā ꝑ q̄ iurauit p̄rib⁹ nr̄is: ut daret eā no bis. Suscipiēsqȝ sacerdos cartallū de māu tua ponet añ altare dñi dei tui: ⁊ loq̄ris i cō spectu dñi dei tui: Syrus ꝑseq̄bat p̄reȝ me um: q descēdit i egyptū: ⁊ ibi ꝑegrinat⁹ ē in paucissimo numero: creuitqȝ i gētē magnā ac robustā ⁊ ifinite multitudis. Afflixerūt qȝ nos egyptij: ⁊ ꝑsecuti sūt iponētes onera grauissima: ⁊ clamauim⁹ ad dñȝ deū p̄rum nostrorū: q exaudiuit nos ⁊ respexit humi litatē nostrā ⁊ laborē atqȝ angustiā: ⁊ edu xit nos de egypto in manu forti ⁊ brachio extēto: i igēti pauore: i signis atqȝ portentis ⁊ itroduxit ad locū istū: ⁊ tradidit nobꝭ t̄rā lacte ⁊ melle manātē. Et iccirco nūc offero ꝑmitias frugū t̄re: quā dñs de⁹ dedit mihi. Et dimittes eas i ꝯspectu dñi dei tui: ⁊ ado rato dño deo tuo: epulaberis i oib⁹ bōis q̄ dñs deus tu⁹ dederit tibi ⁊ domui tue: tu ⁊ leuites ⁊ aduena q tecū ē. Qñ ꝯpleueris deci mā cūctaꝝ frugū tuaꝝ āno dcimaꝝ tertio: dabis leuite ⁊ aduene ⁊ pupillo ⁊ vidue vt comedāt itra portas tuas: ⁊ saturēt: loque risqȝ i ꝯspectu dñi dei tui: Attuli qd scifica tū ē ō domo mea ⁊ dedi illud leuite ⁊ adue ne ⁊ pupillo ac vidue sic iussisti mihi. Non ꝑteriui mādata tua: nec sū oblit⁹ iperij tui. Nō comedi ex eis i luctu meo: nec separaui ea i q̄libet imūditia: nec expēdi ex his qcq̄ i re funebri. Obediui voci dñi dei mei: ⁊ fe ci oia sicut ꝑcepisti mihi. Respice ō scūario tuo ⁊ de excelso celorū habitaculo: ⁊ bñdic ppl̄o tuo isrl̄: ⁊ t̄re quā dedisti nobꝭ sicut iu rasti p̄rib⁹ nr̄is: t̄re lacte ⁊ melle manati. Ho die dñs deus tu⁹ ꝑcepit tibi: vt facias māda ta hec atqȝ iudicia: vt custodias ⁊ ipleas ex toto cōde tuo ⁊ ex tota aīa tua. Dñȝ elegisti hodie ut sit tibi de⁹ ⁊ ambules i vijs ei⁹: vt custodias cerimōias illi⁹ ⁊ mādata atqȝ iu dicia: ⁊ obedias ei⁹ imꝑio. En dñs elegit te

hodie ut sis ei ppl's peculiaris sicut locut' ē tibi: ⁊ custodias oia pcepta ill': ⁊ faciet te excelsiorē cūctis gētib' qs creauit i laudē ⁊ nomē ⁊ gl'iam suā: vt sis pplus scūs dñi dei tui sicut locutus est.

XXVII

PRecepit autē moyses ⁊ seniores populo isrl' dicentes: Custodite oē mandatū qd precipio vob' hodie. Cūq; trāsieris iordanem i terrā quā dñs deus tuus dabit tibi: eriges igentes lapides ⁊ calce leuigabis eos vt possis i eis scribē oia vba legis hui' iordane trāsmisso: vt introeas terrā quam dñs deus tu' dabit tibi.: terrā lacte ⁊ melle manātē sicut iurauit pr̃ib' tuis. Qñ ergo trāsieritis iordanē erigite lapides qs ego hodie pcipio vob' i mōte hebal: ⁊ leuigab' eos calce: ⁊ edificabis ibi altare dño deo tuo d lapidib' qs ferꝝ ñ tetigit: ⁊ de saxis informibus ⁊ ipolitis: ⁊ offeres sup eo holocausta dño deo tuo: ⁊ imolabis hostias pacificas: comedesq; ibi ⁊ epl'aberis corā dño deo tuo. Et scribes sup lapides oia vba legis hui' plane ⁊ lucide. Dixerūtq; moyses ⁊ sacerdotes leuitici generis ad oēm israelē: Attende ⁊ audi isrl': Hodie fact' es pplus dñi dei tui. Audies vocē ei': ⁊ facies mādata atq; iusticias qs ego pcipio tibi. Precepitq; moyses ppl'o i die illo dicēs: Hi stabūt ad bñdicēdū dño sup mōtē garizim iordane trāsmisso: simeon leui iudas isachar ioseph ⁊ beniamin. Et e regiōe isti stabūt ad maledicēduz i mōte hebal ruben gad ⁊ aser zabulō dan ⁊ neptali. Et pnūciabūt leuite: dicent q; ad oēs uiros isrl' excelsa voce: Maledictus hō q fac sculptile ⁊ ɔflatile abōinatōez dñi: opus manuū artificū: pōitq; illud i abscōdito. Et rñdbit ois ppl's: ⁊ dicet amē. Maledict' q nō honōat patrē suū ⁊ matrē suā. Et dicet ois pplus amē. Maledictus q trās fert tminos pximi sui. Et dicet ois pplus amē. Maledictus q errare facit cecū i itiē. Et dicet ois pplus amē. Maledictus q puētit iudiciū aduene pupilli ⁊ vidue. Et dicet ois pplus amē. Maledict' q dōmit cū vxore pr̃is sui: ⁊ reuelat opimentū lectuli eius. Et dicet ois pplus amē. Maledictus q dōmit cū oi iumēto. Et dicet ois pplus amē. Maledictus q dōmit cū sorōe sua filia pr̃is sui uel matris sue. Et dicet ois pplus amen. Maledict' q dormit cū socru sua. Et dicet ois pplus amē. Maledictus q clā pcusserit proximū suū. Et dicet ois pplus amē. Maledictus qui dormit cū uxore proximi sui. Et dicet omnis populus amen. Maledictus qui accipit munera ut pcutiat aiaz sanguinis inocētis. Et dicet ois pplus amen. Maledictus q nō pmanet in smonib' legis huius: nec eos ope pficit. Et dicet ois populus amen.

XXVIII

SI autē audieris uocē dñi dei tui ut facias atq; custodias oia mādata eius q ego precipio tibi hodie: faciet te dominus deus tuus excelsiorē cūctis gentibus q vsāt i tra. Ueniētq; sup te uniuerse benedictōes iste ⁊ apprehēdēt te: si tñ pcepta eius audieris. Bñdictus tu i ciuitate: ⁊ bñdictus i agro Bñdictus fructus uētris tui ⁊ fructus terre tue: fructusq; iumētorū tuorū: greges armētorū tuoꝝ ⁊ caule ouiū tuaꝝ. Bñdicta horrea tua: ⁊ benedicte reliquie tue. Bñdictus eris igrediēs ⁊ egrediēs. Dabit dñs inimicos tuos qui cōsurgent aduersū te corruentes i cōspectu tuo. Per unā uiā ueniēt ɔtra te: ⁊ p septē fugiēt a facie tua. Emittet dñs bñdictionē sup cellaria tua ⁊ sup oia opa manuū tuaꝝ: bñdicetq; tibi i tra quā acceperis. Suscitabit te dñs sibi i ppl'm scm sic iurauit tibi: si custodieris mādata dñi dei tui: ⁊ ābulaueris i vijs eius. Uidebūtq; oēs traꝝ ppli q nomē dñi inocatū sit sup te ⁊ timebūt te. Abūdare te faciet dñs oib' bōis fructu vteri tui ⁊ fructu iumētoꝝ tuorum: fructu tre tue quā iurauit dñs pr̃ib' tuis ut daret tibi. Apiet dñs thesaurū suū optimū celū: ut tribuat pluuiā tre tue i tpe suo: benedicetq; cūctis opibus manuū tuarū. Et fenerab' gētib' mltis: ⁊ ipe a nullo fen' accipies: Cōstituet te dñs deus tu' i caput ⁊ ñ i caudā: ⁊ eris sp supra ⁊ nō subt': si tñ audieris mādata dñi dei tui q ego pcipio tibi hodie ⁊ custodieris ⁊ feceris: ac ñ dcliaueris ab eis nec ad dextrā nec ad sinistrā: nec secut' fueris deos alienos neq; colueris eos. Qz si audire nolueris vocē dñi dei tui: ut custodias ⁊ facias oia mandata eius ⁊ cerimonias qs ego pcipio tibi hodie: venient sup te oēs maledictiones iste ⁊ apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate: maledictus i agro. Maledictum horreū tuuz: ⁊ maledicte reliquie tue. Maledictus fructus ventris tui ⁊ fructus terre tue: armenta boum tuoruz ⁊ greges ouium tuarū. Maledictus eris ingrediens: ⁊ maledictus egrediens. Mitte-

dn̄s sup te famē ⁊ esuriē ⁊ increpationē in
oīa opera tua q̄ tu facies donec conterat te
⁊ ꝑdat velocit̄ ꝑꝑ adinuentiones tuas pessi
mas in qbꝰ reliq̄sti me. Adiungat tibi dn̄s
pestilentiā: donec cōsumat te d̄ t̄ra ad quā
igredieris possidēdā. Percutiat te dn̄s ege
state febri ⁊ frigore: ardore ⁊ estu ⁊ aere cor
rupto ac rubigine: ⁊ perseq̄t: donec pereas.
Sit celū qd̄ supra te ē eneū: ⁊ terra quā cal
cas ferrea. Det dn̄s imbrem t̄re tue puluerē:
⁊ d̄ celo descēdat sup te cinis donec ꝯtarī.
Tradat te dn̄s corruētē añ hostes tuos: ⁊
ꝑ vnā viā egrediarī ꝯtra eos: ⁊ ꝑ septē fugi
as ⁊ dispgaris ꝑ oīa regna t̄re. Sitq̄ cada
uer tuū i escā cūctī volatilibꝰ celi ⁊ bestijs t̄e
⁊ nō sit q̄ abigat. Percutiat te dn̄s vlcē egy
pti: ⁊ ꝑtē corpōis ꝑ quā stercora digerunt.
scabie q̄q̄ ⁊ prurigie: ita ut curari nequeas.
Percutiat te dn̄s amētia ⁊ cecitate ac furo
re mētī: ⁊ palpes i meīdie sicut palpaī solet
cecus i tenebris: ⁊ n̄ dirigas vias tuas. Oi
q̄ tp̄e calūniā sustineas: ⁊ opp̄maris violē
tia nec habeas q̄ liberet te. Uxorē accipias
⁊ alius dormiat cū ea. Domū edifices: ⁊ n̄
habites i ea. Plātes vineā: ⁊ nō vindemies
eā. Bos tuꝰ imolet corā te: ⁊ nō comedas
ex eo. Asinꝰ tuꝰ rapiat i ꝯspectu tuo: ⁊ nō id
dat tibi. Oues tue dent inimicī tuis: ⁊ non
sit q̄ te adiuuet. Filij tui ⁊ filie tue tradant
alteri poplo vidētibꝰ oculis tuis ⁊ deficien
tibus ad ꝯspectū eorꝫ tota die: ⁊ nō sit for
titudo i manu tua. Fructus t̄re tue ⁊ oēs la
bores tuos comedat pp̄lus quē ig̃ras: ⁊ sis
sꝑ calūniā sustinēs: ⁊ opp̄ssus cūctis diebꝰ:
⁊ stupēs ad t̄rorē eorū q̄ videbūt oculi tui.
Percutiat te dn̄s vlcē pessimo i genibꝰ ⁊ in
suris: sanariq̄ nō possis a plāta pedis vsq̄
ad v̄ticē tuū. Ducetq̄ te dn̄s ⁊ rēgē tuū: quē
ꝯstitues sup te: i gētē quā ig̃ras tu ⁊ patres
tui: ⁊ seruies ibi dijs alienis ligno ⁊ lapidi:
⁊ eris ꝑditꝰ i ꝓuerbiū ac fabulā oībꝰ pp̄lis
ad q̄s te itroduxerit dn̄s. Semētē multā ia
cies i t̄rā ⁊ modicū ꝯgregabis: quia locuste
deuorabūt oīa. Uineā plantabis ⁊ fodies:
⁊ vinū non bibes: nec colliges ex ea quip
piā: quoniā vastabit vermibus. Oliuas ha
bebis i oībus terminis tuis ⁊ non vngeris
oleo: quia defluent ⁊ peribunt. Filios ge
nerabis ⁊ filias: ⁊ non frueris eis: quoniā
ducentur in captiuitatē. Omnes arbores
tuas ⁊ fruges terre tue rubigo consumet.
Aduēa qui tecū v̄sat i t̄ra: ascēdet super te
eritq̄ sublimior: tu autē d̄scēdes: ⁊ eris infe
rior. Ipse fenerabit tibi: ⁊ tu nō fenerabꝭ ei
Ipse erit i caput: ⁊ tu eris i caudā. Et ueni
ent sup te oēs maledictōes iste: ⁊ ꝑsequen
tes apprehēdēt te donec itereas: q̄r nō audi
sti vocē dn̄i dei tui: nec seruasti mādata eiꝰ
⁊ cerimonias q̄s ꝑcepit tibi. Et erūt i te si
gna atq̄ ꝓdigia ⁊ i semine tuo vsq̄ i sēpiter
nū: eo q̄ nō seruieris dn̄o deo tuo i gaudio
cordisq̄ leticia propt̄ rerū oīum abundan
tiā. Seruies iīmico tuo quē emittet tibi do
minꝰ in fame ⁊ siti ⁊ nuditate ⁊ oī penuria:
⁊ ponet iugū ferreū sup ceruicē tuā donec
te ꝯterat. Adducet dn̄s sup te gentē d̄ lōgin
quo ⁊ de extremis terre finibꝰ i silitudinē
aq̄le volātis cū ipetu: cuiꝰ linguā itelligeī n̄
possis: gentē ꝓcacissimā q̄ non deferat seni:
nec misereat paruuli: ⁊ d̄uoret fructū iumē
torū tuorū ac fruges t̄re tue: dōec intereas:
⁊ nō relinq̄t tibi triticū vinū ⁊ oleū armēta
boū ⁊ greges ouiū: dōec te dispdat ⁊ cōte
rat i cūctis vrbibꝰ tuis: ⁊ destruantur muri
tui firmi atq̄ sublimes: i q̄bꝰ habebas fidu
ciā i oī terra tua. Obsideberis itra portas
tuas i oī t̄ra tua quā dabit tibi dn̄s deꝰ tuꝰ.
⁊ comedes fructū vteri tui ⁊ carnes filiorū
tuorū ⁊ filiarū tuarū q̄s d̄derit tibi dn̄s deꝰ
tuꝰ i angustia ⁊ vastitate q̄ opprimet te ho
stī tuꝰ. Hō delicatꝰ i te ⁊ luxuriosus valde i
uidebit f̄ri suo ⁊ vxōi q̄ cubat i sinu suo: ne
det eis de carnibꝰ filiorꝫ suorꝫ q̄s comedet:
eo q̄ nihil aliud habeat i obsidiōe ⁊ pēuria
q̄ vastauerit te inimici tui itra oēs p̄otas tu
as. Tenera mulier ⁊ delicata q̄ sup t̄rā in
gredi nō ualebat: nec pedis vestigiū figere
ꝓpt̄ mollitiē ⁊ teneritudinē nimiā: iuidebit
viro suo q̄ cubat i sinu eiꝰ sup filij ⁊ filie car
nibꝰ ⁊ illuie secūdiarū que egrediūt de me
dio feminū eiꝰ: ⁊ sup liberī q̄ eadē hōa nati
sunt. Comedent. n. eos clam ꝓpt̄ rerū oīuꝫ
penuriā i obsidione ⁊ vastitate: q̄ opprimet
te inimicus tuus intra portas tuas. Nisi cu
stodieris ⁊ feceris omnia v̄ba legis huius q̄
scripta sunt in hoc volumine: ⁊ timueris
nomen eius gloriosū ⁊ terribile: hoc ē dn̄m
deum tuū: augebit plagas tuas ⁊ plagas se
minis tui: plagas magnas ⁊ perseuerantes
infirmitates pessimas ⁊ perpetuas: ⁊ con
uertet i te oēs afflictiones egypti quas timu
isti ⁊ adherebunt tibi. Insup ⁊ vniuersos
lāguores ⁊ plagas: q̄ nō sūt scripte i uolumi
ne legis huius: iducet dn̄s super te: donec

te cõterat. Et remanebitis pauci numero q̄
ꝑus eratis sicut astra celi pre multitudine:
qm̄ nõ audistis vocē dn̄i dei vr̄i. Et sicut an̄
letatꝰ ē dn̄s sup vos: bn̄ vobis faciēs vosq̄
multiplicās: sic letabit̄ dispdēs vos atq̄ sb̄
uertēs: ut auferamini d̄ t̄ra ad quā ingredi
eris possidēdā. Dispget te dn̄s i oēs popu-
los a sūmitate t̄re vsq̄ ad t̄minos eiꝰ: ⁊ ser-
uies ibi dijs alienis q̊s ⁊ tu ignoras ⁊ pa-
tres tui lignis ⁊ lapidibꝰ. In gētibꝰ q̄q̄ ill' nõ
q̄esces: neq̄ erit requies vestigio pedis tui.
Dabit. n. tibi dn̄s ibi cor pauidū: ⁊ deficien
tes oculos: ⁊ aiam ꝯsūptā merore: ⁊ erit vi-
ta tua q̄i pēdēs an̄ te. Timebis nocte ⁊ die
⁊ nõ credes vite tue. Mane dices: q̊s mihi
det vespū: ⁊ vespe: q̊s mihi det mane; ppter
cordis tui formidinē q̄ terreberis: ⁊ ppt̄ ea q̄
tuis videbis oculis. Reducet te dn̄s classibꝰ
i egyptū p viā de q̄ dixit tibi: ut eā amplius
nõ uidēs. Ibi uēderis inimicis tuis i seruos
⁊ ancillas: ⁊ non erit qui emat.

XXIX

Hec sunt uerba federis qd̄ p̄cepit domi
nus moysi ut feriret cū filijs isr̄l i t̄ra
moab: pret̄ illud fedꝰ quod cū eis pepigit i
oreb. Uocauitq̄ moyses oēm israel: ⁊ dixit
ad eos: Uos vidistis uniuersa q̄ fecit domi
nus corā uob̄ i t̄ra egypti pharaoni ⁊ oibꝰ
seruis eiꝰ vniuerseq̄ t̄re illiꝰ: tētatiões ma
gnas: q̊s viderūt oculi tui: signa illa porten
taq̄ ingētia: ⁊ nõ dedit vob̄ dn̄s cor intelli-
gēs ⁊ oculos vidētes: ⁊ aures q̄ possint au-
dire vsq̄ i p̄ntē diē. Adduxit uos q̄dragin-
ta ānis p desertū: nõ sūt attrita uestimēta
vr̄a: nec calciamēta pedū vr̄oꝝ uetustate cõ
sūpta sūt. Panē nõ comedistis: vinū ⁊ siceram
nõ bibistis: vt sciretis q̄a ipe ē dn̄s deus ue
ster. Et uenistis ad hūc locū: egressusq̄ ē se
on rex esebon ⁊ og rex basan occurētes no
bis ad pugnā: ⁊ pcussimꝰ eos ⁊ tulimꝰ t̄raꝫ
eoꝝ: ac tradidimus possidēdā ruben ⁊ gad
⁊ dimidie tribu manasse. Custodite ḡ vba
pacti huiꝰ ⁊ iplete ea: ut itelligatis uniuersa
q̄ facitis. Uos statis hodie cūcti corā domio
deo vr̄o: pricipes vr̄i ⁊ tribꝰ ac maiores na-
tu atq̄ doctōes ois ppl̄s isr̄l liberi ⁊ uxōes
vr̄e ⁊ aduene q̄ tecū morant̄ in castris exce-
ptis lignoꝝ cesoribꝰ ⁊ his q̄ ꝯpōtāt aq̄s: ut
trāseas i fedē dn̄i dei tui: ⁊ i iureiurādo qd̄
hodie dn̄s deus tuus pcutit tecū: ut suscitet
te sibi i ppl̄m ⁊ ipse sit dn̄s deus tuus sic lo
cutus ē tibi: ⁊ sic iurauit p̄tibꝰ tuis abraaꝫ
isaac ⁊ iacob. Nec uob̄ solis ego hoc fedꝰ fe
rio ⁊ hec iuramēta ꝯfirmo: sꝫ cūctis p̄ntibus
⁊ absētibꝰ. Uos. n. nostis q̄mo habitauerimꝰ
in t̄ra egypti: ⁊ q̄mo trāsierimꝰ p mediū na-
tionū: q̊s trāseūtes uidistis abominatōes ⁊
sordes. i. idola eoꝝ lignū ⁊ lapidē: argētū ⁊
aurū q̄ colebāt. Ne forte sit int̄ uos uir aut
mulier familia aut tribꝰ cuiꝰ cõ auersū ē ho
die a dn̄o deo vr̄o: ut uadat ⁊ seruiat dijs il
laꝝ gētiū: ⁊ sit iter uos radix germinās fel
⁊ amaritudinē. Cūq̄ audierit vba iuramē
ti huius: bn̄dicat sibi i corde suo dicēs: pax
erit mihi: ⁊ ābulabo i prauitate cõdis mei:
⁊ assumat ebria sitiētē ⁊ dn̄s n̄ ignoscat ei:
sꝫ tūc q̄ꝫ maxie furor eiꝰ fumet: ⁊ zelus ꝯtra
hoiēꝫ illū: ⁊ sedeāt sup eū oia maledicta q̄
scripta sūt i hoc uolumie: ⁊ d̄leat dn̄s nomē
eiꝰ sb̄ celo ⁊ ꝯsūmat eū i pditōe ex oibꝰ tribu
bus isr̄l iuxta maledictiōes: q̄ i libro legis hu
ius ac federis ꝯtinēt̄. Dicetq̄ sequēs gene-
ratio ⁊ filij q̄ nascēt̄ deinceps ⁊ pegrini q̄ d̄
lõge uenerit uidētes plagas t̄re illiꝰ ⁊ infir-
mitates q̄bꝰ eā afflixerit dn̄s sulphure ⁊ so
lis ardore ꝯburēs: ita ut ultra nõ serat̄: nec
uirēs quippiā germinet i exēplū subuersio-
nis sodome ⁊ gomorr̄e adame ⁊ seboim: q̊s
subuertit dn̄s i ira ⁊ i furore suo: ⁊ dicēt oēs
gētes: Quare sic fecit dn̄s t̄re huic? Que ē
hec ira furoris eiꝰ imēsa? Et r̄ndebūt: Quia
d̄reliq̄rūt pactū dn̄i qd̄ pepigit cū patribus
eoꝝ qn̄ eduxit eos d̄ t̄ra egypti: ⁊ seruierūt
dijs alienis: ⁊ adorauerūt eos q̊s nesciebāt
⁊ q̄bꝰ nõ fuerāt attribuiti: iccirco iratꝰ ē fu-
ror dn̄i ꝯtra t̄rā istā ut induceret sup eā oia
maledicta: q̄ i hocu olumie scripta sūt: ⁊ eie
cit eos de t̄ra sua i ira ⁊ i furore ⁊ i idignatõ
ne maxia: piecitq̄ i t̄rā alienā sicut hodie ꝯ
pbat̄. Abscõdita a dn̄o deo nr̄o q̄ maifesta
sūt nob̄ ⁊ filijs nr̄is usq̄ i sēpit̄nū: ut facia-
mus uniuersa legis huius.

XXX

Cum ḡ uenerint sup te oēs sermones
isti benedictio siue maledictio quā p
posui in ꝯspectu tuo: ⁊ ductus penitudine
cordis tui in uniuersis gētibus in quas dis-
perserit te dn̄s deus tuus: ⁊ reuersus fueris
ad eū ⁊ obedieris eiꝰ iperijs sicut ego hodie
p̄cipio tibi cū filijs tuis i toto corde tuo ⁊ i
tota aia tua: reducet te dn̄s deus tuus d̄ ca
ptiuitate tua ac miserebit̄ tui: ⁊ rursū ꝯgre-
gabit te de cūctis ppl̄is i q̊s te an̄ dispersit.
Si ad cardines celi fueris dissipatus: ide te

retrahet dñs deꝰ tuus: ⁊ assumet atq̃ itro
ducet i terrã quã possederũt pr̃es tui ⁊ obti
nebis eã: ⁊ bñdicẽs tibi: maioris numeri te
eẽ faciet q̃ fuerũt pr̃es tui. Circũcidet dñs
deus tuus cor tuũ ⁊ cor seminis tui: vt di
ligas dñz deũ tuũ ex toto corde tuo ⁊ i tota
aĩa tua vt possis viuẽ. Oẽs ãt maledictiões
has cõuertet sup ĩimicos tuos: ⁊ eos q̃ ode
rũt te ꝑsequent. Tu aũt reuerteris ⁊ audies
vocẽ dñi dei tui: faciesq̃ vniuẽsa mãdata q̃
ego ꝓcipio tibi hodie: ⁊ abũdaꝛ te faciet do
minꝰ deus tuꝰ i cũctis opibꝰ manuũ tuaꝝ: i
sobole vteri tui ⁊ i fructu iumẽtoꝝ tuoꝝ: i
vbertate t̃re tue: ⁊ i rerũ oĩuz largitate. Re
uertet. n. dñs ut gaudeat sup te i oĩbꝰ bonis
sicut gauisus ẽ i patribꝰ tuis: si tñ audieris vo
cem dñi dei tui ⁊ custodieris ꝓcepta eius ⁊
cerimonias: q̃ i hac lege cõscripta sũt: ⁊ reuẽ
taris ad dñm deũ tuũ i toto corde tuo ⁊ in
tota aĩa tua. Mãdatũ hoc qđ ego ꝓcipio ti
bi hodie nõ supra te ẽ neq̃ ꝓcul positũ nec
i celo sitũ: vt possis: diceꝛ quis nostrũ valet
ad celũ ascẽdeꝛ ut ðferat illud ad nos: ut au
diamꝰ atq̃ ope ꝯpleamꝰ: neq̃ trãs maꝛ po
sitũ ut causeris ⁊ dicas: q̃s e nob̃ potit maꝛ
trãsfretare ⁊ illud ad nos vsq̃ ðferꝛ: vt pos
simꝰ audire ⁊ facere qđ ꝓceptũ ẽ: sz iuxta te
ẽ s̃mo valde i ore tuo ⁊ i corde tuo vt facias
illũ. Cõsidera q̃ hodie ꝓposueri in ꝯspectu
tuo vitã ⁊ bonũ ⁊ ecõtrario mõtẽ ⁊ malũ:
ut diligas dñm deũ tuũ ⁊ ãbules i uijs eiꝰ ⁊
custodias mãdata illiꝰ ⁊ cerimõias atq̃ iu
dicia: ⁊ uiuas: atq̃ multiplicet te bñdicatq̃
tibi i terra ad quã igredieris possidẽdã. Si
aũt auersũ fuerit cor tuũ ⁊ audire nolueris
atq̃ errore deceptꝰ adoraueris deos aliẽos
⁊ seruieris eis: ꝑdico tibi hodie q̃ pereas: ⁊
paruo tp̃e moreris i t̃ra: ad quã iordane trãs
misso igredieris possidẽdã. Testes inoco ho
die celũ ⁊ t̃rã q̃ ꝓposueri uob̃ uitã ⁊ bonũ:
bñdictionẽ ⁊ maledictionẽ. Elige g̊ uitã ut
⁊ tu uiuas ⁊ semẽ tuũ: ⁊ diligas dñm deuz
tuũ atq̃ obedias uoci eius: ⁊ illi adhereas.
Ipse ẽ. n. uita tua ⁊ lõgitudo dieꝝ tuoꝝ: ut
habites i t̃ra ꝓ q̃ iurauit dñs pr̃ibꝰ tuis abra
am isaac ⁊ iacob: ut daret eã illis.

XXXI

Abijt itaq̃ moyses ⁊ locutus est oĩa v̉
ba hec ad uniuẽsũ isrl̃: ⁊ dixit ad eos:
Cẽtũ uiginti ãnoꝝ sũ hodie: nõ possũ ultra
egredi ⁊ igredi: ꝑs̃tiz cũ ⁊ dñs dixerit mihi:
nõ transibis iordanẽ istuz. Dñs ergo deus
tuꝰ trãsibit añ te. Ipse delebit oẽs gẽtes ha
i ꝯspectu tuo: ⁊ possidebis eas. Et iosue iste
trãsibit añ te: sicut locutꝰ ẽ dñs. Faciet q̃ do
minꝰ eis sicut fecit seõ ⁊ og regibꝰ ãmorreo
rũ ⁊ t̃re eoꝝ: delebitq̃ eos. Cũ ergo ⁊ hos
tradiderit uob̃: simĩlr̃ facietis eis sicꝰ ꝑcepi uob̃.
Uiril̃r agite ⁊ ꝯfõtami. Nolite timẽ: nec pa
ueatis ad ꝯspectũ eoꝝ: q̃a dñs deꝰ tuus ipse
ẽ ductor tuꝰ: ⁊ nõ dimittet nec derelinquet
te. Uocauitq̃ moyses iosue: ⁊ dixit ei coraz
oĩ isrl̃: Confortare: ⁊ esto robustus. Tu eni
itroduces pp̃lm istũ i t̃rã quã daturꝰ se pa
tribus eoꝝ iurauit dñs: ⁊ tu eã diuides sõte
Et dñs q̃ ductor ẽ uester: ipe erit tecũ: non
dimittet nec derelinquet te. Noli timeꝛ nec
paueas. Scripsit itaq̃ moyses legẽ hanc ⁊
tradidit eã sacerdotibꝰ filijs leui q̃ põtabãt
arcaz federis dñi: ⁊ cũctis senioribꝰ israel.
Precepitq̃ eis dicẽs: Post septẽ ãnos ãno
remissiõis i solẽnitate tab̃naclo̾ꝝ ꝯuenien
tibꝰ cũctis ex isrl̃ ut appareãt i ꝯspectu dñi
dei tui i loco: quẽ elegẽit dñs: leges v̉ba legis
huiꝰ corã oĩ isrl̃: audiẽtibꝰ eis ⁊ i unũ oĩ po
pulo ꝯgregato tã uiris q̃ mulieribꝰ: paruul̃
⁊ aduenis q̃ sũt itra portas tuas: ut audiẽ
tes discãt ⁊ timeãt dñm deũ uestrũ: ⁊ custo
diant impleantq̃ oẽs sermones legis huiꝰ.
Filij q̊q̃ eoꝝ q̃ nũc ignorãt: ut audire possit
⁊ timeãt dñm deũ suũ cũctis diebꝰ q̃bꝰ uer
sant in t̃ra: ad quã uos iordane trãsmisso ꝑ
gitis obtinẽdã. Et ait dñs ad moysen: Ecce
ꝓpe sũt dies mortis tue. Uoca iosue: ⁊ state
i tab̃naculo testimonij ut ꝓcipiã ei. Abiẽrt
ẽg̊ moyses ⁊ iosue ⁊ steterũt i tabernaculo te
stimõij: apparuitq̃ dñs ibi i colũna nubis:
q̃ stetit i itroitu tabernaculi: dixitq̃ dñs ad
moysen: Ecce tu dormies cũ pr̃ibꝰ tuis: ⁊ po
pl̃us iste ꝯsurgẽs fornicabit post deos alie
nos i t̃ra: ad quã igrediet ut habitet i ea: ibi
derelinquet me: ⁊ irritũ faciet fedus qđ pe
pigi cũ eo. Et irascet furõ meꝰ cõtra eũ i die
illo: ⁊ derelinquã eũ: ⁊ abscõdã faciẽ meam
ab eo: ⁊ erit i deuorationẽ. Inueniẽt eũ oĩa
mala ⁊ afflictiões: ita ut dicat i illo die: Ue
re quia non ẽ deus mecũ: iuenerũt me hec
mala. Ego autẽ abscondã ⁊ celabo faciem
meã in die illo propter oĩa mala que fecit:
quia secutus est deos alienos. Nunc itaq̃
scribite uobis canticum istud ⁊ docete fili
os israel ut memoriter teneant ⁊ ore decan
tent: ⁊ sit mihi carmẽ istud pro testimonio
inter filios israel. Introducam eni eum in

terrã ꝑ qua iuraui pr̃ibus eius lacte ⁊ mel-
le manãtẽ. Cũq; comederit ⁊ saturati crassiq; fuerit cõuertẽtur ad deos aliẽos et ser
uiẽt eis: detrahẽtq; mihi et irritũ faciẽt pac
tũ meũ. Postq̃ iuenerit eũ mala multa et
afflictiões: rñdebit ei cãticũ istud ꝑ testimo
nio: qḋ nulla delebit obliuio ex ore semis
tui. Scio. n. cogitationes ei⁹ que factur⁹ sit
hodie: anteq̃ itroducã eũ i terrã quã ei pol
licit⁹ sũ. Scripsit ẽq; moyses cãticũ: et docu
it filios isrl'. Precepitq; dñs iosue filio nun
et ait: Cõfortare et esto robustus. tu eni in-
troduces filios isrl' i trã quã pollicit⁹ sũ: et
ego ero tecũ. Postq̃ ẽ scripsit moyses v̈ba
legis hui⁹ i uolumie atq; cõpleuit: p̄cepit le
uitis q̇ portabãt arcã federi dñi dicẽs: Tol
lite librũ istũ ⁊ ponite eũ i latere arce fede-
ris dñi dei ur̃i: ut sit ibi ꝯtra te i testimoniũ
Ego. n. scio cõtẽtionẽ tuã ⁊ ceruicẽ tuã du-
rissimã. Adhuc uiuẽte me ⁊ igrediẽte uob'
cũ sẽp ꝯtẽtiose egistis ꝯtra dñz: q̃to magis
cũ mortu⁹ fuero. Cõgregate ad me oẽs ma
iores natu ꝑ trib⁹ v̈ras atq; doctores ⁊ lo-
quar audiẽtib⁹ eis s̈mões istos: ⁊ iuocabo
ꝯtra eos celũ ⁊ terrã. Noui. n. q̧ p⁹ mortez
meã iniq; agetis: ⁊ declinabitis cito de uia
quã p̄cepi uob': ⁊ occũrẽt uob' mala i extrẽo
tẽpore qñ feceritis malũ i ꝯspectu dñi: ut ir
ritetis eũ ꝑ opa manuũ v̈rarũ. Locut⁹ est ẽ
moyses audiẽte uniuerso cetu isrl' v̈ba car-
minis hui⁹: ⁊ ad finẽ usq; cõpleuit. XXXII

Audite celi q̃ loq̊r: audiat terra uerba
oris mei: cõcrescat i pluuiaz doctrina
mea: fluat ut ros eloq̃uz meum. Quasi im
ber sup h̃ebã: ⁊ q̃si stille sup gramia: q̇a no
mẽ dñi iuocabo. Date magnificẽtiã deo no
stro: dei ꝑfecta sũt opa: ⁊ oẽs uie ei⁹ iudicia
De⁹ fidelis ⁊ absq; ulla iniq̃tate iust⁹ ⁊ rec
tus. Peccauerũt ei: ⁊ nõ filij ei⁹ i sordibus.
Generatio praua atq; ꝑuersa: heccine red-
dis dño pple stulte ⁊ isipiens? Nũq̇d nõ ipe
ẽ pr̃ tuus q̇ possedit te ⁊ fecit ⁊ creauit te?
Memẽto dierũ ãtiq̊rũ: ⁊ cogita gñationes
singulas. Interroga pr̃ez tuũ ⁊ ãnũciabit t̃:
maiores tuos ⁊ dicẽt tibi. Qñ diuidebat al
tissimus gẽtes: qñ separabat filios adã: ꝯsti
tuit t̃minos pplorũ iuxta numerũ filioruz
isrl'. Pars aũt dñi ppl's ei⁹: iacob funiculus
hereditatis ei⁹. Inuenit eũ i terra deŝta: in
loco horroris ⁊ uaste solitudinis. Circũ-
duxit eũ ⁊ docuit ⁊ custodiuit eũ q̃si pupilã
oculi sui. Sicut aq̇la ꝓuocãs ad uolãdum
pullos suos: ⁊ super eos uolitans expan
dit alas suas: ⁊ assũpsit eũ atq; portauit in
humeris suis. Dñs solus dux ei⁹ fuit: ⁊ nõ
erat cũ eo de⁹ alien⁹. Cõstituit eũ sup excel-
sã terrã: ut comederet fruct⁹ agrorũ. Ut su
geret mel de petra: oleũq; de saxo durissio.
Butyrũ de armẽto ⁊ lac de ouib⁹ cũ adipe a
gnorũ ⁊ arietũ filiorũ basan. Et hircos cuz
medulla tritici ⁊ sãguiuẽ uue biberẽt me-
racissimũ. Incrassat⁹ ẽ dilectus ⁊ recalci-
trauit: icrassat⁹ ipiguat⁹ dilatat⁹. Dereliq̃t
deũ factorẽ suũ ⁊ recessit a deo salutari suo
Prouocauerũt eũ i dijs alienis: ⁊ i abomi
natioĩb⁹ ad iracũdiã cõcitauerũt. Imolaue
rũt demonijs ⁊ ñ deo: dijs q̊s igrabãt. No
ui recẽtesq; uenerũt: q̊s nõ coluerũt patres
eorũ. Deũ q̇ te genuit dereliq̃sti: ⁊ oblit⁹ es
dñi creatoris tui. Uidit dñs ⁊ ad iracũdiã
cõcitat⁹ ẽ: q̇a ꝓuocauerũt eũ filij sui ⁊ filie: et
ait: Abscõdã faciẽ meã ab eis: et ꝯsiderabo
nouissima eorũ. Generatio. n. ꝑuersa ẽ ⁊ in
fideles filij. Ipsi me ꝓuocauerũt i eo q̇ non
erat de⁹: ⁊ irritauerũt i uanitatib⁹ suis: ⁊ e-
go ꝓuocabo eos i eo q̇ nõ ẽ ppl's: ⁊ i gẽte stl'
ta irritabo illos. Ignis succẽsus ẽ i furore
meo: ⁊ ardebit usq; ad iferni nouissima: de
uorabitq; terrã cũ germie suo: ⁊ mõtiũ fun
damẽta cõburet. Cõgregabo sup eos mala
⁊ sagittas meas cõplebo i eis. Cõsumẽt fa
me ⁊ deuorabũt eos aues morsu amarissi
mo. Dẽtes bestiarũ imittã i eos cũ furore
trahẽtiũ sup terrã atq; serpẽtũ. Foris ua-
stabit eos gladi⁹ ⁊ it⁹ pauor iuuenẽ simul
ac uirginẽ lactẽtẽ cũ homine sene. Et dixi:
Ubi nã sũt. Cessare faciaz ex hoib⁹ memo
riã eorũ: sz ꝓpter irã inimicorũ distuli: ne
forte sẽbirent hostes eorũ ⁊ dicerẽt: Man⁹
nostra excelsa: ⁊ nõ dñs fecit hec oĩa. Gens
absq; ꝯsilio ẽ ⁊ sine prudẽtia: utinã sapent
⁊ intelligerẽt: ac nouissima ꝓuiderẽt. Quo
modo persequebatur unus mille: ⁊ duo fu
garẽt decẽ milia: Nõne ideo quia deus su-
us uẽdidit eos: ⁊ dñs cõclusit illos? Nõ. n.
est deus noster ut dij eorũ: ⁊ inimici nostri
ꝑtẽ ictus lapidis deferret. Uiroꝝ q̊qʒ iſrael
abſqʒ filiȷs beniamin iuẽta ſũt q̃dragita mi
lia educentiũ gladios ⁊ paratoꝝ ad pugnã
q̃ ſurgẽtes ueneꝛt i domũ dei hoc ẽ i ſylo cõ
ſulueꝛtqʒ dñz atʒ dixeꝛt: Quiſ ẽit i exercitu
nr̃o pꝛiceps certamis ꝯtra filios beniamin

Quibꝰ rñdit dñs: Judas sit dux uř. Stati qꝫ filij isrł surgẽtes mane castrametati sunt iuxta gabaa: ⁊ inde ꝓcedẽtes ad pugnã ꝯtra beniamin urbẽ oppugnaꝛ cepũt. Egressiqꝫ filij beniami ȏ gabaa: occiderũt ȏ filijs isrł die illo uigitiduo milia uiroꝝ. Rursuꝫ filij isrł ⁊ fortitudie ⁊ numero ꝯfidẽtes in eodẽ loco in ꝗ ṗus certauerũt: aciẽ direxerũt: ita tñ ut ṗus ascẽderẽt ⁊ flerent corã dño usqꝫ ad noctẽ: ꝯsulerẽtqꝫ eũ ⁊ dicerẽt: Debemus ultra ꝓcedere ad dimicãdũ ꝯtra filios bẽiamin fr̃es nr̃os: an ñ? Quibꝰ ille rñdit: Ascẽdite ad eos: ⁊ inite certamẽ. Cũqꝫ filij isrł altera die ꝯtra filios beniamin ad ṗliũ ꝓcessissẽt: erupũt filij beniamin de portis gabaa: ⁊ occurrẽtes eis tãta i illos cedȇ bacchati sũt: ut decẽ ⁊ octo milia uiroꝝ educẽtiũ gladiũ ꝓsternerẽt. Quãobrẽ oẽs filij isrł uenerũt i domũ dei: ⁊ sedẽtes flebãt corã dño. Jeiunauerũtqꝫ die illo usqꝫ ad uesperã: ⁊ obtulerũt ei holocausta atqꝫ pacificas uictimas: ⁊ sup statu suo introgauerũt. Eo tp̃e ibi erat arca federis dñi: ⁊ phinees filius eleaçari filij aaron ṗpositus domꝰ. Cõsuluerũt igitur dñm atqꝫ dixerũt: Exire ultra debemꝰ ad pugnã ꝯtra filios beniami fr̃es nr̃os: an quiescẽ? Quibꝰ ait dñs: Ascẽdite. Cras.n. tradã eos i manꝰ vr̃as. Posuerũtqꝫ filij isrł insidias per circuitũ urbꝭ gabaa: ⁊ t̃tia uice sicut semel ⁊ bis ꝯtra beniami exercitũ ꝓduxerũt. Sꝫ ⁊ filij beniamin audacter erupũt de ciuitate: ⁊ fugiẽtes aduersarios longiꝰ ꝑsecuti sũt: ita ut vulnerarẽt ex eis sicut ṗmo die ⁊ secũdo: ⁊ cederẽt ꝑ duas semitas v̉tẽtes t̃ga: quaꝝ vna ferebať i bethel: ⁊ alťa i gabaa: atqꝫ ꝓsternerẽt trigita circiť viros. Putauerũt.n. solito eos more cedẽ. Qui fugã arte simulãtes inierũt ꝯsiliũ ut abstraherẽt eos de ciuitate ⁊ q̃si fugiẽtes ad supradictas semitas ꝑducerẽt. Oẽs itaqꝫ filij isrł surgẽtes de sedibꝰ suis: tetẽderũt aciẽ in loco ꝗ uocať baalthamar: insidie qꝫ ꝗ circa urbẽ erãt: paulati se apire cepũt: ⁊ ab occidẽtali vrbꝭ ꝑte ꝓcedẽ. Sed ⁊ alia decẽ milia uiroꝝ de uniuerso isrł: habitatores urbis ad certamia prouocabãt: ingrauatumqꝫ ẽ bellũ ꝯtra filios beniami: ⁊ non intellexerũt ꝙ ex omni parte illis instaret interitus. Percussitqꝫ eos dñs in cõspectu filioꝝ isrł: ⁊ int̉fecerũt ex eis in illo die uigintiquinqꝫ milia ⁊ centuꝫ uiros: oẽs bellatores ⁊ educentes gladium. Filij autẽ beniamin cum se inferiores esse uidissent: ceperũt fugẽ. Quȏ cernẽtes filij isrł dederunt eis ad fugiẽdũ locũ: ut ad preparatas insidias deuenirẽt q̃s iuxta urbẽ posuerãt. Qui cũ repente de latibulis surrexissent: ⁊ bẽiamin terga cedẽtibꝰ daret: ingressi sũt ciuitatẽ ⁊ ꝑcusserũt eã i ore gladij. Signuꝫ autẽ ꝯderãt filij isrł his ꝗs i isidijs collocauerãt: ut postq̃ urbẽ cepissent: ignẽ accẽderẽt: ut ascẽdẽte i altũ fumo captã urbẽ demõstrarẽt. Quȏ cũ cernerẽt filij isrł i ipso certamie positi: putauerũt.n. filij beniamin eos fugẽ ⁊ instantiꝰ ꝑseq̄bant: cesis de exercitu eorũ trigita uiris: ut uiderũt q̃si colũnã fumi de ciuitate ꝯscẽdẽ: beniamin qꝫ respiciẽs retro cũ captã cernerẽt ciuitatẽ ⁊ flãmas i sublime ferri: ꝗ ṗus simulauerãt fugã: v̉sa facie fortiꝰ resistebãt. Quȏ cũ vidissent filij beniamin: i fugã v̉si sũt: ⁊ ad uiã deserti ire ceperũt: illuc qꝫ eos aduersarijs ꝑseq̄ntibꝰ. Sꝫ ⁊ hi ꝗ urbẽ succẽderant occurrerũt eis: atqꝫ ita factũ ẽ ut ex utraqꝫ parte ab hostibꝰ cedȇrent: nec erat ulla req̄es morientiũ. Ceciderũt atqꝫ ꝓstrati sũt ad oriẽtalẽ plagã urbꝭ gabaa. Fuerũt autẽ ꝗ in eodẽ loco int̉fecti sũt decẽ ⁊ octo milia uiroꝝ: oẽs robustissimi pugnatores. Quȏ cũ vidissent ꝗ remanserãt de beniamin fugerũt i solitudinẽ: ⁊ ꝑgebãt ad petrã cuiꝰ uocabulũ ẽ remmõ. In illa ꝗqꝫ fuga palãtes ⁊ i diuersa tẽdẽtes occiderũt q̄nqꝫ milia uiros. Et cũ vltra tenderẽt ꝑsecuti sũt eos: ⁊ iterfecerũt ẽt alia duo milia. Et sic factũ ẽ ut oẽs ꝗ ceciderãt de bẽiamin i diuersis locis ẽent vigintiq̄nqꝫ milia pugnatores ad bella ꝓmptissimi. Remãserũt itaqꝫ de oĩ numero beniami qui euadẽ potuerãt ⁊ fugẽ i solitudinẽ sexcẽti uiri: sederũtqꝫ i petra remmõ mẽsibꝰ q̃tuor. Regressi ãt filij isrł oẽs reliq̄as ciuitatꝭ a uiris usqꝫ ad iumẽta gladio ꝑcusserũt: cũctasqꝫ vrbes ⁊ viculos beniami vorax flãma ꝯsũpsit.

.XXI.

Iurauerãt qꝫ filij isrł in maspha: ⁊ dixerũt: Nullus nostrũ dabit filijs bẽiamin de filiabꝰ suis vxorẽ. Ueneruntqꝫ oẽs ad domũ dei i sylo: ⁊ i ꝯspectu eiꝰ sedẽtes vsqꝫ ad uesperã leuauerũt uocẽ: ⁊ magno vlulatu cepũt flere dicẽtes: Quare dñe deus isrł factũ ẽ hoc malũ in ppł̃o tuo ut hodie vna tribꝰ auferreť ex nobꝭ? Altera ãt die dilucł̃o ꝯsurgẽtes extruxerũt altare: obtuleruntqꝫ ibi holocausta ⁊ pacificas victimas: ⁊ dixerũt: Quis non ascẽdit in exercitũ domini

de vniuersis tribub⁹ isrl'? Gradi.n.iuramto
se cōstrinxerāt cū eēnt i maspha: iterfici eos
q̄ defuissēt: ductiq̧ pn̄ia filij isrl' sup fr̄e suo
beniamin: cepūt dicē: Ablata ē trib⁹ vna de
isrl'. Unde vxores accipiēt? Oēs.n.i cōe iu-
rauim⁹ nō daturos nos his filias nostras.
Jccirco dixerūt: Quis ē de vniuersis tribu
bus isrl' q̄ non ascēdit ad dn̄z i maspha? Et
ecce inuenti sūt habitatores iabis galaad i
illo exercitu nō fuisse. Eo q̧ tp̄e cū eēnt i sy
lo nullus ex eis ibi repert⁹ ē. Miserūt itaq̧
decē milia uiros robustissimos: ⁊ p̄ceperūt
eis: Jte ⁊ pcutite habitatores iabis galaad
i ore gladij: tā uxores q̄ puulos eoꝝ: ⁊ hoc
erit qd̄ obseruare debebitis. Oē generi mas
culini ⁊ mulieres q̄ cognouerūt uiros iterfi
cite: v̄gies āt reseruate. Inuenteq̧ sūt de iabis
galaad q̄dringēte v̄gines q̄ nescierāt uiri to
rū ⁊ adduxerāt eas ad castra i sylo i trā cha-
naan. Miserūtq̧ nūcios ad filios beniamī
q̄ erāt i petra remmon: ⁊ p̄cepūt eis ut eas
suscipent in pace. Ueneruntq̧ filij beniamin
i illo tp̄e: ⁊ date sūt eis vxores de filiab⁹ iab
galaad: alias aūt nō repperāt q̄s sili modo
traderēt. Uniuersusq̧ isrl' ualde doluit ⁊ e
git pn̄iaz sup interfectiōe vni⁹ trib⁹ ex isrl': di-
xeruntq̧ maiores natu: Quid faciem⁹ reliq̄s
q̄ nō acceperūt vxores? Oēs i beniamin fe-
mine ɔciderūt: ⁊ magna nob' cura ingētiq̧
studio puidēdū ē: ne vna trib⁹ deleat ex isrl'.
Filias eni n̄ras eis dare nō possum⁹ ɔstricti
iuramēto ⁊ maledictōe q̄ dixim⁹: maledict⁹
q̄ dederit d̄ filiabus suis vxorez beniamin.
Cepūtq̧ ɔsiliū atq̧ dixerūt: Ecce solēnitas
dn̄i ē in sylo anniuersaria: q̄ sita ē ad septen
trionē urbis bethel: ad orientalē plagā uie
q̄ de bethel tendit ad sichimā: ⁊ ad meridiē
oppidi lebona. Preceperūtq̧ filijs beniamin
atq̧ dixerūt: Jte ⁊ latitate in uineis. Cūq̧
videritis filias sylo ad ducendos choros ex
more pcedere: exite repente de uineis ⁊ ra-
pite ex eis singuli vxores singulas: ⁊ pergite
i terrā beniamin. Cūq̧ uenerit p̄res eaꝝ ac
fratres ⁊ aduersū uos q̄ri ceperint atq̧ iur
gari: dicemus eis: Misereminí eoꝝ. Nō.n.
rapuerūt eas iure bellātiū atq̧ uictoꝝ: sed
rogantibus ut acciperent non dedistis: ⁊ a
vr̄a parte peccatuz est. Feceruntq̧ filij bēia
min ut sibi fuerat imperatuz: ⁊ iuxta nume
ruz suum rapuerūt sibi de his que ducebāt
choros vxores singulas: abierūtq̧ in posses
sionem suam edificantes urbes: ⁊ habitan
tes i eis. Filij q̧ isrl' reuersi sunt per trib⁹ ⁊
familias in tabernacula sua. In diebus illis
nō erat rex in isrl': s3 vnusq̄sq̧ qd̄ sibi rectū
uidebat hoc faciebat.

Explicit liber iudicum. Inci-
pit liber Ruth. Caplm̄ I

In diebus unius
iudicis qn̄ iudices preerāt
facta ē fames i tra. Abijt
q̧ hō de bethleē iuda: ut
pegrinaret in regione mo
abitide cum uxore sua ac
duob⁹ liberis. Jp̄e uocabat elimelech: ⁊ vxō
ei⁹ noemi: ⁊ duo filij: alt' maalō ⁊ alt' chelio:
effratei de bethleē iuda. Ingressiq̧ regionē
moabitidē morabant ibi. Et mortuus ē eli-
melech maritus noemi: remansitq̧ ipsa cū
filijs. Qui acceperūt vxores moabitidas: q̄
rū una uocabat orpha: altaq̧ ruth. Mā̄se
rūtq̧ ibi decē ānis: ⁊ ābo mortui sūt maalō
vidl3 ⁊ cheliō: remāsitq̧ muliē orbata duo
bus liberi ac marito. Et surrexit ut i patriā
pgeret cū utraq̧ nuru sua de regiōe moabi
tid. Audierat.n.q̧ respexisset dn̄s ppl'z suū
⁊ dedisset eis escas. Egressa ē itaq̧ de loco
pegrinationis sue cū utraq̧ nuru: ⁊ iā i uia
reuertēdi posita in terrā iuda: dixit ad eas:
Jte i domū m̄ris vr̄e. Faciat uobiscū dn̄s mi
sicōdiā: sic fecisti cū mōtuis ⁊ mecū. Det uo
bis iuēire requiē i domib⁹ viroꝝ q̄s sortitu
estis. Et osculata ē eas. Que eleuata uoce
flerē cepūt: ⁊ dicē: Tecū pgem⁹ ad pplm̄ tuū.
Quib⁹ illa rn̄dit: Reuertimini filie mi. Cur
uenitis mecū? Nū ultra habebo filios i vt̄o
meo: ut uiros ex me spare possitis? Reuerti-
mini filie mi ⁊ abite. Jam.n.senectute con-
fecta sū: nec apta uinculo coniugali. Etiā si
possē hac nocte ɔcipe ⁊ parē filios: si eos ex
pectare uelitis donec crescāt ⁊ ānos pubtatis
ipleant: an̄ eritis uetule q̄ nubatis. Nolite
q̄so filie mi facē hoc: q̄r ur̄a āgustia magis me
pmit: ⁊ egressa ē man⁹ dn̄i ɔtra me. Eleuata
igit uoce rursū flē ceperūt. Orpha oscl'ata
ē socrꝝ ac reuersa ē: ruth adhesit socrui sue.
Cui dixit noemi: En reuersa ē cognata tua
ad pplm̄ suū ⁊ ad deos suos: uade cum ea.
Que rn̄dit: Ne aduersis mihi: ut relinquā
te ⁊ abeā. Quocūq̧.n. prexeris pgā: ⁊ ubi
mōata fueris: ⁊ ego parit mōabor. Ppl's tu⁹

pplus me⁹: ⁊ de⁹ tu⁹ de⁹ me⁹. Que te terra
suscepit morientē: i ea moriar ibiqꝫ locū ac-
cipiā sepulture. Hec mihi faciat de⁹ ⁊ hec ad
dat: si n̄ sola mors me ⁊ te sepauerit. Uidēs
ḡ noemi ꝙ obstinato ruth aio ꝯcreuisset se
cū pgē: aduērsari noluit: nec ad suos ultra re
ditū psuadē. Profecteqꝫ sūt sil: ⁊ uenerūt i
bethleē. Quib⁹ urbē igressis: uelox apud
cūctos fama percrebruit: dicebātqꝫ mulieres:
Hec ē illa noemi. Quib⁹ ait: Ne uocetis me
noemi. i. pulchrā: sed vocate me mara. i. a
marā: qa amaritudie ualde repleuit me ōi
potēs. Egressa sū plena: ⁊ uacuam reduxit
me dn̄s. Cur ḡ uocatis me noemi quā dn̄s
hūiliauit: ⁊ afflixit ōipotēs? Uenit ḡ noemi
cū ruth moabitide nuru sua de terra pere-
grinatiōis sue: ac reuersa ē i bethleē qn̄ pri-
mū hordea metebant.

C. II.

Erat autē uiro elimelech ꝯsanguineus
hō potens ⁊ magnarꝫ opū noie booz.
Dixitqꝫ ruth moabitis ad socrū suā. Si iu
bes uadā in agrū ⁊ colligā spicas q̄ fugerit
manus metentiū: vbicūqꝫ clementis in me
patrisfamilias repperero grāz. Cui illa res
pōdit: Uade filia mi. Abijt itaqꝫ ⁊ collige-
bat spicas p⁹ terga metentiū. Accidit āt ut
ager ille hēret dn̄m noie booz: q̄ erat de co-
gnatione elimelec. Et ecce ipse veniebat de
bethleē: dixitqꝫ messorib⁹: Dn̄s uobiscum.
Qui rn̄derūt ei: Bn̄dicat tibi dn̄s. Dixitqꝫ
booz iuueni q̄ messorib⁹ p̄erat: Cuius ē hec
puella? Cui rn̄dit: Hec ē moabitis q̄ uēit cū
noemi ꝺ regiōe moabitide: ⁊ rogauit ut spi
cas colligēt remanētes: sequēs messorū ue-
stigia. Et de mane usqꝫ nc̄ stat i agro: ⁊ nec
ad momētū q̄dez domum reuersa ē. Et ait
booz ad ruth: Audi filia: Ne uadas i alterū
agrū ad colligendū: nec recedas ab hoc lo-
co: sꝫ iungē puell' meis: ⁊ ubi messuerit seq̄
re. Mādaui. n. pueris meis ut nemo molest⁹
sit tibi: sꝫ etiā si sitieris vaꝺ ad sarcinulas ⁊
bibe aq̄s de q̄b⁹ ⁊ pueri mei bibūt. Que ca
dens i faciē suā ⁊ adorās sup t̄rā: dixit ad
eū: Unde mihi hoc ut inuenirē grāz an̄ ocu
los tuos: ⁊ noscere me dignareris pegrinā mu
lierē? Cui ille rn̄dit: Nūciata sūt mihi oīa q̄
feceris socrui tue p⁹ mortē uiri tui: ⁊ ꝙ reliqris
parentes tuos ⁊ t̄rā i qua nata es: ⁊ ueneris
ad ppl'm quē antea nesciebas. Reddat tibi
dn̄s ꝓ ope tuo. ⁊ plenā mercedē recipias a
dn̄o deo israel ad quē uenisti: ⁊ sub cuius
ꝯfugisti alas. Que ait: Inueni gratiā apud
oculos tuos dn̄e mi: q̄ ꝯsolat⁹ es me ⁊ locu
tus es ad cor ancille tue: q̄ nō sū silis vnius
puellarꝫ tuarꝫ. Dixitqꝫ ad eā booz: Qn̄ ho
ra uescēdi fuerit ueni huc ⁊ comede panē: et
itinge bucellā tuā in aceto. Sedit itaqꝫ ad
messorꝫ lat⁹ ⁊ ꝯgessit polētā sibi: comeditqꝫ
⁊ saturata ē: ⁊ tulit reliq̄as. Atqꝫ inde surre
xit: ut spicas ex more colligēt. Precepit āt
booz pueris suis dicēs. Etiā si uobiscū me
tere uoluerit ne ꝓhibeatis eā: ⁊ de uestris q̄ꝫ
manipulis ꝓijcite ꝺ idustria: ⁊ remanere p̄
mittite ut absqꝫ rubore colligat: ⁊ colligētē
nemo corripiat. Collegit ḡ i agro usqꝫ ad ve
spam: ⁊ q̄ collegerat v̄ga cedēs ⁊ excutiens
iuēit hordei q̄i ephi mēsurā. i. tres modios
q̄s portās reuēsa ē i ciuitatē ⁊ oñdit socrui
sue. Insup ꝓtulit ⁊ dedit ei de reliq̄s cibi
sui q̄ saturata fuerat. Dixitqꝫ ei socrus sua:
Ubi hodie collegisti? Et ubi fecisti op⁹? Sit
bn̄dict⁹ q̄ misert⁹ ē tui. Indicauitqꝫ ei apud
quē ēet opata: ⁊ nomē dixit uiri ꝙ booz vo
caret. Cui rn̄dit noemi: Bn̄dictus sit a dn̄o
qm̄ eandē grām quā pbuerat uiuis: seruauit
⁊ mortuis. Rursūqꝫ ait: Propiqu⁹ nr̄ ē hō.
Et ruth hoc q̄ꝫ iq̄t p̄cepit mihi: ut tandiu
messorib⁹ ei⁹ iūgerer donec ōes segetes me-
terēt. Cui dixit socr⁹: Meli⁹ ē filia mi ut cū
puell' ei⁹ exeas ad metēdū: ne i alieno agro
q̄spiā resistat tibi. Iūcta ē itaqꝫ puell' booz:
⁊ tādiu cū eis messuit dōec hordea ⁊ triticū
i horreis conderentur.

C. III.

Postq̄ȝ autē reuersa est ad socrū suaz:
audiuit ab ea: Filia mi querā tibi re-
quiē: ⁊ ꝓuidebo ut bene sit tibi. Booz iste
cuius puellis in agro iuncta es propiquus
noster ē: ⁊ hac nocte areā hordei uētilat. La
uare igitur ⁊ ungere: ⁊ iduere cultiorib⁹ ve
stimētis: ⁊ descēde in aream. Nō te uideat
hō: donec esū potūqꝫ finierit. Qn̄ aūt ierit
ad dormiēdū: nota locū i q̄ dormiat. Ueni
esqꝫ ⁊ discoopies palliū q̄ opitur a p̄te pe-
dū: ⁊ ꝓijcies te ⁊ ibi iacebis. Ipse aūt dicet
tibi q̄d agere debeas. Que rn̄dit: Quicq̄d
p̄cepis faciā. Descēditqꝫ in areā: ⁊ fecit oia
q̄ sibi iperauerat socrus. Cūqꝫ comedisset
booz ⁊ bibisset: ⁊ factus ēet hilarior: issetqꝫ
ad dormiēdū iuxta aceruū manipulorum
venit abscōdite: ⁊ discoopto a pedibus ei⁹
pallio se ꝓiecit. Et ecce nocte iam media ex
pauit hō ⁊ ꝯturbatus ē: viditqꝫ mulierem

iacentē ad pedes suos: ⁊ ait illi: Que es? Il
laqꝫ rn̄dit: Ego sū ruth ācilla tua. Expand
palliū tuū sup famulā tuā: q̄a ꝓpinqu⁹ es.
Et ille: bn̄dicta inq̄t es a dn̄o filia: ⁊ priorē
mīīcōdiā posteriōe supasti: q̄a n̄ es secuta
iuuenes paupes siue diuites. Noli ḡ metuē
sꝫ q̄cq̄d dixeris mihi faciā tibi. Scit. n. oīs po
pul⁹ q̄ hitat intra pōtas urb̄ mee mulierē
te ēe v̄tutis. Nec abnuo me ꝓpinquū: sꝫ est
alius me ꝓpinq̄oꝛ. Quiesce hac nocte: ⁊ fac
to mane: si te uoluerit ꝓpinq̄tatis iure retiēē
bene res acta ē: sin autē ille noluerit: ego te
absqꝫ ulla dubitatiōe suscipiā: viuit dn̄s.
Dormi usqꝫ mane. Dormiuit itaqꝫ ad pedēs
ei⁹ usqꝫ ad noctis abscessū. Surrexit itaqꝫ
añq̄ hoīes se coḡscerēt mutuo: ⁊ dixit booz.
Caue ne q̄s nouerit q̄ huc veneris. Et rur
sū: expāde inq̄t palliū tuuꝫ q̄ opiris: ⁊ tene
vtraqꝫ manu. Qua extēdēte ⁊ tenēte: men
sus ē sex modios hordei ⁊ posuit sup eaꝫ.
Que portās igressa ē ciuitatē: ⁊ uēit ad so
crū suam. Que dixit ei: Quid egisti filia?
Narrauitqꝫ ei oīa q̄ sibi fecisset hō. Et ait:
Ecce sex modios hordei dedit mihi: ⁊ ait: no
lo vacuā te reuēti ad socrū tuā. Dixitqꝫ no
emi: Expecta filia donec uideam⁹ quē res
exitū habeat. Nꝫ. n. cessabit hō: nisi cōple
uerit quod locutus est.

C. IIII.

Ascendit ḡ booz ad portā: ⁊ sedit ibi:
Cūqꝫ vidisset ꝓpinquū preterire de q̄
ꝑus sermo habitus ē: dixit ad eū: Declina
paulisp ⁊ sede hic: uocās eū noīe suo. Qui
diuertit ⁊ sedit. Tollēs autē booz decēꝫ ui
ros de senioꝛib⁹ ciuitatis: dixit ad eos: Se
dete hic. Quib⁹ residētib⁹ locut⁹ ē ad ꝓpin
quū. Partē agri frīs nr̄i elimelech vendet
noemi q̄ reuersa ē de regiōe moabitide: qđ
audire te uolui: ⁊ tibi dicē corā cūctis sedē
tibus ⁊ maioꝛib⁹ natu d̄ pp̄lo meo. Si vis
possidē iure ꝓpinq̄tatis eme ⁊ posside: si aūt
displicet tibi hoc ip̄m indica mihi: ut sciaꝫ
q̄d facē d̄beā. Null⁹. n. ē ꝓpiqu⁹ excepto te
q̄ poꝛ es: ⁊ me q̄ sc̄d̄s sū. At ille rn̄dit: Ego
agrū emā. Cui dixit booz: Qn̄ emeris agruꝫ
de manu mulieris: ruth q̄qꝫ moabitidē q̄ vxoꝛ
defūcti fuit debes accipe: ut suscites nomē
ꝓpīq̄ tui i hereditate sua. Qui rn̄dit: Cedo
iuri ꝓpiq̄tatis. Neqꝫ. n. posteritatē familie
mee delē debeo. Tu meo vtere ꝑuilegio: q̄
me libent̄ carē ꝓfiteoꝛ. Hic aūt erat mos a
tiq̄t⁹ i isrl̄ int̄ ꝓpīq̄s: ut si qn̄ alter alteri suo
iuri cedebat: ut ēēt firma ꝯcessio: soluebat
hō calciamētū suū: ⁊ dabat ꝓpiq̄ suo. Hoc
erat erat testimoniū cessiōis i isrl̄. Dixit ḡ ꝓ
pinq̄ suo booz: Tolle calciamētū. Qđ stati
soluit de pede suo. At ille maioꝛib⁹ natu et
uniuerso pp̄lo: testes uos inq̄t estis hodie
q̄ possideri oīa q̄ fuerūt elimelech ⁊ chelio
⁊ maalon tradēte noemi: ⁊ ruth moabitidē
vxoꝛē maalon i cōiugiū sūpseri ut suscitem
nomē defūcti i hereditate sua: ne uocablū
ei⁹ de familia sua ac frīb⁹ ⁊ pp̄lo d̄leat. Uos
inquā huius rei testes estis. Rn̄dit oīs pp̄lus
q̄ erat i porta ⁊ maiores natu: Nos testes
sum⁹. Faciat dn̄s hāc mulierē q̄ igredit do
mū tuā sicut rachel ⁊ lyam q̄ edificauerūt
domū isrl̄: ut sit exēplū v̄tutis i effrata ⁊ ha
beat celebꝛe nomē i bethleē. Fiatqꝫ domus
tua sicut dom⁹ phares quē thamar pepit iu
de: d̄ semie qđ tibi dederit dn̄s ex hac puel
la. Tulit itaqꝫ booz ruth: ⁊ accepit vxoꝛeꝫ:
igressusqꝫ ē ad eā: ⁊ dedit illi dn̄s ut ꝯciperet
⁊ pareret filiū. Dixerūtqꝫ mulieres ad noe
mi: Bn̄dictus dn̄s q̄ nō ē passus ut deficēt
successor familie tue: ⁊ uocaret nomē ei⁹ in
isrl̄: ⁊ habeas q̄ cōsolet aiaꝫ tuā ⁊ enutriet
senectutē. De nuru. n. tua nat⁹ ē q̄ te diliget:
⁊ multo tibi meliō ē q̄ si septē hēres filios.
Susceptūqꝫ noemi pueꝝ posuit i sinu suo:
⁊ nutricis ac gerule fūgebat officio. Uicie āt
mulieres ꝯgratulātes ei ⁊ dicentes: natus ē
filius noemi: vocauerunt nomen ei⁹ obed.
Hic est pater isai patris dauid. He sunt ge
nerationes phares. Phares gēuit esrom.
Esrom genuit aram. Aram genuit amina
dab. Aminadab gēuit naason. Naason ge
nuit salmō. Salmon gēuit booz: Booz ge
nuit obed. Obed genuit isai. Isai genuit
Dauid regeꝫ.

Explicit liber ruth. Incipit ꝓlogus
sancti Hieronymi in libros Reguꝫ.

Uigiti ⁊ duas lr̄as ēe apud
hebꝛeos: syrioꝝ q̄qꝫ ligua ⁊
chaldeoꝝ testat: q̄ hebꝛee
magna ex p̄te ꝯfinis ē. Nā
⁊ ip̄i uigitiduo elementa
hn̄t: eodē sono: sed diuer
sis caracteꝛib⁹. Samaritāi etiā pētateuchū
moysi totidē lr̄is scriptitāt: figuris tm̄ ⁊ api
cib⁹ discrepātes. Certūqꝫ est esdrā scribā
legisqꝫ doctoꝛē post captam hierosolymaꝫ

ꝛ instauratione͂ te͂pli sb̓ ꝫorobabel alias lit-
teras repperisse qb᷒ nu͂c utimur: cu͂ ad illud
usqꝫ te͂p᷒ ijdem samaritanoꝝ ꝛ hebreoꝝ ca
racteres fuerint. In libro ꝙ numeroꝝ hec
eade͂ supputatio sub leuitaꝝ ac sacerdotu͂
censu mystice ondit: ꝛ nome͂ dn̄i tetragra͂-
maton i qbusda͂ grec͂ uolumib᷒ usqꝫ hodie
a͂tiq̄s expssu͂ lr̄is iuenim᷒. Sꝫ ꝛ psalmi trice
simusext᷒: ꝛ centesimusdecim᷒: ꝛ ce͂tesim᷒ vn
decim᷒: ꝛ ce͂tesimusdecimusoctau᷒: ꝛ ce͂tesi-
mus quadragesimusquartus: ꝙ̄ꝙ̄ diuerso
scribant metro: tn̄ eiusde͂ numeri texuntur
alphabeto: Et hieremie lame͂tatio͂es ꝛ oro
eius: salomonis ꝙ i fine ꝓuerbia: ab eo lo-
co i quo ait: Mulie͂re͂ forte͂ q̄s iueie͂t: eijsde͂
alphabetis uel icisionib᷒ suppputant. Porro
q̄nqꝫ lr̄e duplices apud hebreos su͂t: caph:
mem nun phe sade. Alit͂. n. scribunt ꝑ has
ꝑncipia medietatesqꝫ v̓boꝝ: alit͂ fines. Un͂
ꝛ q̄nqꝫ a plerisqꝫ libri duplices estimant: sa
muel malachim dabreiamim esdras hiere
mias cu͂ cynoth. i. lame͂tatio͂ib᷒ suis. Quo
igit͂ uigitiduo elementa su͂t ꝑ q̄ scribim᷒ he-
braice o͂e qd̓ loq̄mur: ꝛ eoꝝ initijs vox hu-
mana ꝯphe͂dit: ita uigitiduo uolumina sup
putant: qb᷒ q̄i lr̄is ꝛ exordijs in dei doctria
tenera adhuc ꝛ lactens uiri iusti erudit ifa͂-
tia. Primus apud eos liber uocat͂ bresith:
que͂ nos genesi dicim᷒. Secu͂d᷒ ellesmoth: q̄
exod᷒ appellat. Terti᷒ vagecra. i. leuiticus.
Quart᷒ vagedabe͂: que͂ nu͂eꝝ uocam᷒. Qui
tus elleaddabari: q̄ deutonomiu͂ ꝑnotat. Hi
st͂ q̄nqꝫ libri moysi: q̄s ꝓpe thoath. i. lege͂ ap
pella͂t. Scd̓ꝫ ꝓphetaꝝ ordine͂ faciu͂t ꝛ icipi
unt ab iesu filio naue: q̄ apud illos iosue be͂
nun dr̄. Deid̓ sb̓texu͂t sopthi. i. iudicu͂ libꝝ:
ꝛ i eu͂de͂ ꝯpigu͂t ruth: q̄a i dieb᷒ iudicu͂: facta
ei᷒ narrat͂ historia. Terti᷒ seq̄t͂ samuel: queꝫ
nos regnoꝝ ꝑmu͂ ꝛ secu͂du͂ dicim᷒. Quart᷒
malachim. i. regu͂: q̄ t͂tio ꝛ q̄rto regnoꝝ vo-
lumie ꝯtiet͂. Meliusqꝫ multo e͂ malachiꝫ. i.
regu͂: ꝙ̄ malacoth. i. regnoꝝ dic͂e. No͂. n. mlt͂
taꝝ ge͂tiu͂ d̓scribit regna: sꝫ vni᷒ isrl̓itici ppl̓i
q̄ tribub᷒ duodeci ꝯtiet͂. Quit᷒ e͂ isaias. Se
xt᷒ hieremias. Septim᷒ eꝫechiel. Octau᷒ lib̓
duodeci ꝓphetaꝝ: q̄ apd̓ illos vocat͂ thare
asra. Terti᷒ ordo agiographa possidet. Et
ꝑm᷒ liber icipit ab iob. Scd̓us a dauid que͂
q̄nqꝫ incisionib᷒ ꝛ uno psalmoꝝ uolumie
ꝯphe͂du͂t. Terti᷒ e͂ salomo͂: tres libros hn̄s: ꝓ
uerbia: q̄ illi parabolas. i. massoth appella͂t
Quart᷒ ecclesiasten. i. coeleth. Quit᷒ e͂ ca͂ti

cu͂ ca͂ticoꝝ: que͂ titulo syrasyri ꝑnota͂t. Sex
tus e͂ daniel. Septim᷒ dabreiami. i. v̓ba die
ru͂ qd̓ significa͂ti᷒ chronico͂ toti᷒ diuine histo͂ie
possum᷒ appellaꝛ: q̄ liber apd̓ nos palipo-
meno͂ ꝑm᷒ ꝛ scd̓s iscribit͂. Octau᷒ esdras: q̄
ꝛ ipe simit͂ apd̓ grecos ꝛ latios i duos libros
diuisus e͂. Non᷒ hester. Atqꝫ ita fiu͂t pariter
veteris legis libri uigitiduo. i. moysi q̄nqꝫ ꝛ ꝓ-
phetaꝝ octo: agiographoꝝ noue͂. Qua͂q̄
no͂nulli ruth ꝛ cynoth int͂ agiographa scri-
ptite͂t: ꝛ hos libros i suo pute͂t nume͂o sup-
puta͂dos: ac ꝑ hoc e͂e ꝑsce legis libros uigitiq̄
tuor q̄s sub numero vigitiq̄tuor se͂ioꝝ apo
calypsis ioannis iduc͂: adora͂tes agnu͂ ꝛ co
ronas suas ꝓstrati v̓ltib᷒ offere͂tes: sta͂tib᷒ co
ra͂ q̄tuor aialib᷒ oculatis an͂ ꝛ retro. i. i ꝑt͂itu͂
ꝛ i futuꝝ respicie͂tib᷒: ꝛ idefessa voce clama͂
tib᷒: scu͂s scu͂s scu͂s dn̄s de᷒ oipote͂s: q̄ erat
ꝛ q̄ e͂: ꝛ q̄ ue͂tur᷒ e͂. Hic plog᷒ scripturaꝝ q̄si
galeatu͂ ꝑncipiu͂ oib᷒ libris q̄s de hebreo v̓ti-
mus i latinu͂ ꝯue͂ire pot͂: ut scire valeamus
q̄cq̄d extra hos e͂ it͂ apocrypha e͂e pone͂du͂.
Igit͂ sapia q̄ v̓lgo salomonis iscribitur: ꝛ ie
su filij syrach liber: ꝛ iudith: ꝛ tobias: ꝛ pa
stor n̄ su͂t i cano͂e. Machabeoꝝ ꝑmu͂ libru͂
hebraicu͂ ꝛppi. Scd̓s grec᷒ e͂: qd̓ ex ipa phra
sin ꝓbari pot͂. Que cu͂ ita se he͂ant: obsecro
te lector ne labore͂ meu͂ repℏe͂sione͂ estimes
antiq̄ru͂. In te͂plo dei offert vnusq̄sqꝫ quod
potest. Alij auru͂ ꝛ argentu͂ ꝛ lapides ꝓcio-
sos: alij byssu͂ ꝛ purpura͂ ꝛ coccuꝫ offerunt
ꝛ hyacinthu͂. Nobiscu͂ bene agitur: si obtu
lerimus pelles ꝛ capraruꝫ pilos. Et tamen
apl̓us contentibiliora nostra magis neces
saria iudicat. Unde ꝛ tota illa tabernaculi
pulchritudo ꝛ ꝑ singulas spe͂s ecclesie pn̄tis
futureqꝫ disti͂ctio pellibus tegitur ꝛ cilitijs:
ardore͂qꝫ solis ꝛ iniuria͂ imbriu͂ ea que uili
ora su͂t prohibe͂t. Lege ḡ ꝑmu͂ samuel ꝛ ma
lachim meu͂. Meu͂ inqua͂ meu͂. Quicquid
eni͂ crebrius vertendo ꝛ emendando sollici
tius ꝛ didicim᷒ ꝛ tenemus: nostru͂ est. Et cu͂
intellexeris quod antea nesciebas: uel inter
prete͂ me estimato si gratus es: uel parafra-
sten si ingratus: ꝙ̄ꝙ̄ mihi omnino conscius
no͂ sim: mutasse me quippia͂ de hebraica v̓i
tate. Certe si icredulus es: lege grecos codi
ces ꝛ latinos: ꝛ confer cu͂ his opusculis q̄
nuper emendauimus: ꝛ ubicu͂qꝫ discrepare
int͂ se videris: introga que͂libet hebreoru͂ cui
magis acco͂modare debeas fide͂: ꝛ si nostra
firmauerit: puto ꝙ eu͂ no͂ estimes co͂iectore͂

ut i eodē loco mecū silit̄ diuiarit. Sʒ ⁊ uos
famulas christi rogo q̄ dn̄i discūbēti p̄ciosis
sima fidei myrrha vngit̄ caput: q̄ neq̄q̄ sal
uatorē q̄rit̄ in sepulchro qb᷒ iā ad patrem
christus ascēdit: ut ꝯtra latrantes canes q̄
aduersū me rabido ore deseuiēt ⁊ circuēūt
ciuitatē: atq̄ꝫ i eo se doctos arbitrāt̄: si alijs
detrahāt: orōnū. v̄raꝝ clypeos opponatis.
Ego sciēs hūilitatē meā illi᷒ sp̄ sn̄ie recōda
bor: Dixi custodiā uias meas: ut n̄ deliquā
i ligua mea. Posui ori meo custodiā: cū cō
sisteret pc̄cōr aduersū me. Obmutui ⁊ hūi
liatus sum: ⁊ silui a bonis.

Explicit plogus. Incipit liber
Samuelis primus. Caplm I

Fuit uir unus de
ramathaim sophim d̄
monte effraim: ⁊ nomē
eius helchana: fili᷒ hie
roboam filij heliu: filij
thau: filij suph: effrate᷒
⁊ habuit duas vxores: nomē vni āna: ⁊ no
men secunde fenenna. Fueruntq̄ꝫ fenenne
filij: anne autē nō erāt liberi. Et ascendebat
vir ille de ciuitate sua statutis diebus: ut a
doraret ⁊ sacrificaret dn̄o exercituū i sylo.
Erāt autē ibi duo filij heli: ofni ⁊ phinees
sacerdotes dn̄i. Uenit g̊ dies ⁊ imolauit hel
chana: deditq̄ꝫ fenenne uxori sue ⁊ cūtis fi
lijs ei᷒ ⁊ filiab᷒ ptes. Anne autē dedit ptē
unā trist̄: q̄a annā diligebat. Dn̄s āt ꝯcluse
rat uuluā ei᷒. Affligebat q̊ꝫ eā emula ei᷒: ⁊
uehemēter angebat: itantuꝫ ut exprobraret
q̄ dn̄s cōclusisset vuluā ei᷒. Sicq̄ꝫ faciebat
p̄ singl'os ānos cū redeūte tp̄e ascēderēt ad
tēplū dn̄i: ⁊ sic p̄uocabāt eā. Porro illa fle
bat: ⁊ non capiebat cibū. Dixit ergo ei hel
chana uir suus: Anna cur fles: ⁊ q̄re nō co
medis: ⁊ quāobrē affligit̄ cor tuū? Nunq̄d
non ego melior tibi sū q̄ decē filij? Surrexit
aūt āna p᷒q̄ comederat ⁊ biberat i sylo. Et
heli sacerdote sedēte sup sellā an̄ postes do
mus dn̄i: cū ēēt anna amaro aīo: orauit ad
dn̄m flens largit̄: ⁊ votū vouit dicens: Dn̄e
exercituū si respiciens uideris afflictionē fa
mule tue: ⁊ recordat᷒ mei fuer̄: nec oblitus
ancille tue: dederisq̄ꝫ serue tue sexū uirileꝫ:
dabo eū dn̄o oīb᷒ dieb᷒ uite ei᷒: ⁊ nouacula
nō ascēdet sup caput ei᷒. Factū ē aūt: cū illa
multiplicaret p̄ces coraꝫ dn̄o: ut heli obser
uaret os eius. Porro anna loq̄bat̄ in corde
suo: tn̄q̄ꝫ labia ei᷒ mouebāt: ⁊ vox penitus
nō audiebat̄. Estimauit g̊ eā heli temulētā
dixitq̄ꝫ ei: Usq̄ꝫ q̊ ebria eris? Digē paulisper
uinū q̄ mades. Rn̄dēs anna: neq̄q̄ inq̄t dn̄e
mi. Nā mulier ifelix nimis ego sū: vinuꝫq̄ꝫ
⁊ oē q̄ꝺ iebriare pōt nō bibi: sed effudi aīaꝫ
meā in cōspectu dn̄i. Ne reputes ācillā tuā
q̄i unā de filiab᷒ belial: q̄a ex multitudine
doloris ⁊ meror̄ mei locuta sū usq̄ꝫ i p̄sens
Tc̄ heli ait ei: Uade i pace: ⁊ deus isrl̄ det ti
bi petitionē tuā quā rogasti eum. At illa di
xit: Utinā inueniat ancilla tua gratiā i ocul̄
tuis. Et abijt mulier i uiā suā ⁊ comedit: vl̄
tusq̄ꝫ illi᷒ nō sūt ampli᷒ i diuersa mutati. Et
surrexerūt mane: ⁊ adorauerūt corā dn̄o: re
uersiq̄ꝫ sūt: ⁊ uenerūt i domū suā ramatha.
Cognouit autē helchana ānā uxorē suam:
⁊ recordatus ē ei᷒ dn̄s. Et factū ē post circu
lū dieꝝ: ꝯcepit anna ⁊ pepit filiū: vocauitq̄ꝫ
nomē ei᷒ samuel: eo q̄ a dn̄o postulasset eū.
Ascendit autē uir ei᷒ helchana ⁊ oīs dom᷒
ei᷒ ut imolaret dn̄o hostiā solēnē ⁊ uotū su
um: ⁊ āna nō ascēdit. Dixit. n. uiro suo: Nō
uadā donec ablactet̄ ifans: ⁊ ducā eū ut ap
pareat an̄ ꝯspectū dn̄i: ⁊ maneat ibi iugiter
Et ait ei helchana uir su᷒: Fac q̄ꝺ tibi bonū
uidet̄: ⁊ mane donec ablactes eū: p̄corq̄ꝫ ut
ipleat dn̄s v̄bū suū. Māsit g̊ mulier ⁊ lacta
uit filiū suū: donec amouēt eū a lacte. Et ad
duxit eū secū p᷒q̄ ablactauerat in uitul̄ tri
bus: ⁊ trib᷒ modijs farie: ⁊ āphora uini: et
adduxit eū ad domū dn̄i i sylo. Puer autē
erat adhuc ifantulus. Et imolauerūt uitulū
⁊ obtulerūt pueꝝ heli. Et ait āna: Obsecro
mi dn̄e: uiuit aīa tua. Ego suꝫ illa mulier q̄
steti corā te hic: orās dn̄ꝫ p̄ puero isto. Ora
ui: ⁊ dedit mihi dn̄s petitionē meā quā po
stulaui eū. Iccirco ⁊ ego cōmodaui eū dn̄o:
cunctis dieb᷒ quib᷒ fuerit accōmodat᷒ dn̄o
Et adorauerūt ibi dn̄m. Et orauit āna: ⁊ ait.

C. II.

Exultauit cor meū in dn̄o: ⁊ exaltatuꝫ
est cornu meuꝫ in deo meo. Dilatatū
est os meū super inimicos meos: quia leta
ta sū in salutari tuo. Non est sanctus ut est
dn̄s: neq̄ꝫ. n. ē ali᷒ extra te.: ⁊ nō ē fort̄ sicut
deus nr̄. Nolite multiplicare loq̄ sublimia:
gloriātes. Recedāt uetera de ore ūro: q̄r de᷒
sciaꝝ dn̄s ē: ⁊ ipsi p̄parāt cogitatiōes. Arc᷒
fortiū supat᷒ ē: ⁊ infirmi accincti sūt robor̄

Repleti ꝓus ꝓ panib⁹ se locauerūt: ⁊ famelici saturati sūt. Donec sterilis pepit plurimos: ⁊ q̄ mltos hēbat filios infirmata est. Dn̄s mortificat ⁊ viuificat: ꝺducit ad iferos ⁊ reducit. Dn̄s paupez facit ⁊ ditat: hūiliat ⁊ subleuat. Suscitat ꝺ puluē egenū: ⁊ ꝺ stercore eleuat pauperē: ut sedeat cū ꝑncipib⁹: ⁊ soliū glīe teneat. Dn̄i.n. st̄ cardines t̄re: et posuit sup eos orbē. Pedes scōꝝ suoꝝ ſuabit: ⁊ ip̄i tenebr̄ ꝯticescēt: q̄a nō i fōtitudie sua roborabit vir. Dn̄m formidabūt aduersarij eius: ⁊ sup ipsos in celis tonabit. Dn̄s iudicabit fines t̄re: ⁊ dabit iperiū regi suo: ⁊ sublimabit cornu xp̄i sui. Et abijt helchana in ramatha i domū suā. Puer autē erat minist̄ i ꝯspectu dn̄i an̄ faciē heli sacerdot̄. Porro filij heli filij belial nescientes dn̄m: nꝫ officiū sacerdotū ad ppl̄m: sꝫ q̄cūqꝫ imolasset uictimā: ueniebat puer sacerdotis dū coq̄rent carnes: ⁊ habebat fuscinulā tridētē i manu sua: ⁊ mittebat eā i lebetē uel in caldariā: aut i ollā siue i cacabū: ⁊ ōe qđ leuabat fuscinula: tollebat sacerdos sibi. Sic faciebāt uniuerso israeli uēientiū i sylo. Etiā anteq̄ adolerēt adipē: ueniebat puer sacerdotis: ⁊ dicebat imolanti: Da mihi carnem ut coquā sacēdoti. Nō.n. accipiā a te carnē coctā sꝫ crudā. Dicebatqꝫ illi imolās: Incēdat ꝑmū iuxta morē hodie adeps: ⁊ tolle tibi q̄ntūcūqꝫ desiderat aīa tua. Qui r̄ndens aiebat ei: Neq̄q̄. Nūc.n. dabis: alioq̄n tollam ui. Erat g̊ pcc̄m pueroꝝ grande nimis coram dn̄o: q̄a detrahebāt hoīes sacrificio dn̄i. Samuel āt mīstrabat an̄ faciē dn̄i puē accinct⁹ ephot lineo. Et tunicā paruā faciebat ei mat̄ sua: quā afferebat statutis dieb⁹ ascēdens cū uiro suo: ut imolaret hostiam solēnē ⁊ uotū suū. Et bn̄dixit heli helchane ⁊ vxori eius: dixitqꝫ ei: Reddat tibi dn̄s semē de muliere hac ꝓ fenor̄ qđ cōmodasti dn̄o. Et abierūt i locū suū. Uisitauit g̊ dn̄s annā ⁊ cōcepit: ⁊ pepit tres filios ⁊ duas filias. Et magnificatus est puer samuel apud dominū. Heli autez erat senex ualde: ⁊ audiuit omnia que faciebant filij sui uniuerso israeli: ⁊ quomodo dormiebāt cū mulieribus que obseruabant ad ostium tabernaculi: ⁊ dixit eis: Quare facitis res huiuscemodi: quas ego audio res pessimas ab ōī ppl̄o? Nolite filij mei. Non.n. ē bona fama quā ego audio: ut trāsgredi faciatꝭ populuz dn̄i. Si peccauerit uir in uirum: placari ei pōt deus: si aūt i deū peccauerit uir: q̄s orabit ꝓ eo? Et nō audierūt uocē p̄ris sui: quia uoluit dn̄s occidē eos. Puer autē samuel ꝓficiebat atqꝫ crescebat: ⁊ placebat tā deo q̄ hoīb⁹. Uenit aūt uir ꝺi ad heli: ⁊ ait ad eū: Hec dicit dn̄s: Nūq̄d nō apte reuelat⁹ sum domui p̄ris tui cū ēet i egypto i domo pharaōis? Et elegi eū ex oīb⁹ tribub⁹ isrl̄ mihi i sacerdotē: ut ascēdēt ad altare meū: ⁊ adoleret mihi icensū. ⁊ pōtaret ephot corā me: ⁊ ꝺdi domui p̄ris tui oīa ꝺ sacrificijs filioꝝ isrl̄? Quare calce abiecistis uictimā meā et munera mea q̄ ꝑcepi ut offerrent i templo: ⁊ mag̊ honorasti filios tuos q̄ me: ut comederetis ꝑmitias oīs sacrificij isrl̄ ppl̄i mei? Proptea ait dn̄s de⁹ isrl̄: Loquēs locutus sū: ut dom⁹ tua ⁊ dom⁹ p̄ris tui mīstraret in ꝯspectu meo usqꝫ i sempiternū. Nūc āt dic dn̄s: Absit hoc a me. Sed q̄cunqꝫ honorificauerit me glīficabo eū: qui aūt ꝯtēnūt me erunt ignobiles. Ecce dies ueniūt: ⁊ ꝑcidaz brachiū tuū: ⁊ brachiū dom⁹ p̄ris tui: ut n̄ sit senex i domo tua. Et uideb̄ emulū tuū i tēplo i uniuersis prosperis isrl̄: ⁊ nō erit senex i domo tua oīb⁹ dieb⁹. Uerūtn̄ n̄ auferā penit⁹ uirū ex te ab altari meo: sꝫ ut ꝺficiāt oculi tui: ⁊ tabescat aīa tua: ⁊ pars magna dom⁹ tue morief̄ cū ad uirilē etatē uenerit. Hoc autē erit tibi signū qđ uētuꝝ ē duob⁹ filijs tuis ofni ⁊ phinees. In die uno morīētur ābo. Et suscitabo mihi sacerdotē fidelē q̄ iuxta cor meū ⁊ aīaz meā faciet: ⁊ edificabo ei domū fidelē: ⁊ ābulabit corā xp̄o meo cūctis dieb⁹. Futuꝝ ē aūt ut q̄cūqꝫ remāsit i domo tua: uēiat ut oref̄ ꝓ eo: ⁊ offerat nūmū argēteū ⁊ tortā panis: dicatqꝫ: Dimitte me obsecro ad unā partē sacerdotalē: ut comedam bucellam panis.

.III.

Puer autē samuel ministrabat dn̄o corā heli: ⁊ sermo dn̄i erat ꝑciosus. In diebus illis non erat uisio māifesta. Factū ē g̊ in die quadā heli iacebat i lectulo suo: ⁊ oculi eius caligauerant: nec poterat uidēr̄. Lucerna dei an̄q̄ extigueret: samuel dōmiebat in templo dn̄i ubi erat arca dei. Et uocauit dn̄s samuel. Qui r̄ndens ait: Ecce ego. Et cucurrit ad heli: ⁊ dixit: Ecce ego. Uocasti.n. me. Qui dixit: Nō uocaui te fili. Reuertē ⁊ dormi. Et abijt ⁊ dormiuit. Et adiecit dn̄s rursū uocar̄ samuel. Cōsurgēsqꝫ samuel abijt ad heli: ⁊ dixit: Ecce ego: q̄

vocasti me. Qui rn̄dit: Nō vocaui te fili mi Reuertē ⁊ dormi. Porro samuel necdū sciebat dn̄m: neqȝ reuelat⁹ fuerat ei ſmo dn̄i. Et adiec̄ dn̄s: ⁊ vocauit adhuc samuel t̄tio Qui ꝯsurgēs abijt ad heli: ⁊ ait: Ecce ego: q̄a uocasti me. Intellexit ḡ heli qꝛ dn̄s vocaret puer̄: ⁊ ait ad samuel: Uade ⁊ dormi: ⁊ si deinceps vocauerit te: dices: Loq̄re dn̄e q̄a audit seru⁹ tu⁹. Abijt ḡ samuel: ⁊ dormiuit i loco suo. Et uenit dn̄s ⁊ stetit: ⁊ vocauit sicut vocauēat secūdo: Samuel samuel Et ait samuel: Loq̄re dn̄e: q̄a audit seruus tu⁹. Et dixit dn̄s ad samuel: Ecce ego facio v̄bū i isrl̄: qd̄ q̄cūqȝ audierit: tinniēt ambe aures ei⁹. In die illa suscitabo aduersū heli oīa q̄ locut⁹ sū sup domū ei⁹. Incipiā ⁊ ꝯplebo. Predixi .n. ei ꝙ iudicatur⁹ essē domum ei⁹ i eternū ꝑꝑ iniq̄tatē: eo ꝙ nouerat idigne agere filios suos: ⁊ nō corripuerit eos. Iccirco iuraui domui heli ꝙ non expiet iniq̄tas dom⁹ ei⁹ victimis ⁊ munerib⁹ vsqȝ i eternū. Dormiuit autē samuel vsqȝ mane: aperuitqȝ ostia dom⁹ dn̄i. Et samuel timebat indicare visionē heli. Uocauit ḡ heli samuelē: ⁊ dixit: Samuel fili mi. Qui rn̄dens ait: Presto sū. Et introgauit eū: Quis ē sermo quē locutus ē dn̄s ad te? Oro te ne celaueris me. Hec faciat tibi deus ⁊ hec addat: si abscōderis a me sermonē ex oīb⁹ verbis q̄ dc̄a sūt tibi. Indicauit itaqȝ ei samuel vniūsos sermōes: ⁊ nō abscōdit ab eo. Et ille rn̄dit: Dn̄s ē. Qd̄ bonū ē i oculis suis faciat. Creuit aūt samuel: ⁊ dn̄s erat cū eo: ⁊ n̄ cecidit ex oīb⁹ v̄bis ei⁹ i terrā. Et cognouit vniuersus isrl̄ a dan vsqȝ bersabee: ꝙ fidel̄ samuel ꝓpheta eēt dn̄i. Et addidit dn̄s ut apparēt i sylo: qm̄ reuelatus fuerat dn̄s samuel in sylo iuxta verbū domini. Et uenit sermo samuelis vniuerso israeli

C. IIII.

Et factū ē in diebus illis: conuenerūt philistijm i pugnā. Egressus est nāqȝ isrl̄ obuiā philistijm in preliū: ⁊ castrametatus est iuxta lapidē adiutorij. Porro philistijm venerunt in affec: ⁊ instruxerunt aciē ꝯtra isrl̄. Inito autē certamine terga vertit isrl̄ philisteis: ⁊ cesa sūt i illo certamine passim ꝑ agros q̄i q̄tuor milia uiror̄. Et reuersus ē ppl̄us ad castra. Dixerūtqȝ maiores natu d̄ isrl̄: Quare ꝑcussit nos dn̄s hodie corā philistijm? Afferam⁹ ad nos d̄ sylo arcā federis dn̄i: ⁊ uēiat i mediū nr̄i ut saluet nos d̄ manu inimicor̄ nr̄or̄. Misit ḡ ppl̄us i sylo ⁊ tulerūt idē arcā federis dn̄i exercituū sedētis sup cherubin. Erātqȝ duo filij heli cū arca federis dn̄i ofni ⁊ phinees. Cūqȝ venisset arca federis dn̄i in castra: vociferat⁹ ē oīs isrl̄ clamore grādi: ⁊ ꝯsōuit t̄ra. Et audierūt philistijm uocē clamoris: dixerūtqȝ: Quenā ē hec vox clamoris magni i castris hebreor̄? Et cognouerūt ꝙ arca dn̄i venisset i castra. Timuerūtqȝ philistijm dicētes: Uenit deus i castra. Et igemuerūt dicētes: Ue nob̄. Nō .n. fuit tāta exultatio heri ⁊ nudiustertiꝰ. Ue nob̄. Quis nos saluabit de manu deor̄ sublimiū istor̄? Hi sūt dij: q̄ percusserūt egyptū oī plaga i d̄s̄to. Cōfortamini ⁊ estote uiri philistijm: ne seruiatis hebreis sicut ⁊ illi seruierūt nob̄. Cōfortamini ⁊ bellate. Pugnauerūt ḡ philistijm: ⁊ cesus ē isrl̄ ⁊ fugit vnusq̄sqȝ i tab̄naculū suū. Et facta ē plaga magna nimis: ⁊ ceciderūt d̄ isrl̄ triginta milia peditū: ⁊ arca dei capta ē. Duo q̄qȝ filij heli mōtui sūt ofni ⁊ phinees. Currēs āt uir d̄ bēiamin ex acie vēit i sylo in die illa: scissa veste ⁊ ꝯspsus puluē caput. Cūqȝ ille venisset: heli sedebat sup sellā ꝯtra viā expectās. Erat āt cor ei⁹ pauēs ꝓ arca dn̄i. Uir aūt ille postq̄ igressus ē nūciauit vrbi ⁊ vlulauit oīs ciuitas. Et audiuit heli sonitū clamoris: dixitqȝ: Quis ē hic sonit⁹ tumultus hui⁹? At ille festinauit ⁊ venit: ⁊ nūciauit heli. Heli aūt erat nonagita ⁊ octo ānorū: ⁊ oculi ei⁹ caligauerāt ⁊ vidē nō poteāt. Et dixit ad heli: Ego sū q̄ ueni de prelio: ⁊ ego q̄ d̄ acie fugi hodie. Cui ille ait: Quid actū ē fili mi? Rn̄dēs autē ille q̄ nūciabat: fugit iq̄t isrl̄ corā philistijm: ⁊ ruia magna facta ē i ppl̄o. Insup ⁊ duo filij tui mortui sūt ofni ⁊ phinees: ⁊ arca dei capta ē. Cūqȝ ille noīasset arcā dei: cecidit d̄ sella ītrorsū iuxta ostiū: ⁊ fractis ceruicib⁹ mortu⁹ ē. Senex .n. erat vir ⁊ grādeu⁹: ⁊ ip̄e iudicauit isrl̄ q̄draginta annis. Nurus autē eius vxor phinees pregnans erat vicinaqȝ partui. Et audito nūcio ꝙ capta esset arca dei: ⁊ mortuus esset socer suus ⁊ vir suus: icuruauit se ⁊ peperit. Irruerant eni i eā dolores subiti. In ipso autē momento mortis eius dixerunt ei qui stabant circa eā: Ne timeas: quia filiū peperisti. Que non respōdit eis neqȝ aīaduertit. Et vocauit puerū icaboth: dicēs: Trāslata est gl̄ia dn̄i d̄ isrl̄: qꝛ capta ē arca d̄i. Et ꝓ socero suo ⁊ ꝓ viro

suo ait: Translata est gloria ab israel: eo ꝙ
capta esset arca dei.



.V.

Philistijm autē tulerūt arcā dei: ⁊ asportauerūt eā a lapide adiutorij i açotū.
Tuleruntqꝫ pilistijm arcā dei: ⁊ intulerunt
eaꝫ in templū dagon: ⁊ statuerunt eā iuxta
dagon. Cūqꝫ surrexissēt diluculo açotij altā
die: ecce dagon iacebat ꝓnus in terra ante
arcaꝫ dñi. Et tulerunt dagon: ⁊ restituerūt
eū in locū suuꝫ. Rursūqꝫ mane die altera ꝯ
surgentes īuenerūt dagon iacētē sup̱ facieꝫ
suā in terra corā arca dñi. Caput aūt dagō
⁊ due palme manuū ei⁹ abscise erant sup̱ li
mē: porro dagon solus trūcus remāserat i
loco suo. Propť hāc causā nō calcant sacer
dotes dagon: ⁊ oēs q̄ igrediunť tēplū eius
sup̱ limē dagō i açoto usqꝫ i hodiernū diē.
Aggrauata ē autē man⁹ dñi sup̱ açotios: et
demolit⁹ ē eos. Et ꝑcussit i secretiori parte
natiū açotū ⁊ fines ei⁹. Et ebulierūt uille ⁊
agri i medio regiōis illi⁹: ⁊ nati sūt mures:
⁊ facta ē ꝯfusio mōtis magne i ciuitate. Ui
dētes aūt uiri açotij huiuscemōi plagā dixe
rūt: Nō maneat arca dei isrl' apud nos: qm̄
dura ē man⁹ ei⁹ sup̱ nos ⁊ sup̱ dagō deū no
strū. Et mittētes ꝯgregauerūt oēs satrapas
philistinoꝝ ad se: ⁊ dixerūt: Quid faciem⁹
ꝺ arca dei isrl'? Rñderūtqꝫ gethei: Circūdu
cať arca dei isrl'. Et circūduxerunt arcā dei
isrl'. Illis āt circūducētib⁹ eā: fiebat manus
dñi dei p̱ singulas ciuitates intfectiōis ma
gne nimis: ⁊ ꝑcutiebat uiros vniuscuiusqꝫ
urbis a paruo usqꝫ ad maiorē: ⁊ ꝯputresce
bāt ꝓminētes extales eoꝝ. Inierūtqꝫ gethei
ꝯsiliū: ⁊ fecerūt sibi sedes pelliceas. Miserūt
ḡ arcā dñi in acharon. Cūqꝫ uenisset arca
dñi dei i acharon: exclamauerūt acharo
nite dicētes: Adduxerūt ad nos arcam dei
isrl': ut intficiat nos ⁊ pplꝫ nrīꝫ. Miserūt
itaqꝫ ⁊ ꝯgregauerūt oēs satrapas philistio
rū. Qui dixerūt: Dimittite arcā dei isrl' ⁊ re
uertať in locū suū: ut nō intficiat nos cū po
pulo nrō. Fiebat .n. pauor mōtꝭ i singulis vr
bibus ⁊ grauissima ualde manus dñi dei.
Uiri qꝫ q̄ mortui ñ fuerāt ꝑcutiebant i se
cretiori parte natiū: ⁊ ascēdebat vlulatus
vniuscuiusqꝫ ciuitatis in celuꝫ.

.VI.

Uit ḡ arca dñi in regione philistinoꝝ
septē mensibus. Et post hec uocauerūt
philistijm sacerdotes ⁊ diuinos dicentes:
Quid faciemus de arca dei? Indicate no
bis: quō remittamus eā in locū suū. Qui
dixerunt: Si remittitis arcā dei isrl': noli
te dimittē eā uacuā: sꝫ qō debetis ei reddite
ꝓ pccō: ⁊ tūc curabimini: ⁊ scietis q̄re nō re
cedat man⁹ ei⁹ a uob̄. Qui dixerūt: Quid ē
qō ꝓ delicto reddē debeam⁹ ei? Rñderūtqꝫ
illi: Iuxta numeꝝ ꝓuītiaꝝ philistioꝝ q̄nqꝫ
anos aureos facietꝭ: ⁊ q̄nqꝫ mures aureos:
q̄a plaga una fuit oīb⁹ uob̄ ⁊ satrapis uīis.
Facietisqꝫ sil'itudies anoꝝ uīoꝝ: ⁊ similitu
dines muriū q̄ demoliti sūt terrā: ⁊ dabitꝭ
deo isrl' glīaꝫ: si forte reuelet manū suā a uo
bis: ⁊ a dijs uīis: ⁊ a tra vīa. Quare graua
tis cōda uīa: sic aggrauauit egyptus ⁊ pha
rao cor suū? Nōne postq̄ ꝑcussus ē tūc di
misit eos: ⁊ abierūt? Nūc ḡ arripite ⁊ facite
plaustrū nouuꝫ unū: ⁊ duas uaccas fetas q̄
bus ñ ē īpositū iugū iūgite i plaustro: ⁊ re
cludite uitulos eaꝝ domi. Tolletisqꝫ arcā
dñi: ⁊ ponetꝭ i plaustro: ⁊ uasa aurea q̄ exo
luistis ei ꝓ delicto ponetis i capsellā ad lat⁹
ei⁹: ⁊ dimittite eā ut uadat: ⁊ aspicietis. Et
siq̄dē p̱ uiā finiū suoꝝ ascēderit ꝯtra bethsa
mes ipse fecit nob̄ hoc malū grāde: sin aūt
mīme: sciem⁹ q̄a neq̄q̄ man⁹ ei⁹ tetigit nos:
sꝫ casu accidit. Fecerūt ḡ illi hoc mō: ⁊ tollē
tes duas vaccas q̄ lactabāt vitulos iūxerūt
ad plaustrū: uitulosqꝫ eaꝝ ꝯcluserūt domi.
Et posuerūt arcā dei sup̱ plaustrū: ⁊ capsel
lā q̄ hēbat mures aureos ⁊ sil'itudinē ano
rū. Ibāt āt i directū vacce p̱ viā q̄ ducit be
thsames: ⁊ itinē uno gradiebanť pergētes
⁊ mugiētes: ⁊ nō declinabāt neqꝫ ad dextrā
neqꝫ ad sinistrā. Sꝫ ⁊ satrape philistijꝫ seq̄
bantur usqꝫ ad termīos bethsames. Porro
bethsamite metebant triticū i ualle: et ele
uātes oculos viderūt arcā: ⁊ gauisi sunt
cuꝫ vidissent. Et plaustꝝ uenit i agꝝ iosue
bethsamite: ⁊ stetit ibi. Erat aūt ibi lapis
magnus. Et ꝯciderunt ligna plaustri: vac
casqꝫ īposuerūt sup̱ ea holocaustū dño. Le
uite autē deposuerūt arcā dei: ⁊ capsellaꝫ q̄
erat iuxta eā in q̄ erāt uasa aurea: ⁊ posue
rūt sup̱ lapidē grādē. Uiri aūt bethsamite
obtulerūt holocausta: ⁊ imolauerūt uictimas
i die illa dño. Et q̄nqꝫ satrape philistinorū
viderūt ⁊ reuersi sūt i acharon i die illa.
Hi sť āt ani aurei q̄s reddiderūt philistijm
ꝓ delicto dño. Açot⁹ vnū: gaça unū: ascha
lon vnū: geth unū: acharon unū: ⁊ mures
aureos scđm numerum urbiū philistijm

q̄nq̄ꝫ ꝓuītiaꝝ: ab vrbe mūata usqꝫ ad uillā
q̄ erat absqꝫ muro: ⁊ usqꝫ ad abel magnum
sup quē posuerunt arcā dn̄i q̄ erat usqꝫ in
illa die ī agro iosue bethsamitis. Percussit
autē dn̄s de uiris bethsamitibꝰ eo q̄ uidis
sent arcā dn̄i: ⁊ ꝑcussit ō pp̄lo septuaginta
uiros: q̄nq̄gīta milia plebis. Luxitqꝫ pp̄ls:
eo q̄ dn̄s ꝑcussisset plebē plaga magna. Et
dixerūt uiri bethsamite: Quis poterit stare ī
ꝯspectu dn̄i dei sci huiꝰ? Et ad quē ascēdet
a nob̄? Miserūtqꝫ nūcios ad habitatores
cariathiarim dicētes: Reduxerūt philistijm
arcā dn̄i: descēdite ⁊ reducite eā ad uos.

VII.

Venerūt ergo uiri cariathiariꝫ ⁊ redu
xerunt arcā domini: ⁊ intulerunt eā ī
domū aminadab ī gabaa. Eleaçarū autem
filiū eius scificauerūt: ut custodiret arcam
dn̄i. Et factū ē ex qua die mansit arca dn̄i
ī cariathiari: multiplicati sūt dies. Erat q̄p
pe iā annus uicesimꝰ. Et requieuit oīs domꝰ
isrl̄ pꝰ dn̄m. Ait autē samuel ad uniuersaꝫ
domū isrl̄ dicēs: Si ī toto corde ur̄o reuer
timini ad dn̄m: auferte deos alienos de me
dio ur̄i: baalim ⁊ astaroth: ⁊ p̄parate cōda
uestra dn̄o: ⁊ seruite ei soli: et eruet uos ō
manu philistijm. Abstulerūt ḡ filij isrl̄ baa
lim ⁊ astaroth: ⁊ seruierūt dn̄o soli. Dixit
autē samuel: Cōgregate vniuersū isrl̄ ī mas
phat ut orē ꝓ uob̄ dn̄m. Et cōuenerunt in
masphat. Hauserūtqꝫ aquā ⁊ effuderūt in
ꝯspectu dn̄i: ⁊ ieiunauerūt ī die illa atqꝫ di
xerūt: Tibi peccauimꝰ dn̄e. Judicauitqꝫ sa
muel filios isrl̄ ī masphat. Et audierūt phi
listijm q̄ ꝯgregati eēnt filij isrl̄ in masphat:
⁊ ascenderunt satrape philistinoꝝ ad isrl̄.
Qđ cū audissent filij isrl̄: timuerūt a facie
philistinorū. Dixerūtqꝫ ad samuelē: Ne ces
ses ꝓ nobis clamare ad dn̄m deū nostrū: ut
saluet nos de manu philistinorū. Tulit āt
samuel agnū lactātē unū: ⁊ obtulit illū ho
locaustū integꝝ dn̄o. Et clamauit samuel
ad dn̄m ꝓ isrl̄: ⁊ exaudiuit eū dn̄s. Factum
ē autē cū samuel offerret holocaustū dn̄o:
philistijm inire p̄liū ꝯtra isrl̄. Intonuit āt
dn̄s fragore magno ī die illa sup philistijm
⁊ exterruit eos: ⁊ cesi st̄ a filijs isrl̄. Egressiqꝫ
filij isrl̄ de masphat ꝑsecuti sūt philisteos: ⁊
ꝑcusserūt eos usqꝫ ad locū q̄ erat subt̄ beth
char. Tulit autē samuel lapidē unū ⁊ posu
it eū int̄ masphat ⁊ int̄ sen: ⁊ uocauit nomē
loci illiꝰ: lapis adiutorij. Dixitqꝫ: Hucusqꝫ
auxiliatꝰ ē nob̄ dn̄s. Et hūiliati st̄ philistijꝫ
nec apposuerūt ultra, vt venirēt ī terminos
isrl̄. Facta ē itaqꝫ manus dn̄i sup philisteos
cūctis diebꝰ samuelis: ⁊ reddite sunt urbes
q̄s tulerāt philistijm ab isrl̄ israeli: ab acha
ron usqꝫ geth ⁊ terminos suos. Liberauit
qꝫ isrl̄ de manu philistinorū: eratqꝫ pax int̄
isrl̄ ⁊ āmorreū. Judicabat q̄ꝫ samuel israel
cūctis diebꝰ uite sue: ⁊ ibat per singlos an
nos circuiens bethel ⁊ galgala ⁊ masphat
⁊ iudicabat israelē ī supradictis locis. Re
uertebaturqꝫ in ramatha: ibi.n. erat domꝰ
eius: ⁊ ibi iudicabat israelem. Edificauit
etiam ibi altare dn̄o.

VIII.

Factū ē autē: cū senuisset samuel: po
suit filios suos iudices in isrl̄. Fuitqꝫ
nomē filij eius primogeniti iohel: ⁊ nomen
secundi abia: iudicū in bersabee. Et nō am
bulauerunt filij illiꝰ in uijs eius: sꝫ declina
uerūt pꝰ auaritiā: acceperūtqꝫ munera ⁊ ꝑ
uerterūt iudiciū. Congregati ḡ uniuersi ma
iores natu isrl̄: uenerūt ad samuelē ī rama
tha: dixerūtqꝫ ei: Ecce tu senuisti ⁊ filij tui
nō ābulāt ī vijs tuis. Cōstitue nob̄ regē: ut
iudicet nos: sicut ⁊ uniuerse hn̄t nationes.
Displicuitqꝫ sermo ī oculis samuelis: eo q̄
dixissēt: da nob̄ regē ut iudicet nos. Et ora
uit samuel ad dn̄m. Dixit aūt dn̄s ad samu
elē: Audi uocē pp̄li ī oībꝰ q̄ loquūt̄ tibi. Nō
n. te abiecerūt sꝫ me: ne regnē sup eos. Juxta
oīa opa sua q̄ fecerūt a die q̄ eduxi eos ō egy
pto usqꝫ ad diē hāc: sicut ōreliq̄rūt me ⁊ s̄
uierūt dijs alienis: sic faciūt ēt tibi. Nūc ḡ
uocē eoꝝ audi. Uerūtn̄ ꝯtestaī eos: ⁊ p̄dic
eis ius regis q̄ regnaturus ē sup eos. Dixit
itaqꝫ samuel oīa v̄ba dn̄i ad pp̄lꝫ q̄ petierāt
a se regē: ⁊ ait: Hoc erit ius regis q̄ iperatu
rus ē uob̄. Filios ur̄os tollet ⁊ ponet ī curri
bus suis: facietqꝫ sibi eq̄tes ⁊ ꝓcursores q̄
drigaꝝ suaꝝ: ⁊ ꝯstituet sibi tribunos ⁊ cen
turiones: ⁊ aratores agroꝝ suoꝝ: ⁊ messo
res segetū: ⁊ fabros armoꝝ ⁊ curruū suoꝝ.
Filias q̄ꝫ ur̄as faciet sibi unguētarias ⁊ foca
rias ⁊ panificas. Agros q̄ꝫ ur̄os ⁊ uineas ⁊
oliueta optīa tollet: ⁊ dabit seruis suis. Sꝫ
⁊ segetes uestras ⁊ uineaꝝ redditus adde
cimabit: ut det eunuchis ⁊ famulis suis.
Seruos etiā uestros ⁊ ancillas ⁊ iuuenes
optimos ⁊ asinos auferet: ⁊ ponet ī ope suo.
Greges q̄ꝫ ur̄os addecimabit: uosqꝫ eritis ei
s̄ui. Et clamabitis in die illa a facie regis ur̄i

quē elegistis nob̄:⁊ nō exaudiet uos dn̄s in die illa:q̄a petistis nob̄ regē. Noluit āt populus audire uocē samuelis:ſʒ dixerūt: Ne q̄q̄. Rex.n.erit sup nos:⁊ erim⁹ nos q̄ȝ sicut oēs gētes:⁊ iudicabit nos rex n̄r:⁊ egrediet añ nos:⁊ pugnabit bella n̄ra p̄ nob̄. Et audiuit samuel oīa v̄ba ppl̄i: ⁊ locut⁹ ē ea i aurib⁹ dn̄i. Dixit aūt dn̄s ad samuelē: Audi uocē eoꝝ:⁊ constitue sup eos regē. Et ait samuel ad uiros israel: Uadat unusquisq̄ȝ in ciuitatem suam.

IX

ET erat uir de beniamin noīe Cis fili⁹ abiel:filij seor:filij bechor:filij sareth filij aphia:filij uiri gemini fōtis robore. Et erat ei filius uocabulo saul electus ⁊ bon⁹: ⁊ non erat uir de filijs isrl̄ melior illo. Ab humero ⁊ sursū eminebat super oēm populū. Perierāt aūt asine cis patris saul. Et dixit cis ad saul filiū suū. Tolle tecū unū de pueris:⁊ ꝯsurgēs uade ⁊ q̄re asinas. Qui cū trāsissent p̄ montē effraim ⁊ p̄ trā salisa ⁊ nō iuenissent:trāsierūt etiā p̄ trā salim:et nō erāt:ſʒ ⁊ p̄ trā gemini:⁊ minime repperērūt. Cū aūt uenissent in terrā suph:dixit saul ad pueꝝ q̄ erat cū eo: Uēi ⁊ reuertamur: ne forte dimiserit pr̄ me⁹ asinas ⁊ sollicitus sit p̄ nob̄. Qui ait ei: Ecce uir dei ē in ciuitate hac uir nobil̄:oē q̄d loq̄t:sine ambiguitate uenit. Nūc ḡ eam⁹ illuc:si forte idicet nobis de uia n̄ra ,ppter quā venim⁹. Dixitq̄ȝ saul ad pueꝝ suū: Ecce ibim⁹. Quid ferem⁹ ad uirū dei: Panis defecit i sitarcijs n̄ris:⁊ sportulā nō habem⁹ ut dem⁹ hōi dei nec q̄cq̄ aliud. Rursū puer r̄ndit sauli:⁊ ait: Ecce iuenta ē i manu mea q̄rta pars stateri argēti:demus hōi dei:ut idicet nob̄ uiā nostrā. Olim in isrl̄ sic loquebat vnusq̄sq̄ȝ: uadēs ꝯsulere deū. Uenite ⁊ eam⁹ ad vidētē. Qui n.,ppheta dr̄ hodie:uocabat oliʒ uidēs. Et dixit saul ad pueꝝ suū: Optim⁹ sermo tu⁹. Uēi eam⁹. Et ierūt i ciuitatē i q̄ erat uir dei. Cūq̄ȝ ascenderēt cliuū ciuitatis inuenerūt puellas egrediētes ad hauriēdā aquā: ⁊ dixerunt eis: Nū hic ē uidens: Que r̄ndētes dixerūt illis: Hic ē. Ecce ante te. Festina nc̄. Hodie.n.uenit in ciuitatē: q̄a sacrificiū est hodie ppl̄i i excelso. Ingrediētes urbē stati iuenietis eū:añq̄ ascēdat excelsū ad uescendū. Neq̄ȝ.n.comessur⁹ ē ppl̄us dōec ille ueniat:q̄a ip̄e b̄ndicet hostie:⁊ deīceps comedēt q̄ vocati s̄t. Nūc ḡ ꝯscēdite: quia hodie reperietis eū. Et ascēderūt i ciuitatē. Cūq̄ȝ ambularent in medio urbis:apppareuit samuel egrediēs obuiā eis: ut ascēdēt i excelsū. Dn̄s autē reuelauerat auriculā samuel̄ ante unā diē q̄ ueniret saul dicēs: Hac ipsa hora q̄ nūc ē:cras mittā uirū ad te de terra beniamin:⁊ vnges eū ducē super populum meū isrl̄. Et saluabit ppl̄m meū d̄ māu philistinoꝝ:q̄a respexi ppl̄m meū. Uenit.n.clamō eoꝝ ad me. Cūq̄ȝ aspexisset samuel saulē:dn̄s dixit ei: Ecce uir quē dixerā tibi. Iste dn̄abit ppl̄o meo. Accessit autē saul ad samuelē in medio porte:⁊ ait: Indica oro mihi:ubi ē dom⁹ uidētis: Et r̄ndit samuel sauli dicēs: Ego sū uidēs. Ascēde ante me i excelsū ut comedas mecū hodie: ⁊ dimittā te mane:⁊ oīa q̄ sūt i corde tuo indicabo tibi. Et de asinis q̄s nudiustertī⁹ p̄didisti ne sollicitus sis:q̄a iuēte sūt. Et cui⁹ erūt optia q̄cq̄ȝ isrl̄: Nōne tibi ⁊ oī domui pr̄is tui: R̄ndēs āt saul ait: Nūq̄d nō sū fili⁹ gemini:ego suʒ de miīma tribu isrl̄:⁊ cognatio mea nouissima inter oēs familias de tribu beniamin: Quare ḡ locut⁹ es mihi ſmonē istū: Assumens itaq̄ȝ samuel saulē ⁊ puerū ei⁹:itroduxit eos in tricliniū:⁊ dedit eis locū i capite eoꝝ q̄ fuerāt iuitati. Erāt.n.q̄i trigita uiri. Dixitq̄ȝ samuel coco: Da ptē quā dedi tibi: ⁊ p̄cepi ut reponeres seorsū apud te. Leuauit aūt cocus armū:⁊ posuit añ saul. Dixitq̄ȝ samuel: Ecce q̄d remāsit:pōe añ te ⁊ cōede:q̄a d̄ idustria ſuatū ē tibi q̄n populū uocaui. Et comedit saul cū samuele i die illa. Et descenderūt de excelso in oppidū:⁊ locutus ē cū saule i solario:strauitq̄ȝ saul i solario ⁊ dormiuit. Cūq̄ȝ mane surrexissēt ⁊ iā dies lucescēt:vocauit samuel saulē i solario dicēs: Surge ut dimittā te. Et surrexit saul Egressiq̄ȝ s̄t ābo:ip̄e uideli ⁊ samuel. Cūq̄ȝ descēderēt i extrema p̄te ciuitatis: samuel dixit ad saul: Dic puero ut añcedat nos et transeat. Tu autem subsiste paulisper: ut indicem tibi uerbum domini.

X

TUlit autē samuel lenticulā olei:⁊ effudit sup caput eius: ⁊ deosculatus est eū:⁊ ait: Ecce vnxit te dn̄s super hereditatē suā in principē:⁊ liberabis populū suuʒ de manibus inimicoꝝ eius q̄ i circuitu ei⁹ sūt. Et hoc tibi signū:q̄a unxit te dn̄s i p̄ncipē. Cūq̄ȝ abieris hodie a me:iuenies duos viros iuxta sepulchrū rachel in finib⁹ bēiami

ĩ meridie dicẽtq; tibi: Inuente sũt asine ad
q̃s ieras ꝑquirẽdas: ⁊ itermissis pr̃ tuus asi
nis sollicit⁹ ẽ pro vob: ⁊ dicit: Quid faciã ď
filio meo? Cũq; abieris ĩde: ⁊ ultra trãsierĩ
⁊ venerĩ ad quercũ thabor: ĩuenient te tres vi
ri ascẽdẽtes ad deũ ĩ bethel: vnus portans
Et factū ē cū audisset hec v̄ba iudith uidua: q̄ erat filia merari filii idox filii ioseph filii ozie filii elai filii iamnor filii gedeon filii rafoiz filii achitob filii melchie filii enam filii nathanie filii salathiel filii simeon filii ruben: ꝛ vir eius fuit manasses: q̄ mortu⁹ ē i dieb⁹ messis ordeacee: istabat.n. sup alligātes māipulos i cāpo: ꝛ uenit estus super caput eius: ꝛ mortu⁹ ē in bethulia ciuitate sua: ꝛ sepult⁹ ē illic cū p̄rib⁹ suis. Erat aūt iudith relicta ei⁹ uidua iā annis tribus ꝛ mēsib⁹ sex. Et i supiorib⁹ dom⁹ sue fecit sibi secretum cubiculū: i q̄ cum puellis suis clausa morabat': ꝛ hn̄s sup lūbos suos ciliciū: ieiunabat ōib⁹ dieb⁹ uite sue: p̄t sabbata ꝛ neomenias ꝛ festa dom⁹ isrl'. Erat autē eleganti aspectu nimis: cui uir su⁹ reliq̄rat diuitias multas ꝛ familiā copiosam: ac possessiones armentis boū ꝛ gregib⁹ ouiū plenas. Et erat hec i ōib⁹ fāosissima: qm̄ timebat dn̄m ualde: nec erat q̄ loq̄retur de illa v̄bū malū. Hec itaq; cū audisset: qm̄ ozias p̄misisset: q̄ transacto q̄nto die traderet ciuitatez: misit ad p̄sbyteros chabri ꝛ charmi. Et uenerūt ad illā ꝛ dixit illis: Qd̄ ē hoc verbū i quo cōsēsit ozias: ut tradat ciuitatē assyriis: si itra q̄nq; dies nō uenerit uob' adiutoriū? Et q̄ estis uos q̄ tētatis dn̄m? Nō est iste sermo q̄ miaz ꝓuocet: sz poti⁹ q̄ irā excitet: ꝛ furorē accēdat. Posuistis uos temp⁹

miseratiōis dn̄i: ⁊ i arbitriū uīm diē ꝯstitui stis ei. Sȝ q: patiēs dn̄s ē: i hoc ipso penite amus: ⁊ idulgētiā eı᷒ fusis lachrymis po- stulem᷒. Nō.n. q̄si hō de᷒ sic comminabit: ne qȝ sicut fili᷒ hōis ad iracūdiā iflāmabit. Et iō hūliem᷒ illi aīas nr̄as: ⁊ i sp̄u ꝯstituti hu miliato fuiētes illi: dicam᷒ flētes dn̄o: ut fȝ uoluntatē suā sic faciat nobiscū cito miaȝ suā: ut sicut cōturbatū ē cor nr̄m in supbia eoꝝ: ita ēt de nr̄a humilitate gl̄iemur: qm̄ n̄ sumus secuti pcc̄a pr̄m nr̄oꝝ q̄ dereliq̄runt deū suū ⁊ adorauerūt deos alienos: p q̄ sce lere dati sūt i gladiū ⁊ i rapinā ⁊ i cōfusionē iīmicis suis. Nos aūt alteꝝ deū nescim᷒ p̄t ipsū. Expectem᷒ hūiles cōsolationē eı᷒: ⁊ ex q̄ret sanguinē nr̄m de afflictiōib᷒ iīmicoruȝ nr̄oꝝ: ⁊ humiliabit ōes gētes q̄cūqȝ isurgūt ꝯtra nos: ⁊ faciet illas sine honore dn̄s de᷒ nr̄. Et nūc fr̄es qm̄ uos q̄ estı̄ p̄sbyteri i pp̄lo dei: ⁊ ex uobis pēdet aīa illoꝝ ad eloq̄ū v̄rȝ corda eoꝝ erigite: ut mēores sint: q: tētati sūt p̄res nr̄i: ut ꝓbarēt si v̄e colerēt deuȝ su- um. Memores eē debent: quō p̄r nr̄ abraā tētat᷒ ē: ⁊ p multas tribulatiōes probatus dei amicus effect᷒ ē. Sic isaac sic iacob sic moyses: ⁊ ōes q̄ placuerūt deo: p multas t̄- bulationes transierūt fideles. Illi āt q̄ tēta- tiones nō susceperūt cū timore dn̄i: ⁊ ipati ētiā suā ⁊ iproperiū murmurationis sue ꝯ- tra dn̄ȝ ꝓtulerūt: extminati sūt ab extminatore: ⁊ a serpentib᷒ perierūt. Et nos g̊ nō ulcisca mur nos ꝓ his q̄ patimur: sȝ reputātes pec catı̄ nr̄is hec ipsa supplicia miora eē flagel- la dn̄i: q̄si fui q̄ corripimur ad ēmdationē ⁊ nō ad pditiōeȝ nr̄am euenisse credamus. Et dixerūt illi ozias ⁊ p̄sbyt̄i: Oīa q̄ locuta es v̄a sūt: ⁊ nō ē in fmōib᷒ tuis vlla rep̄hen sio. Nūc g̊ ora ꝓ nobis: qm̄ mulier sc̄a es: ⁊ timēs deū. Et dixit illis iudith: Sic qd̄ po- tui loq̄ dei eē cog̊scitı̄: ita qd̄ facē disposui ꝓ bate si ex deo ē: ⁊ orate ut firmū faciat de᷒ ꝯsiliū meū. Stabitı̄ vos ad pōtā nocte ista: ⁊ ego exeā cū abra mea: ⁊ orate ut sicut di- xistis i diebus q̄nqȝ respiciat dn̄s pp̄lm suū isrl̄. Uos āt nolo: ut scrutemini actū meū: ⁊ usqȝ dū inūciē uob̄: nihil aliud fiat nisi orō ꝓ me ad dn̄m deū nr̄m. Et dixit ad eā ozias princeps iude: Uade i pace: ⁊ dn̄s sit tecum in ultioneȝ inimicoꝝ nr̄oꝝ. Et reuertentes abierunt.

C.IX.

Quibus ascendentib᷒ iudith ingressa ē oratoriū suū: ⁊ induens se cilicio po- suit cinerē sup caput suū: ⁊ prosternēs se dn̄o mino clamabat ad dn̄m dicens: Dn̄e deus p̄ris mei simeon: q̄ dedisti illi gladiū in defē sionē alienigenaꝝ q̄ uiolatores extiterūt in coinq̄natiōe sua: ⁊ denudauerūt femur vir ginis i ꝯfusionē: ⁊ dedisti mulieres illorū i p̄dā ⁊ filias illoꝝ i captiuitatē: ⁊ ōem p̄daȝ i diuisionē fuis tuis qui zelauerūt zelū tuū: subueni q̄so te dn̄e deus me᷒ mihi uidue. Tu.n. fecisti priora: ⁊ illa p᷒ illa cogitasti: ⁊ hoc factū ē: qd̄ ipse uoluisti. Oēs.n. uie tue parate sūt: ⁊ tua iudicia i tua ꝓuidētia po- suisti. Respice castra assyriorū nūc: sic tunc castra egyptioꝝ uidē dignat᷒ es: qn̄ p᷒ fuos tuos armati currebāt: cōfidētes i q̄drigı̄ ⁊ i equitatu suo ⁊ in mltitudine bellatoꝝ. Sȝ aspexisti sup castra eoꝝ: ⁊ tenebre fatigaue- rūt eos. Tenuit pedes eoꝝ abyssus: ⁊ aque operuerūt eos. Sic fiāt ⁊ isti dn̄e qui ꝯfidūt i mltitudie sua: ⁊ i currib᷒ suis ⁊ in cōtı̄ ⁊ in sagittı̄ suis ⁊ in lāceis gl̄iāt: ⁊ nesciunt q: tu ipse es de᷒ nr̄: qui ꝯterı̄ bella ab iītio: ⁊ dn̄s nomē est t̄. Erige brachiū tuū sicut ab iītio ⁊ allide v̄tutē eoꝝ i v̄tute tua. Cadat v̄tus e oꝝ i iracūdia tua: q̄ ꝓmittunt se uiolare sc̄a tua: ⁊ polluē tab̄naculuȝ nōis tui: ⁊ deijcere gladio suo cornu altarı̄ tui. Fac dn̄e: ut gla dio ꝓp̄o eı᷒ supbia āputet. Capiat laq̄o ocu loꝝ suoꝝ i me: ⁊ pcuties eū ex labijs carita tis mee. Da mihi i aīo cōstātiā: ut cōtēnaȝ illū: ⁊ v̄tutē ut evtā illū. Erit.n. hoc mēoꝛi ale nōis tui: cū manus femine deiecerit eū. Nō.n. i mltitudine ē v̄t᷒ tua dn̄e: neqȝ i eq̄- rū uirib᷒ uolūtas tua. Nec supbi ab initio placuerūt tibi: sȝ hūliū ⁊ mansuetorū sēp t̄ placuit dep̄catio. De᷒ celorū creator aq̄rum ⁊ dn̄s toti᷒ creature exaudi me miserā dep̄ cantē ⁊ de tua mia p̄sumētē. Memēto dn̄e testamenti tui: ⁊ da v̄bū i ore meo: ⁊ i cord̄ meo cōsiliū corrobora: ut dom᷒ tua i sācti- ficatione pmaneat: ⁊ ōes gentes agnoscant q: tu es de᷒: ⁊ nō ē ali᷒ preter te.

C.X.

Factū ē āt cū cessasset clamare ad dn̄ȝ: surrexit de loco: i q̄ iacuerat prostrata ad dn̄m. Uocauitqȝ abrā suā: ⁊ descēdens i domū suā abstulit a se ciliciū: ⁊ exuit se ue- stimentis uiduitatis sue. Et lauit corp᷒ su- um: ⁊ unxit se myrto optimo: ⁊ discrimia uit crinem capitis sui: ⁊ imposuit mitram super caput suum: ⁊ iduit se uestimentis io cūditatis sue. Induitqȝ sādalia pedib᷒ suis

assūpsitq3 dextrariola ꝛ lilia ꝛ iaures ꝛ an-
nulos: ꝛ oīb⁹ ornamētis suis ōnauit se. Cui ēt
dn̄s cōtulit splēdorē: qm̄ oīs ista cōpositio
nō ex libidine: sz ex uirtute pēdebat. Et iō
dn̄s hāc i illā pulchritudinē āpliauit: ut icō
parabili decore oīuz oculis appareret. Im-
posuit itaq3 abre sue ascopā uini ꝛ vas olei
ꝛ polentā ꝛ lapates ꝛ pāes ꝛ caseū: ꝛ ꝓfecta
ē. Cūq3 uenissent ad portas ciuitatis: iuene
rūt expectātē oziā ꝛ p̄sbytos ciuitatꝭ. Qui
cū uidissēt eā: stupētes mirati sūt nimis pl-
chritudinē ei⁹. Nihil tn̄ iterrogātes eaz: di-
miserūt trāsire dicētes: De⁹ p̄im n̄roꝝ det ē
grām: ꝛ ōe cōsiliū tui cordis sua uirtute cō-
roboret: ꝛ glieť sup te irl'm: ꝛ sit nomē tuuz
i numero sc̄oꝝ ꝛ iustoꝝ. Et dixerūt hi qui
illic erāt: ōes una uoce: fiat fiat. Judith vo
orās dn̄z: trāsiuit ꝑ portas ipsa ꝛ abra ei⁹.
Fc̄z ē āt cū descēdēt mōtē circa ortū diei: oc
currerūt ei exploratores assirioꝝ: ꝛ tenueřt
eā dicētes: Un̄ uenis aut q̊ uadis? Que res-
pondit filia sum hebreorum. Iō ego fugi a
facie eoꝝ: qm̄ futuꝝ agnoui: ꝙ dent uobis
in dep̄dationē: ꝓ eo ꝙ cōtēnentes uos nolu
erūt tradē seipsos: ut iuenirent miam in cō
spectu u̇ro. Hac de cā cogitaui mecū dicēs:
Uadā ad faciē principis holofernis: ut idi
cē illi secreta illoꝝ: ꝛ oñdā illi q̊ aditu pos-
sit obtinere eos: ita ut nō cadat uir un⁹ ō ex
ercitu ei⁹. Et cum audissent uiri illi uerba e
ius: considerabant faciē eius: ꝛ erat in ocul'
eoꝝ stupor: qm̄ pulchritudinē ei⁹ mirabāť
nimis. Et dixerūt ad eā: Cōśuasti aīaz tuā:
eo ꝙ tale repperisti cōsiliū: ut ōscēderes ad
dn̄z n̄z. Hoc aūt scias: qm̄ cū steteris i con
spectu ei⁹ bn̄ t' faciet: ꝛ eri gratissima i corō
ei⁹. Duxerūtq3 illā ad tabnacl'z holofernis
nūciātes eā. Cūq3 intrasset an̄ faciē ei⁹: stati
capť ē i suis oculis holofernes. Dixerūtq3
ad eū satellites ei⁹: Quis cōtēnat ppl'm he-
breoꝝ: q̄ tā decoras mulieres hn̄t: ut nō ꝓ
his merito pugnare ꝯtra eos debeam⁹? Ui
dēs itaq3 iudith holofernē sedētē i conope-
o: qd̄ era ex purpura ꝛ auro ꝛ smeragdo et
lapidib⁹ p̄ciosis itextū: ꝛ cū i faciē ei⁹ itēdis-
set adorauit eū ꝓsternēs se sup trā: ꝛ eleua-
ueřt eā serui holofernis iubēte dn̄o suo. .XI.

Tunc holofernes dixit ei: Equo aīo e-
sto ꝛ noli pauere i corde tuo: qm̄ ego
nunq̄ nocui uirū qui uoluit seruire nabu-
chodonosor regi. Pp̄lus aūt tu⁹ si non cō-
tēpsisset me: nō alleuassē lācea mea sup eū.
Nūc aūt dic mihi q̄ ex cā recessisti ab illꝭ: et
placuit tibi ut uenires ad nos. Et dixit illi
iudith: Sume u̇ba ācille tue: qm̄ si secut⁹ fu
eris u̇ba ācille tue: ꝑfectā rē faciet dn̄s tecuz.
Uiuit. n. nabuchodonosō rex terre: ꝛ uiuit
uirt⁹ eius q̄ ē i te ad correptionē ōnium aīa
rū errātiū: qm̄ nō solū hoīes seruiēt illi ꝑ te:
sz ꝛ bestie agri obtēperāt illi. Nunciat. n. aī
tui idustria uniuersis gētib⁹: ꝛ indicatū ē oī
seculo: qm̄ tu sol⁹ bon⁹ ꝛ potēs es i ōni re
gno eius: ꝛ disciplina tua ōnibus ꝓuincijs
p̄dicať. Nec hoc latet qd̄ locut⁹ ē achior: nec
illud igrať qd̄ ei iusseris euenire. Cōstat. n.
deū n̄rm sic pc̄cis offēsū: ut mandauerit pꝯ
ꝓphetas suos ad ppl'z: ꝙ tradat eū ꝓ pc̄cis
suis. Et qm̄ sciūt se offēdisse deum suū filij
isrl': tremor tu⁹ sup ipsos ē. Insup ēt fames
iuasit eos: ꝛ ab ariditate aq̄ iā int' mortuos
cōputāť. Dēiq3 hoc ordināt: ut iťficiāt peco
ra sua ꝛ bibāt sāguinē eoꝝ ꝛ sc̄a dn̄i sui que
p̄cepit de⁹ n̄ cōtingi: i frumēto uino ꝛ oleo.
hec cogitauerūt ipēdere: ꝛ uolūt cōsumere
q̄ nec manib⁹ debēnt ꝯtigē. Ergo qm̄ hec fa
ciūt: certū ē ꝙ i ꝑditionē dabūť. Qd̄ ego an
cilla tua cognoscēs fugi ab illis: ꝛ misit me
dn̄s hec ipsa nūciare tibi. Ego. n. ācilla tua
deū colo etiaz nc̄ apud te: ꝛ exiet ācilla tua
ꝛ orabo deū: ꝛ dicet mihi: qn̄ eis ēddat pec-
catū suū: ꝛ ueniēs nunciabo tibi: ita ut ego
adducā te ꝑ mediā irl'm. Et habebis omnē
ppl'm isrl' sicut oues qb⁹ nō ē pastor: ꝛ nō la
trabit ul' un⁹ canis ꝯtra te: qm̄ hec mihi dic
ta sūt ꝑ ꝓuidētiā dei. Et qm̄ irat⁹ ē illis de⁹:
hec ipsa missa sū nūciare tibi. Placueřūt āt
oīa u̇ba hec corā holoferne ꝛ corā pueris
ei⁹: ꝛ mirabāť ad sapiam ei⁹: ꝛ dicebāt alter
ad alteꝝ. Nō ē talis mulier sup trā i aspec-
tu i pulchritudie ꝛ i sēsu u̇boꝝ. Et dixit ad
illā holofernes: Bn̄fecit de⁹ q̄ misit te ante
ppl'm: ut des illū tu i manibus n̄ris. Et qm̄
bona ē ꝓmissio tua: si fecerit mihi hoc deus
tuus: erit ꝛ de⁹ me⁹: ꝛ tu i domo nabucho-
donosor magna eris: ꝛ nomē tuum noiabi
tur in uniuersa terra. .XII.

Tunc iussit eā introire: ubi repositi e-
rant thesauri ei⁹: ꝛ iussit illic manēe e-
az: ꝛ ꝯstituit qd̄ dareť illi de conuiuio suo.
Cui rn̄dit iudith ꝛ dixit: Nūc n̄ potero mā
ducare ex his que mihi precipis tribui: ne
ueniat sup me offēsio. Ex his autez q̄ mihi

ꝯtuli manducabo. Cui holofernes ait: Si
defecerit tibi ista q̃ tecū ꝯtulisti: qd faciem⁹
tibi? Et dixit iudith: Uiuit aīa tua dn̄e me-
us: qm̄ nō expendet oīa hec ācilla tua: donec
faciat de⁹ ī manu mea hec q̄ cogitaui. Et in
duxerūt illā fui ei⁹ ī tabnaculū q̄ pcepat: ꝛ pe
tijt dū introiret: ut daretur ei copia nocte ꝛ
an̄ lucē egrediēdi foras ad orōnē: ꝛ depcan
di dn̄um. Et precepit cubicularijs suis: ut
sic placēt illi exiret ꝛ ītroiret ad adorādum
deū suū p triduū. Et exibat noctib⁹ ī uallez
bethulie: ꝛ baptizabat se in fonte aq̄. Et ut
ascēdebat: orabat dn̄z deū isrl̄ ut dirigēt vi
az ei⁹ ad libationē ppl̄i sui. Et ītroiēs mun
da manebat ī tabnaculo: usqȝdū accipēt es
cā suā ī uesperū. Et factū ē: q̄rto die holofer
nes fecit cenā fuis suis: ꝛ dixit ad vagao eu
nuchū: Uade ꝛ suade hebreā illā ut sponte
ꝯsentiat hitare mecū. Fedū ē. n. apd̄ assyri-
os: si femia irrideat uiꝝ agēdo: ut īmunis
ab eo trāseat. Tūc ītroiuit uagao ad iudith
ꝛ dixit: Nō uereat̄ bona puella introire ad
dn̄m meū: ut honorificet an̄ faciē ei⁹: ꝛ mā-
ducet cū eo ꝛ bibat uinū ī iocunditate. Cui
iudith rn̄dit: Que ego sū: ut ꝯtradicā dn̄o
meo? Oē qd̄ erit an̄ oculos ei⁹ bonū ꝛ opti-
mū: faciā. Quicqd āt illi placuerit: hoc mi-
hi erit optimū oīb⁹ dieb⁹ uite mee. Et surre
xit ꝛ ornauit se uestimēto suo: ꝛ igressa ste-
tit an̄ faciē ei⁹. Cor aūt holofernis cōcussū
ē. erat. n. ardēs ī ꝯcupia ei⁹. Et dixit ad eaz
holofernes: Bibe nūc ꝛ accūbe ī iocūdita-
te: qm̄ inuenisti grām coraz me. Et dixit iu-
dith: Bibā dn̄e: qm̄ magnificata ē aīa mea
hodie pre oīb⁹ dieb⁹ meis. Et accepit ꝛ mā
ducauit ꝛ bibit corā ipso: ea q̄ parauerat il
li ācilla ei⁹. Et iocūdus fact⁹ est holofernes
ad eā: bibitq̄ȝ uinū multū nimis quātū nū-
q̄ biberat in uita sua.

.XIII.

Et aūt sero fcm̄ ē: festinauerūt fui illi-
us ad hospitia sua: ꝛ cōclusit uagao
hostia cubilis ꝛ abijt. Erāt aūt oēs fatigati
a vino. Eratq̄ȝ iudith sola ī cubicl̄o. Porro
holofernes iacebat ī lecto nimia ebrietate
sopit⁹. Dixitq̄ȝ iudith puelle sue: ut staret fo
rl̄ an̄ cubiculū ꝛ obfuaret. Stetitq̄ȝ iudith
an̄ lectū: orās cū lachrymis ꝛ labioꝝ mo-
tu ī silentio dicēs: Cōfirma me dn̄e de⁹ isrl̄:
ꝛ respice ī hac hora ad opa manuū meaꝝ:
ut sicut ꝑmisisti irl̄m ciuitatē tuā erigas: ꝛ
hoc qd̄ credēs ꝑ te posse fieri cogitaui ꝑfi-
ciā. Et cū hec dixisset: accessit ad colūnā q̄ e
rat ad caput lectuli ei⁹: ꝛ pugionē ei⁹: q̄ ī ca
ligat⁹ pēdebat exoluit. Cūq̄ȝ euagiasset il-
lū: apphēdit comā capit ei⁹: ꝛ ait: Cōfirma
me dn̄e de⁹ ī hac hora. Et ꝑcussit bis ī cer-
uicē ei⁹: ꝛ abscidit caput ei⁹: ꝛ abstulit cono
peū ei⁹ a colūnis: ꝛ euoluit corp⁹ ei⁹ trūcū.
Et p⁹ pusillū exiuit ꝛ tradidit caput holo-
fernis ācille sue: ꝛ iussit ut mittēt illd̄ in pe-
rā suā. Et exierūt due fm̄ cōsuetudinē su-
ā q̄si ad orōnē ꝛ trāsierūt castra: ꝛ gyrantes
uallē uenerūt ad portā ciuitatis. Et dixit
iudith a longe custodib⁹ muroꝝ: Apite pō
tas qm̄ nobiscū ē de⁹: q̄ fecit v̄tutē ī isrl̄. Et
fcz̄ ē cū audissēt uiri vocē ei⁹: vocauerūt p̄sby
tros ciuitatis. Et occurrerūt ad eā oēs a mi
nimo usq̄ȝ ad maximū: qm̄ speraūerūt eā iaz
nō eē uenturā. Et accēdētes luminaria ꝯgy
rauerūt circa eā vniuersi. Illa āt ascendēs ī
eminentiorē locū: iussit fieri silētiū. Cumq̄ȝ
oēs tacuissēt: dixit iudith: Laudate dn̄m d
uz nr̄m q̄ nō deseruit sperātes ī se: ꝛ in me ā
cillam suā adipleuit miam suā: quā ꝑmisit
domui isrl̄: ꝛ iterfecit ī māu mea hostē ppl̄i
sui in hac nocte. Et ꝓferens de pera caput
holofernis: ostēdit ill̄ dicēs: Ecce caput holo
fernis pricipis militie assyrioꝝ. Et ecce co-
nopeū illi⁹ ī q̄ recūbebat ī ebrietate sua: u-
bi ꝛ per manū femine ꝑcussit illū dn̄s deus
nr̄. Uiuit aūt ipse dn̄s: qm̄ custodiuit me ā-
gelus eius: ꝛ hinc euntē ꝛ ibi cōmorātem ꝛ
inde huc reuertētē: ꝛ nō ꝑmisit me dn̄s ācil
lā suā coinquinari: sȝ sine pollutiōe pc̄ci re
uocauit me uob̄: gaudētē ī uictoria sua: ī e-
uasione mea ī liberatione vr̄a. Confitemini
illi oēs qm̄ bonus qm̄ ī seculū mia ei⁹. Uni
uersi aūt adorātes dn̄m dixerūt ad eā: Bn̄-
dixit te dn̄s ī uirtute sua: q̄r ꝑ te ad nihiluz
redegit inimicos nr̄os. Porro ozias ꝑnceps
ppl̄i isrl̄ dixit ad eā: Benedicta es tu filia a
dn̄o deo excelso ꝑ̄ oīb⁹ mlīerib⁹ sup trā. Bn̄
dictus dn̄us q̄ creauit celū ꝛ trā: q̄ te dire-
xit in uulnera capitis pricipis īimicoꝝ nr̄o
rū: q̄r hodie nomē tuū ita magnificauit: ut
non recedat laus tua de ore hoīum: q̄ mēo-
res fuerint v̄tutis dn̄i in eternū: ꝓ quibus n̄
pepercisti aīe tue ꝓpter angustias ꝛ tribl̄a-
tionē generl̄ tui: sed sb̄uenisti ruie an̄ cōspec
tū dei nr̄i. Et dixit oīs ppl̄us: fiat fiat. Por-
ro achior uocat⁹ uenit. Et dixit ei iudith:
De⁹ isrl̄ cui tu testimōiuz dedisti: q̄ ulciscat̄
se de īimicl̄ suis: ipse caput oīum īcreduloꝝ

ĩcidit ĩ hac nocte ĩ mãu mea. Et ũt ꝓbes q₃
ita ẽ: ecce caput holofernis: q̃ in ꝯtẽptu ſup
bie ſue deũ iſrl̕ ꝯtẽpſit: ⁊ tibi ĩtitũ mĩabatur
dicẽs: cũ captꝰ fuerit ppl̕s iſrl̕: gladio pfora
ri ꝑcipiã latera tua. Uidẽs ãt achior caput
holofernis: anguſtiatꝰ p̃ pauore cecidit ĩ fa
ciẽ ſuã ſup t̃rã: ⁊ eſtuauit aĩa eiꝰ. Poſtea vo
q̃ reſũpto ſp̃u recreatꝰ ẽ: ꝓcidit ad pedes eiꝰ
⁊ adorauit eã ⁊ dixit: Bñdicta tu a deo tuo
ĩ oĩ tabernaculo iacob: qm̃ ĩ oĩ gẽte q̃ audie
rit nomẽ tuũ: magnificabit̃ ſuper te deus iſ
rael.

.XIIII.

Dixit aũt iudith ad oẽ₃ ppl̕m: Audite
me fr̃es. Suſpendite caput hoc ſuper
muros nr̃os: ⁊ erit cum exierit ſol: accipiat
unuſq̃ſq₃ arma ſua: ⁊ exite cũ ĩpetu: non ut
deſcẽdatis deorſũ ſ₃ q̃ſi ĩpetũ faciẽtes. Tũc
exploratores neceſſe erit ut fugiant ad pri
cipẽ ſuũ excitandũ ad pugnã. Cũq₃ duces e
oꝝ cõcurrerit ad tabernaculũ holofernis:
⁊ ĩuenerit eũ trũcũ ĩ ſuo ſãguine uolutatũ:
decidet ſup eos timor. Cũq₃ cognoueritis
fugẽ eos: ite pꝰ illos ſecuri: qm̃ dñs cõtẽt eos
ſub pedibꝰ ur̃is. Tũc achior uidẽs uirtute₃
quã fecit deus iſrl̕: relicto gẽtilitatꝭ ritu cre
didit deo: ⁊ circũcidit carnẽ ꝑputij ſui ⁊ ap
poſitꝰ ẽ ad ppl̕₃ iſrl̕: ⁊ oĩs ſucceſſio generꝭ eiꝰ
uſq₃ ĩ hodiernũ diẽ. Mox ãt ut ortꝰ ẽ dies
ſuſpẽdeꝛt ſup muros caput holofernis: ac
cepitq₃ unuſq̃ſq₃ uir arma ſua: ⁊ egreſſi ſt̃
cũ grãdi ſtrepitu ⁊ ululatu. Qḋ uidẽtes ex
ploratores: ad tabnaculũ holofernis cucur
reꝛt. Põro hi q̃ ĩ tabnaculo erãt: ueniẽtes ⁊
añ ĩgreſſũ cubiculi ꝑſtrepẽtes excitandi gr̃a
ĩq̃etitudinẽ arte moliebãt̃: ut ñ ab excitãtĩ
bꝰ ſ₃ a ſonãtibꝰ holofernes euigilaret. Nullꝰ
.n. audebat cubiculũ uirtutꝭ aſſyrioꝝ pulſã
do aut intrando apire. Sed cũ ueniſſẽt eiꝰ
duces ac tribuni ⁊ uniuerſi maiores exerci
tꝰ aſſyrioꝝ: dixerũt cubicularijs: Intrate ⁊
excitate illum: qm̃ egreſſi mures de cavnis
ſuis auſi ſũt prouocaꝛ nos ad p̃liũ. Tũc in
greſſus uagao cubiculũ eiꝰ ſtetit añ cortinã
⁊ plauſũ fecit manibꝰ ſuis: ſuſpicabat̃ .n. il
lũ cũ iudith dormire. Sed cũ nullũ motu₃
iacentis ſenſu auriũ capet: acceſſit ꝓximãs
ad cõtinã: ⁊ eleuãs eã: uidẽſq₃ cadauer abſ
q₃ capite holofernis ĩ ſuo ſanguine tabefac
tũ iacẽ ſuper terram: exclamauit uoce ma
gna cũ fletu: ⁊ ſcidit ueſtimẽta ſua: Et ĩgreſ
ſus tabernaculũ iudith nõ inuenit eam. Et
exiliuit foras ad ppl̕m ⁊ dixit: Una mulier
hebrea fecit confuſionem ĩ domo regis na
buchodonoſõ. Ecce .n. holofernes iacet ĩ t̃
ra: ⁊ caput eius nõ ẽ in illo. Qḋ dũ audiſ
ſent pricipes uirtutis aſſyrioꝝ: ſcideꝛt oẽs
ueſtimẽta ſua: ⁊ ĩtolerabilis timõ ⁊ tremor
cecidit ſuper eos: ⁊ turbati ſũt aĩ eoru₃ ual
de. Et factꝰ eſt clamor incomparabilis ĩ me
dio caſtrorum eorum.

.XV.

Cumq₃ oĩs exercitꝰ decollatũ holofer
nẽ audiſſet: fugit mẽs ⁊ cõſiliũ ab eis:
⁊ ſolo tremore ⁊ metu agitati fuge p̃ſidiu₃
ſumunt: ita ut nullꝰ loq̃ret̃ cũ ꝓximo ſuo: ſ₃
ĩclinato capite relictis oĩbꝰ euadere feſtina
nabãt hebreos: quos armatos ſup ſe uẽire
audierãt: fugiẽtes p uias cãpoꝝ ⁊ ſemitas
colliũ. Uidẽtes itaq₃ filij iſrl̕ fugiẽtes: ſecuti
ſunt illos: deſcẽderũtq₃ clangẽtes tubis: et
ululantes pꝰ ipſos. Et qm̃ aſſyrij non adu
nati ĩ fugã ibãt ꝑcipites: filij ãt iſrl̕ uno ag
mie pſequẽtes: debilitabãt oẽs q̃s inuenire
potuiſſẽt. Miſitq₃ ocias nũcios p oẽs ciui
tates ⁊ regiões iſrl̕. Oĩs itaq₃ regio: õniſq₃
urbs electã iuuẽtutẽ armatã miſit pꝰ eos: ⁊
pſecuti ſũt eos ĩ ore gladij q̊uſq₃ pueniret
ad extremitatẽ finiũ ſuoꝝ. Reliq̃ ãt q̃ erãt
ĩ bethulia: ingreſſi ſũt caſtra aſſyrioru: ⁊ p̃
dã quã fugiẽtes aſſyrij reliq̃rãt: abſtulerũt:
⁊ honuſtati ſũt ualde. Hi vo q̃ uictores reũ
ſi ſũt ad bethuliã: oĩa q̃ erãt illoꝝ abſtuleꝛt
ſecũ: ita ut nõ eẽt nũerꝰ ĩ pecoribꝰ in iumen
tis ⁊ uniuerſis mobilibꝰ eoꝝ: ut a minimo
uſq₃ ad magnũ oẽs diuites fierẽt depdano
nibꝰ eoꝝ. Joachim aũt ſũmꝰ põtifex de irl̕₃
uenit ĩ bethuliã cũ uniuerſis p̃ſbytis ſuis:
ut uidẽt iudith. Que cũ exiſſet ad illũ: bñ
dixerũt illã oẽs una uoce dicẽtes: Tu gl̕ia
irl̕₃ tu letitia iſrl̕ tu honorificẽtia ppl̕i nr̃i:
q₃ feciſti uiril̕r ⁊ cõfortatũ ẽ cor tuũ: eo q̊
caſtitatẽ amaueris: ⁊ pꝰ uiꝝ tuũ alterum ne
ſcierꝭ: iõ ⁊ manꝰ dñi cõfortauit te: ⁊ iõ eris
bñdicta ĩ et̃nũ. Et dixit oĩs pplus fiat: fiat.
Per dies ãt trigita uix collecta ſt̃ ſpolia aſ
ſyriorum a ppl̕o iſrl̕. Porro ãt uniuerſa q̃
holofernis peculiaria fuiſſe ꝓbata ſũt: dedo
rũt iudith ĩ auro ⁊ argẽto ⁊ ueſtibꝰ ⁊ gẽmis
⁊ oĩ ſupellectili: ⁊ tradita ſt̃ oĩa illi a ppl̕o.
Et oẽs ppl̕i gaudebãt cũ mľieribꝰ ⁊ uirgini
bꝰ ⁊ iuuenibꝰ ĩ organis ⁊ citharis.

.XVI.

Tunc cantauit canticũ hoc dño iudith
dicẽs: Incipite dño ĩ tympanis canta
te domio ĩ cymbalis: modulamini illi pſal
mum nouum: exultate ⁊ inuocate nomen

eiꝰ. Dn̄s cōterēs bella: dn̄s nom̄ ē illi. Qui
posuit castra sua ī medio ppl̄i sui: ut eripēt
nos de manu oīum īimicoꝝ nr̄oꝝ. Uēit as-
sur ex mōtibꝰ ab aquilone in multitudīe fō
titudinis sue: cuius mltitudo obturauit tō
rentes: ⁊ eq̄ eoꝝ coopuerūt ualles. Dixit se
incensurū fines meos ⁊ iuuenes meos occi
surū gladio: infantes meos dare ī p̄dam: et
ṽgines ī captiuitatē. Dn̄s āt omnipotēs no
cuit eū: ⁊ tradidit eū in manus femīe: ⁊ ꝯfu
dit eū. Non. n. cecidit potēs eorū a iuuēibꝰ
nec filij titan pcussēīt eū: nec excelsi gigātes
īposuerūt se illi: s; iudith filia merari in spe
cie faciei sue dissoluit eū. Exuit. n. se uestim̄
to uiduitatis: ⁊ induit se uestimento letitie
in exultatione filioꝝ isrl̄. Unxit faciē suam
unguento: colligauit cicinos suos mitra ad
decipiēdū illū. Sandalia eiꝰ rapuēīt oculos
eiꝰ: pulchritudo eiꝰ captiuā fecit aīam eius:
ā̄putauit pugione ceruicē eiꝰ. Horruēīt pse
ꝯstātiā eiꝰ: ⁊ medi audaciā eiꝰ. Tunc ulula
uerunt castra assyrioꝝ qn̄ apparuerūt hūi
les mei: arescentes ī siti. Filij puellaꝝ cōpū-
xerūt eos: ⁊ sicut pueros fugientes occidēīt
eos: perierūt ī p̄lio a facie domini dei mei.
Hymnū cantemꝰ dn̄o: hymnū nouū cāte
mꝰ deo nr̄o. Adonai dn̄e: magnus es tu: et
p̄clarus in uirtute: ⁊ quē supaē nemo pōt.
Tibi suiat oīs creatura tua: q: dixisti ⁊ fac
ta sunt: misisti spiritum tuū ⁊ creata sunt.
⁊ non est qui resistat uoci tue. Mōtes a fū-
damentis mouebuntur cū aquis: petre si-
cut cera liq̄scent ante faciē tuam. Qui autē
timent te: magni erunt apud te p oīa. Ue gē
ti insurgēti sup genus meū. Dn̄s. n. oīpotēs
uindicabit ī eis: ī die iudicij uisitabit illos.
Dabit. n. ignem ⁊ uermes ī carnes eorum:
ut urant ⁊ sentiāt usq; in sēpiternū. Et fcm̄
ē post hec oīs ppl̄s pꝰ uictoriā uenit in irl̄m
adorare dn̄m: ⁊ mox ut purificati sunt: ob-
tulerūt oēs holocausta ⁊ uota ⁊ repromis
siones suas. Porro iudith uniuersa uasa
bellica holofernis que ded̄it illi ppl̄s ⁊ cono
peū qd̄ ipa sustulerat: obtulit in anathema
obliuioīs. Erat aūt pplus iocūdꝰ f̄m faciē
s̄coꝝ: ⁊ p tres mēses gaudiū huius uictorie
celebratū ē cū iudith. Post dies aūt illos u
nusq̄sq; redijt ī sua: ⁊ iudith magna facta ē
in bethulia: ⁊ preclarior erat uniuerse terre
isrl̄. Erat ēt uirtuti castitas adiūcta: ita ut
nō cognoscēt uirū oībꝰ diebus uite sue: ex q̄
d̄fūctꝰ ē manasses uir eius. Erat āt diebꝰ fe

stis p̄cedēs cū magna gloria. Mansit āt in
domo uiri sui ānos centū q̄nq;: ⁊ dimisit
abrā suā liberā: ⁊ defūcta ē ac sepulta cū ui
ro suo ī bethulia: luxitq; illā oīs ppl̄s die
bꝰ septē. In oī spatio uite eiꝰ non fuit q̄ per
turbaret isrl̄: ⁊ pꝰ mortē eius annis mult̄.
Dies āt uictorie huiꝰ festiuitatē ab hebreis
ī nūero sāctoꝝ dieꝝ accipit: ⁊ colit a iudeis
ex illo tp̄e usq; in p̄ntē diem.

Explicit liber Judith. Incipit
prologus in librum Hester.

Librū hester uarijs trāsla-
toribꝰ ꝯstat eē uiciatū: quē
ego de archiuis hebreoꝝ
reuelās ṽbū e ṽbo expssiꝰ
trāstuli. Quē librū editio
uulgata laciniosis hic īde
ṽboꝝ sinibꝰ trahit: addēs ea q̄ ex tp̄e dici
potant ⁊ audiri: sicut solitū ē scholaribꝰ di-
sciplinis sūpto themate excogitare: q̄bus ṽ
bis uti potuit q̄ īiuriā passus ē: l' ille q̄ īiuri
ā fecit. Uos āt o paula ⁊ eustochiū qm̄ ⁊ bi
bliothecas hebreoꝝ studuistis ītrare: ⁊ int̄
pretū certamia cōprobastis: tenētes hester
hebraicū librū p singl̄a ṽba nr̄ā trāslatiōē
aspicite: ut possitis agnoscē me nihil etiam
augmētasse addēdo: s; fideli testimōio sim
pl̄r sicut ī hebreo h̄etur: historiā hebraicā
latine lingue tradidisse. Nec affectamus lau
des hoīū: nec uituperatiōes expauescimꝰ.
deo. n. placē curātes: minas hoīum penitꝰ
n̄ timemꝰ: qm̄ deꝰ dissipat ossa eoꝝ q̄ hoībꝰ
placē desiderāt: ⁊ f̄m apl̄m q̄ eiusmōi sūt: s-
ui xp̄i eē nō p̄nt. Rūsū ī libro hester alpha-
betū ex minio usq; ad theta l̄rāz fecimꝰ di-
uersis ī locis: uolētes. s. septuagita ītexp̄tū
ordinem per hec insinuaē studioso lectori.
Nos. n. iuxta morē hebraicū ōdinē p̄sequi
etiā in septuaginta editione maluimus.

Explicit prologus. Incipit li-
ber Hester. Capitulū primū.

IN diebus assueri
qui regnauit ab india usq;
ethiopiā sr̄ cētū uigitisep-
tē p̄uicias: qn̄ sedit ī solio
r̄gni sui: susa ciuitas r̄gni e
ī' exōdiū fuit. Tertio igr̄ āno ipij sui fecerat

grāde cōuiuiū cūctis pncipib⁹ ⁊ pueri suis
fortissimis psaꝝ ⁊ medoꝝ īclytis ⁊ pfectis
puīciaꝝ corā se: ut ostendēt diuitias glorie
regni sui: ac magnitudinē atq̃ iactātiā potē
tie sue multo tpe: cētum uidelꝫ ⁊ octogita
dieb⁹. Cūq̃ iplerent dies cōuiuij: inuitauit
ōem pplm q̃ iuēt⁹ ē in susis a maximo usq̃
ad minimū: ⁊ iussit septē dieb⁹ cōuiuiū ppa
rari i uestibulo horti ⁊ nemoris: qđ regio
cltu ⁊ māu ↄsitū erat. Et pēdebāt ex ōi pte
tētōia aerei colori ⁊ carbasini ac hiacynthi
ni: sustētata funib⁹ byssinis atq̃ purpureis
qui eburneis circulis inserti erāt ⁊ colūnis
marmoreis fulciebāt. Lectuli q̃q̃ aurei et ar
gētei sup pauimētum smeragdino ⁊ pario
stratū lapide dispositi erāt: qđ mira uarie-
tate pictura ↄcorabat. Bibebāt aūt q̃ īuita
ti erāt aureis poculis: ⁊ alijs atq̃ alijs uas
cibi iferebāt. Uinū q̃q̃ ut magnificētia regia
dignuꝫ erat: abūdans ⁊ pcipuuꝫ ponebat.
Nec erat q̃ nolētes cogēt ad bibēdū: sꝫ sicut
rex statuerat pponēs mēsis singulos de pn
cipib⁹ suis: ut sumēt unusq̃sq̃ quod uellet.
Uasthi q̃q̃ regina fecit ↄuiuiū feminaꝝ i pa
latio: ubi rex assuer⁹ manē ↄsueuerat. Itaq̃
die septimo cū rex eēt hilarior ⁊ p⁹ nimiam
potionē icaluisset mero pcepit maumam ⁊
baçatha ⁊ arbona ⁊ bagatha ⁊ abgatha et
ꝫarath ⁊ carchas septē eunuchis: q̃ i ↄspec-
tu ei⁹ mīstrabāt: ut introducerēt reginā ua-
sthi corā rege posito sup caput ei⁹ diadema
te: ut ōnderet cūctis pplis ⁊ pncipib⁹ eius
pulchritudinē. Erat. n. pulchra ualđ. Que
renuit: ⁊ ad regi ipiū qđ p eunuchos māda
uerat uenire cōtēpsit. Uñ irat⁹ rex ⁊ nimio
furore succensus: introgauit sapiētes q̃ ex
more regio semper ei aderant: ⁊ illoꝝ facie
bat cūcta cōsilio scientiū leges ac iura maio
rū: erāt aūt pmi ⁊ pximi charsena ⁊ çethar
⁊ admatha ⁊ tharsis ⁊ mares ⁊ marsana
⁊ mamucha septē duces psarū atq̃ medo-
rū: qui uidebant faciē regis ⁊ pmi p⁹ eū re-
sidere soliti erant: cui sñie uasthi regina sub
iaceret: que assueri regis iperiū qđ per eu-
nuchos mandauerat: facere noluisset. Rñ-
ditq̃ mamucha audiēte rege atq̃ pricipib⁹:
non solū regeꝫ lesit regina uasthi: sꝫ ⁊ ōnes
pplos ⁊ principes q̃ sunt in cūctis puincijs
regis assueri. Egrediet. n. smo regie ad ōes
mulieres: ut cōtēnant uiros suos ⁊ dicant:
Rex assuer⁹ iussit ut regina uasthi intraret
ad eum: ⁊ illa noluit: atq̃ hoc exemplo ōes
principū cōiuges persaꝝ atq̃ medorū par
uipendēt imperia maritorū. Uñ regi iusta
ē idignatio. Si tibi placet egrediat edictū a
facie tua: ⁊ scribat iuxta legē psaꝝ atq̃ me
doꝝ: quā preterire illicituꝫ ē: ut neq̃q̃ ultra
uasthi igrediat ad regē: sꝫ regnū illi⁹ altera
q̃ melior ē illa accipiat. Et hoc i ōe qđ latis-
simū ē puinciaꝝ tuaꝝ diuulget iperium: ⁊
cūcte uxores tā maioꝝ q̃ minorū deferant
marit suis honorē. Placuit cōsiliū ei⁹ regi
⁊ pricipib⁹: fecitq̃ iuxta ↄsiliū mamucha ⁊
misit eplas ad uniuersas puicias regni sui:
ut q̃q̃ gēs audire ⁊ legē potat diuersis lin-
guis ⁊ lris: eē uiros pricipes ac maiores in
domib⁹ suis: ⁊ hoc p cūctos pplos diulga-
ri.

C .II.

His itaq̃ gestis postq̃ regi assueri indi
gnatio deferbuerat: rcordat⁹ ē uasthi
que fecisset l q̃ passa eēt: dixerūtq̃ pueri re-
gis ac mīstri regis ei⁹. Querant regi puel-
le uirgies ac speciose: ⁊ mittāt qui cōsidēt
p uniūsas puicias puellas speciosas ⁊ uir-
gies: ⁊ adducāt eas ad ciuitatē susan: ⁊ tra-
dant i domū feminaꝝ sub manu egei eunu
chi q̃ ē preposit⁹ ⁊ custos mlieꝝ regiarū: et
accipiāt mūdū muliebrē ⁊ cetā ad usus ne-
cessaria. Et q̃cūq̃ it ōes ocul regi placuerit:
ipsa regnet pro uasthi. Placuit smo regi: ⁊
ita ut suggesserāt iussit fieri. Erat uir iude⁹
in susis ciuitate: uocabulo mardoche⁹ fili⁹
iair filij semei filij cis đ stirpe gemini: q̃ trās
latus fuerat de irlm: eo tpe q̃ iechoniam re
gē iuda nabuchodonosor rex babylōis trā
stulerat: q̃ fuit nutrici⁹ filie fris sui edisse q̃
alīo noīe uocabat hester: ⁊ utrūq̃ parētem
amiserat plchra nimis ⁊ decora facie. Mo
tuisq̃ pře ei⁹ ac mře mardocheus sibi eam
adoptauit in filiā. Cūq̃ percrebruisset regi i-
piū: ⁊ iuxta mādatū illi⁹ mlte pulchre vgi-
nes adducēt susan: ⁊ egeo tradētur eunu
cho: hester q̃q̃ it cetas puellas ei tradita ē:
ut suaret i nūero femiaꝝ. Que placuit ei:
⁊ iuenit grām i cōspectu illi⁹. Et pcepit eu-
nucho ut acceleraret mūdū mliebrē: ⁊ tra-
deret ei ptes suas septē puellas speciosissi-
mas de domo regis: ⁊ tā ipsaꝫ q̃ pedisseqs
ei⁹ ornaret atq̃ excoleret. Que noluit indi
care ei pplm ⁊ přiaꝫ suā. Mardocheus. n.
pcepat ei: ut de hac re oio reticeret: q̃ đābu-
labat q̃tidie añ uestibulū dom⁹ i q̃ electe v-
gines suabāt: curā agēs salutis hester: ⁊ sci
re uolēs q̃d ei accidēt. Cuꝫ autem uenisset

tempus singulaꝝ ꝑ ordinē ꝑuellaꝝ: ut itra-
rent ad regē: expleti oībꝰ q̄ ad cultū mulie-
brē ꝑtinebāt. mēsis duodecimꝰ vtebat: ita
dūtaxat ut sex mēsibꝰ oleo ungerent myrti
no: ⁊ aliȷs sex q̄busdā pigmētis ⁊ aromati-
bꝰ utēnt. Ingrediētesq̄ʒ ad regē: q̄cq̄d postu
lassēt ad ornatū ꝑtinēs accipiebāt: ⁊ ut eis
placuerat cōposite de triclinio feminaꝝ ad
ꝗ̄ cubiculū trāsiebāt. Et q̄ itrauerat uespe
egrediebat mane: atq̄ʒ inde in secūdas edes
deducebāt que sub manu sasagazi eunuchi
erant: q̄ ꝯcubinis regis ꝑsidebat: nec hēbat
ꝑtātē ad regem ultra redeundi nisi uoluissꝫ
rex: ⁊ eā uenire iussisset ex noīe. Euoluto āt
tp̄e per ordinem: istabat dies q̄ hester filia
abiahil fr̄is mardochei: quā sibi adoptaue-
rat i filiā debēt itrare ad regē. Que n̄ q̄siuit
muliebrē cultū: sʒ q̄cūq̄ʒ uoluit egeus eunu
chus custos v̄ginū: hec ei ad ornatū dedit.
Erat. n. formosa ualde ⁊ icredibili pulchri
tudine: oīuʒ oculis gratiosa ⁊ amabilis ui
debat. Ducta ē itaq̄ʒ ad cubiculū regis assu
eri mēse decimo q̄ uocat thebeth septio āno
regni eiꝰ: ⁊ adamauit eā rex plꝰ q̄ oēs mulie
res: hūitq̄ʒ grām ⁊ miam corā eo sup ōnes
mulieres: ⁊ posuit diadema regni in capite
eius: fecitq̄ʒ eā regnare in loco uasthi. Et ius
sit cōuiuiū ꝑparari ꝑmagnificū cūctis ꝑn-
cipibus ⁊ seruis suis: ꝓ cōiūctiōe ⁊ nuptiȷs
hester. Et dedit req̄e uniūsis ꝓuīciȷs: ac do-
na largitꝰ ē iuxta magnificētiā ꝑncipalē. Cū
q̄ʒ ⁊ secūdo q̄rerentur uirgīes: ⁊ ꝯgregarēt:
mardocheꝰ manebat ad ianuā regis: necdū
ꝑdiderat hester ꝑriam ⁊ pplʒ suū iuxta mā
datū eiꝰ. Quicq̄d. n. ille ꝑcipiebat: obserua
bat hester: ⁊ ita cūcta faciebat ut eo tp̄e so
lita erat q̄ eā puulā nutriebat. Eo igr̄ tp̄e q̄
mardocheꝰ ad regis ianuā morabat: irati sūt
bagathan ⁊ thares duo eunuchi regis: qui
ianitores erant: ⁊ i ꝑmo palatiȷ limine resi-
debāt: uoluerūtq̄ʒ isurgē i regē ⁊ occidere e
uʒ. Qd̄ mardocheū nō latuit. Statiq̄ʒ nun
ciauit regine hester: ⁊ illa regi ex noīe mar-
dochei q̄ ad se rē detulerat. Quesitū ē ⁊ in-
uentū: ⁊ appensus ē uterq̄ʒ eoꝝ i patibulo.
Et iussit rex ut i libro memoriali scribēt: ut
pro uita sua aliq̄d repēsaret ei. Mādatūq̄ʒ
ē historiȷs: ⁊ annalibus traditū corā rege.

C. IIII

Post hec rex assuerus exaltauit aman
filiū amadathi: qui erat d̄ stirpe agag
⁊ posuit soliuʒ eiꝰ sup ōnes principes quos
habebat. Cūctiq̄ʒ fui regis q̄ i foribus pala
tiȷ v̄sabant: flectebāt genua: ⁊ adorabant a-
man. Sic. n. ꝑcepat eis ipatō. Solꝰ mardo
cheus non flectebat genu: neq̄ʒ adorabat e-
uʒ. Cui dixerūt pueri reḡ q̄ ad fores palatiȷ
residebāt: Cur pret̄ ceteos non obs̄uas man
datuʒ regis? Cūq̄ʒ hoc crebriꝰ dicēnt: ⁊ ille
nollet audire: nūciauerūt aman scire cupiē
tes utrū ꝑseuerarat i s̄nīa. Dixerat. n. eis se
eē iudeū. Qd̄ cū audissʒ aman: ⁊ expimēto
ꝓbasset: q̄ mardocheꝰ n̄ sibi flecteret genu
nec se adoraret: iratus est ualde: ⁊ ꝓ nihilo
duxit i unū mardocheū mittē manus suas.
audierat. n. q̄ eēt gentis iudee: magisq̄ʒ uo-
luit ōem iudeoꝝ q̄ erat i regno assueri ꝑdē
nationē. Mense ꝑmo cuiꝰ uocabulū nisan
anno duodecio regni assueri: missa ē sors i
urnā q̄ hebraice d̄r phur: corā amā q̄ die et
q̄ mense gens iudeoꝝ deberet itfici: ⁊ exiuit
mensis duodecimꝰ q̄ uocat adar: Dixitq̄ʒ a
man regi assuero: Est pplus ꝑ ōnes ꝓuīcias
r̄gni tui disꝑsus ⁊ a se mutuo sepatꝰ: nouis
utens legibꝰ ⁊ cerimoniȷs insup ⁊ reḡ scita
ꝯtēnens. Et optime nosti: q̄ nō expediat re
gno tuo ut insolescat ꝑ lr̄iam. Si tibi placʒ
d̄cerne ut pereat: ⁊ decē milia talētoꝝ appē
dam arcariȷs gaze tue. Tulit rex ānulum
q̄ utebat de manu sua: ⁊ d̄dit eū aman filio
amadathi de ꝓgenie agag hosti iudeoꝝ: di-
xitq̄ʒ ad eū. Argētū qd̄ tu polliceris tuū sit:
de pplo age qd̄ t̄ placet. Uocatiq̄ʒ sūt scribe
regis mēse ꝑmo nisan t̄tiadecia die eiusdē m̄
sis: ⁊ scriptū ē ut iusserat aman ad ōnes sa-
trapas reḡ ⁊ iudices ꝓuīciaꝝ diuersarūq̄ʒ
gentiū: ut q̄q̄ʒ gēs legē poterat ⁊ audire pro
uarietate linguaꝝ ex noīe reḡ assueri: ⁊ lr̄e
signate ipsiꝰ ānulo misse sūt ꝑ cursores reḡ
ad uniuersas ꝓuīcias: ut occiderēt atq̄ʒ d̄-
lerēt oēs iudeos a puero usq̄ʒ ad senē: ꝑuu-
los ⁊ mlr̄es uno die. hoc ē t̄tiodecimo mēsis
duodecimi: q̄ uocat adar: ⁊ bona eoꝝ diri-
perēt. Sūma āt eplaꝝ hec fuit: ut oēs ꝓuīn
cie scirēt ⁊ pararēt se ad ꝑdictā diē. Festina-
bāt cursores q̄ missi erāt reḡ iperiū explēt.
Statiq̄ʒ in susis pepēdit edictū: rege ⁊ amā
celebrante cōuiuiū: ⁊ cūctis iudeis qui i ur
be erant flentibus.

C. IIII.

Que cūm audisset mardocheus: scidit
uestimenta sua: ⁊ indutus est sacco
spargens cinerem capiti: ⁊ in platea medie
ciuitatis uoce magna clamabat ostendens

amaritudinē aĩ sui: ⁊ hoc eiulatu usq ad fo
res palatij gradiēs. Nō.n.erat licitũ idutũ
sacco aulā regis itrare. In oĩb⁹ q3 puincijs
oppidis ac locis: ad q̄ crudele regis dogma
puenerat: plāct⁹ igēs erat apð iudeos: ieiu
niũ ululat⁹ ⁊ flet⁹ sacco ⁊ cinere multis p
stratu utētib⁹. Ingresse āt sunt puelle hester
⁊ eunuchi: nunciauerũtq3 ei. Qð audiens
cōsternata ē ⁊ uestē misit ut ablato sacco i
dueret eā. Quā accipe noluit. Accitoq3 a
thach eunucho quē rex mistrũ ei dederat:
p̄cepit ut iret ad mardocheũ ⁊ discēt ab eo
cur hoc faceret. Egressusq3 athach iuit ad
mardocheũ: ⁊ inuenit eũ stātez i platea ciui
tatis añ ostiũ palatij. Qui idicauit ei oĩa q̄
acciderāt: quō amā pmisissz ut i thesauros
regł p iudeoꝝ nece iferret argētũ: exemplar
q3 edicti qð pēdebat in susis dedit ei: ut regi
ne ostēdēt: ⁊ monēt eā ut itraret ad regem: et
depcaret eũ p pplo suo. Regressus athach
nūciauit hester oĩa q̄ mardoche⁹ dixerat.
Que rñdit ei: ⁊ iussit ut dicēt mardocheo.
Oēs serui regis ⁊ cūcte q̄ sub ditiōe ei⁹ sunt
norūt puīcie: q siue uir siue mulier nō uoca
t⁹: interi⁹ atriũ regis itravit: absq3 ulla cōta
tiōe stati interficiatur: nisi forte rex aureā v
gā ad eũ tetēderit p signo clemētie: atq3 ita
possit uiuē. Ego igr̄ quō ad regē itrare pote
ro: q̄ triginta iā dieb⁹ nō sũ uocata ad eum?
Qð cũ audisset mardocheus: rursũ māda
uit hester dicēs: Ne putes: q aīam tuaz tm̄
libēs: q2 i domo regł es p̄ cūctis iudeis. Si
.n. nūc silueris: p aliā occasionē libabūt iu
dei: ⁊ tu dom⁹ p̄ris tui pibił. Et qs nouit u
trũ icicirco ad regnũ uenerł: ut i tali tp̄e pare
rł. Rursũq3 hester hec mardacheo māda
uit: Uade ⁊ cōgrega oēs iudeos q̄s in susis
reppererł: ⁊ orate p me. Nō cōedeti ⁊ nō bi
betł trib⁹ dieb⁹ ⁊ tb⁹ noctib⁹: ⁊ ego cō ācillu
lis meis silr̄ ieiunabo: ⁊ tūc ingrediar ad re
gē: ɔtra legē faciēs nō uocata: tradēsq3 me
morti ⁊ piculo. Iuit itaq3 mardoche⁹ ⁊ fec̄
oĩa q̄ hester p̄cepat.

.V.

Die āt tr̄tio induta ē hester regalib⁹ ue
stimētis: et stetit i atrio domus regie
qð erat iteri⁹ ɔtra basilicā regis. At ille se
debat super soliũ suũ i ɔsistorio palatij cō
tra hostiũ dom⁹. Cũq3 uidisset hester regi
nā stātē placuit oculis ei⁹: ⁊ extēdit ɔtra eā
v̄gā aureā quā tenebat mãu. Que accedēs
osculata ē sũmitatē uirge ei⁹: dixitq3 ad eaz
rex: Quid uis hester regina? Que est peti
tio tua? Etiā si dimidiā ptē regni petierł: da
bit tibi. At illa rñdit: Si igr̄ placet obsecro
ut uenias ad me hodie et aman tecũ ad ɔui
uiũ qð paraui. Statiq3 rex: uocate iqt cito
aman ut hester obediat uolũtati. Uenerūt
itaq3 rex et aman ad cōuiuiũ qð eis regina
parauerat. Dixitq3 ei rex: postq̄ uinũ bibe
rat abūdāt: Quid petis ut det tibi: ⁊ p q̄ re
postulas? Etiā si dimidiā ptē regni mei pe
tierł: impetrabis. Cui rñdit hester: Petitio
mea ⁊ p̄ces sũt iste. Si iueni i cōspectu regł
grām: ⁊ si regi placet ut det mihi qð postlo
⁊ meā ipleat petitionē: uēiat rex ⁊ aman ad
cōuiuiũ qð paui eis: ⁊ cras aperiā regi uo
lũtatē meā. Egressus ē itaq3 illo die aman
letus ⁊ alacer. Cũq3 uidisset mardocheũ se
dentē añ fores palatij: ⁊ ñ solũ ñ assurrexisse
sibi: sz nec motũ q̄dez de loco sessionis sue:
indignat⁹ ē ualde: ⁊ dissimulata ira reuersus
in domũ suā: cōuocauit ad se amicos suos
⁊ zares uxorem suam: ⁊ exposuit illis ma
gnitudinē diuitiaꝝ suaꝝ filiorũq3 turbā: et
quāta eũ glīa sup oēs pricipes ⁊ seruos su
os rex eleuasset. Et p⁹ hec ait: Regina q3 he
ster nullũ aliũ uocauit ad ɔuiuiũ cũ rege p̄t
me: apud quā etiā cras cũ rege pransur⁹ suz.
Et cũ hec oĩa hēā nihil me hře puto q̄diu
uidero mardocheũ iudeũ sedētē añ fores re
gias. Rñderũtq3 ei zares uxor ei⁹ ceti ami
ci. Iube parari excelsā trabem hñtez altitudi
nis q̄nq̄ginta cubitos: ⁊ dic mane regi ut ap
pendat sup eā mardoche⁹: ⁊ sic ibis cum re
ge let⁹ ad cōuiuiũ. Placuitq3 ei cōsiliũ: ⁊ ius
sit excelsā preparari crucem.

.VI.

Noctē illā duxit rex isomnē: iussitq3 si
bi afferri historias ⁊ ānales prioꝝ tē
poꝝ. Que cũ illo p̄ñte legerēt: uentũ ē ad il
lũ locũ: ubi scriptum erat quō nunciasset
mardocheus insidias bagathan ⁊ thares
eunuchoꝝ: regē assueꝝ iugulare cupiētiũ.
Qð cũ audisset rex ait: Quid pro hac fide
honoris ac p̄mij mardoche⁹ cōsecutus ē?
Dixerũtq3 ei serui illi⁹ ac mistri. Nihil oĩo
mercedis accepit. Statiq3 rex: qs ē iq̄t in
atrio? Aman q̄ppe iti⁹ atriuz dom⁹ regie i
trauerat: ut suggereret regi: ⁊ iubēt mardo
cheũ affigi patibulo qð ei fuerat prepatũ.
Rñderũt pueri: Aman stat i atrio. Dixitq3
rex: ingrediat. Cumq3 esset ingressus: ait il
li: Quid debet fieri uiro quez rex honorarē

deſiderat? Cogitans aūt ī corde ſuo aman: ⁊ reputās ꝙ nullū aliū rex niſi ſe uellet hono rare: rn̄dit: Ho quē rex honorare cupit dꝫ īdui ueſtibꝰ regijs: ⁊ ipōi ſup equū q̄ ð ſella regꝭ ē: ⁊ accipe regiū diadema ſup caput ſu um: ⁊ p̄mꝰ de regijs prīcipibꝰ ac tyrānis te neat equū eiꝰ: ⁊ ꝑ plateā ciuitatis īcedēs cla met ⁊ dicat: Sic honorabit quēcūqꝫ rex vo luerit honorarī. Dixitqꝫ ei rex: Feſtina ⁊ ſūp ta ſtola ⁊ eq̄ fac ut locutꝰ es mardocheo iu deo q̄ ſedet añ fores palatij. Caue ne q̄cq̄ ð his q̄ locutꝰ es pretermittas. Tulit itaqꝫ a mā ſtolā ⁊ equū: īdutūqꝫ mardocheū ī pla tea ciuitatis ⁊ īpoſitū eq̄ p̄cedebat atqꝫ cla mabat: Hoc honore ꝯdignꝰ ē quēcūqꝫ rex uoluerit honorarī. Reuerſuſqꝫ ē mardoche us ad ianuā palatij: ⁊ aman feſtinauit ire ī domū ſuā lugēs ⁊ opto capite: narrauitqꝫ ȝares uxori ſue ⁊ amicꝭ oīa q̄ euenīſſet ſibi. Cui rn̄derūt ſapiētes q̄s hēbat ī ꝯſilio ⁊ vxor eiꝰ. Si de ſemie iudeoꝝ ē mardocheus ante quē cadē cepiſti: nō poterꝭ ei reſiſtē: ſꝫ cades ī ꝯſpectu eiꝰ. Adhuc illis loquētibꝰ uenerūt eunuchi regꝭ: ⁊ cito eū ad cōuiuiū qð regia parauerat: pergere cōpulerūt. ¶ .VII.

INtrauit itaqꝫ rex ⁊ amā: ut biberēt cū regina. Dixitqꝫ ei rex etiā ſc̄a die poſtꝗ̄ uino incaluerat: Que ē petitio tua heſter ut detur tibi: ⁊ q̄d uis fieri? Etiam ſi dimidiā ptē regni mei petierꝭ: īpetrabꝭ. Ad quē illa rn̄dit: Si inueī grām ī oculis tuis o rex ⁊ ſi placet: dona mihi aīam meā ꝓ q̄ rogo: ⁊ populū meū ꝓ q̄ obſecro. Traditi. n. ſumus ego ⁊ pp̄lus meꝰ vt cōteramur: iugulemur: ⁊ peamꝰ. Atqꝫ utinā ī ſuos ⁊ famulas uēdēmur: eēt tolerabile malū: ⁊ gemēs tacerem: nūc aūt hoſtis nr̄ ē cuiꝰ crudelitas redūdat ī regē. Rn̄denſqꝫ rex aſſuerꝰ ait: Quis ē iſte ⁊ cuiꝰ potentie: vt hec audeat facē? Dixitqꝫ heſter: Hoſtꝭ ⁊ īimicꝰ nr̄ peſſimꝰ iſte ē amā. Quod ille audiēs ilico obſtupuit: uultum regꝭ ac regine ferre nō ſuſtinēs. Rex aūt iratus ſurrexit: ⁊ de loco cōuiuij intrauit hortū arboribꝰ cōſitū. Aman qꝫ ſurrexit ut rogaret heſter reginā ꝓ aīa ſua: intellexit. n. a rege ſibi paratū malū. Qui cū reuerſus eēt ð horto nemoribꝰ cōſito: ⁊ ītraſſet cōuiuij locū: repperit aman ſup lectū corruiſſe ī quo iacebat heſter ⁊ ait: Etiā reginā uult opprimere me p̄ñte ī domo mea. Necdū v̄buꝫ de ore regis exierat: ⁊ ſtatī opuerunt faciē eiꝰ.

Dixitqꝫ arbona unꝰ de eunuchis q̄ ſtabāt ī miſterio regis: En lignū qð parauerat mardocheo: q̄ locutus ē ꝓ rege: ſtat ī domo aman hñs altitudinis q̄nq̄gīta cubitos. Cui dixit rex: Appendite eū ī eo. Suſpēſus ē itaqꝫ amā ī patibulo qð parauerat mardocheo: ⁊ regis ira quieuit. ¶ .VIII.

DIe illo dedit rex aſſuerꝰ heſter regine domū amā aduerſarij iudeoꝝ: ⁊ mardochēꝰ īgreſſus ē añ faciē regꝭ. Cōfeſſa ē. n. ei heſter: qð eēt p̄iuꝰ ſuꝰ. Tulitqꝫ rex ānulū quē ab aman recipi iuſſerat: ⁊ tradidit mardocheo. Heſter aūt cōſtituit mardocheum ſup domū ſuā. Nec his cōtēta ꝓcidit ad pedes regis: fleuitqꝫ ⁊ locuta ad eū orauit ut maliciā aman agagite ⁊ machinationes eiꝰ peſſimas q̄s excogitauerat ꝯtra iudeos: iuberet irritas fieri. At ille ex more ſceptrū aureū p̄tendit manu: quo ſignū clemētie monſtrabat. Illaqꝫ cōſurgēs ſtetit añ eū: ⁊ ait: Si placet regi: ⁊ ſi īueni grām ī oculis eius: ⁊ dep̄catio mea nō ei uidet eē ꝯtraria: obſecro ut nouis ep̄lis ueteres amā lr̄e īſidiatoris ⁊ hoſtꝭ iudeoꝝ: q̄bꝰ eos ī cūctꝭ regis ꝓuīcijs ꝑire p̄cepat: corrigāt. Quō. n. poto ſuſtinē necē ⁊ īterfectionē pp̄lī mei? Rn̄ditqꝫ rex aſſuerꝰ heſter regine ⁊ mardocheo iudeo: Domū amā cōceſſi heſter regine: ⁊ ipꝫ iuſſi affigi cruci: qꝛ auſus ē manū mittē ī iudeos. Scribite ḡ iudeis ſicut uobis placet ex regꝭ noīe: ſignātes lr̄as ānulo meo. Hec. n. ꝯſuetudo erat: ut ep̄lis q̄ ex regꝭ noīe mittebāt: ⁊ illiꝰ ānulo ſignate erāt: nēo audēt ꝯtradicē. Accitiſqꝫ ſcribis ⁊ librarijs regis: erat aūt tp̄s t̄tij m̄ſis q̄ appellat ſiban: viceſima ⁊ tertia illiꝰ die: ſcripte ſūt ep̄le ut mardochēꝰ uoluerat ad iudeos ⁊ ad p̄ncipes ꝓcuratoreſqꝫ ⁊ iudices: q̄ cētū uigitiſeptē ꝓuīcijs ab india uſꝫ ethiopiā p̄ſidebāt: ꝓuīcie atꝫ ꝓuīcie pp̄lo ⁊ pp̄lo iuxta līguas ⁊ lr̄as ſuas: ⁊ iudeis: ꝓut legē poterāt ⁊ audire. Ipſeqꝫ ep̄le q̄ ex regꝭ noīe mittebāt: annulo illiꝰ obſignate ſūt ⁊ miſſe ꝑ ueredarios: q̄ ꝑ oēs ꝓuīcias diſcurrētes: uetēs lr̄as nouis nūcijs p̄uēirēt. Quibꝰ īpauit rex: ut ꝯuenirēt iudeos ꝑ ſingulas ciuitates: ⁊ ī unū p̄ciperent ꝯgregari: ut ſtarēt ꝓ aīabꝰ ſuis: ⁊ oēs īimicos ſuos cū cōiugibꝰ ac liberꝭ: ⁊ uniuerſis domibus interficerēt atqꝫ delerent. Et cōſtituta ē ꝑ omnes prouincias una ultionis dies: id eſt tertiadecima die menſis duodecimi adar. Sūmaqꝫ

eplꝭe hec fuit ut i oībꝰ t̄ris ac pplis q̄ regis as
sueri subiacebāt ipio: notū fieret ꝑatos eē
iudeos ad capiēdā uīdictā de hostibꝰ suis.
Egressiq; sūt ueredarij celeres nūcios ꝑferē
tes: ⁊ edictū regis pepēdit i susis. Mardo
cheꝰ āt de palatio ⁊ ō cōspectu regis egredi
ēs fulgebat uestibꝰ regijs hiacynthinis uīō
lz ⁊ aerinis: coronā aureā portās i capite ⁊
amictꝰ serico pallio atq; purpureo. Oīsq;
ciuitas exultauit atq; letata ē. Judeis āt no
ua lux oriri uisa ē: gaudiū honō ⁊ ṫpudiū.
Apud oēs pplos urbes atq; ꝓuincias q̄cū
q; reḡ ꝑcepta ueīebāt: mira exultatio epu
le atq; cōuiuia ⁊ festꝰ dies: in tm̄ ut plꝭes al
ṫius gētis ⁊ secte eoꝝ religioī ⁊ cerimonijs
iungerentur. Grandis. n. cūctos iudaici no
minis terror iuaserat.

IX.

Igitur duodecimi mē: quē adar uoca
ri añ iā diximꝰ ṫtiadecia die qñ cūctis
iudeis iṫfectio ꝑabat: ⁊ hostes eoꝝ ihiabāt
sanguini: uersa uice suꝑiores iudei eē cepe
rūt: ⁊ se de aduersarijs uīdicare. Cōgregati
q; sūt ꝑ singulas ciuitates ⁊ oppida ⁊ loca:
ut extendēnt manū ꝯtra inimicos ⁊ ꝑsecu
tores suos. Nullusq; ausus ē resistē: eo ꝙ ō
nes pplos magnitudinis eoꝝ formido pe
netraret. Nā ⁊ ꝓuiciaꝝ iudices duces ⁊ ꝓ
curatores: oīsq; dignitas q̄ singul̄ loci ⁊ o
ꝑibꝰ ꝑerat: extollebāt iudeos timore mar
dochei: quē ꝑ̄cipē eē palatij ⁊ plimū posse
cognouerāt. Fama q̊q; noīs eiꝰ crescebat q̊ti
die: ⁊ ꝑ cūctoꝝ ora uolitabat. Itaq; ꝑcusse
rūt iudei inimicos suos plaga magna: ⁊ occi
derūt eos: r̄ddentes eis qđ sibi ꝑauerāt facē:
in tm̄ ut ēt i susis q̄ngētos uiros iṫficerēt: ex
tra decez filios aman agagite hostis iudeo
rū. Quoꝝ ista sūt noīa: pharsandathan et
delphon ⁊ espatha ⁊ phorata ⁊ adalia ⁊ a
ridatha ⁊ ephermescha arisai ⁊ aridai ⁊ va
isatha. Quos cū occidissēt: ꝑ̄das de substā
tijs eoꝝ agē noluerūt. Statimq; nūerꝰ eoꝝ
q̄ occisi erant in susis ad regē relatꝰ ē. Qui
dixit regine: In urbe susis iṫfecerūt iudei q̄n
gētos uiros ⁊ alios decē filios aman. Quā
tā putas eos exercē cedē i uniuersꝭ ꝓuicijs?
Quid ultra postulas: ⁊ q̄d uis ut fieri iube
am? Cui illa r̄ndit: Si regi placet: det ꝑtās
iudeis: ut sicut fecerūt hodie i susis: sic ⁊ cras
faciant: ⁊ decē filij amā i patibul̄ suspēdāt.
Precepit rex ut ita fieret. Statimq; i susis
pepēdit edictū ⁊ decē filij aman suspēsi sūt.

Cōgregatiq; iudeis q̄rtadecia die mē adar:
interfecti sūt i susis trecēti uiri: nec eoꝝ ab
illis direpta substātia ē: sz ⁊ ꝑ oēs ꝓuicias
q̄ ditioni reḡ subiacebāt: ꝓ aiabꝰ suis stete
rūt iudei: interfectis hostibꝰ ac ꝑsecutoribus
suis: in tm̄ ut septuagitaq̄nq; milia occiso
rū iplerēt: ⁊ nullꝰ de substātijs eoꝝ q̄cq̄ cō
tingeret. Dies aūt ṫtiusdecimꝰ mēsis adar:
unꝰ apud oēs iṫfectionis fuit: ⁊ q̄rtadecima
die cedē desierūt. Quē cōstituerūt eē solēnē
ut in eo oī tp̄e deinceps uacaret epulis gau
dio atq; cōuiuijs. At hi q̄ i urbe susis cedē
exercuerant tertiodecio ⁊ q̄todecio die eius
dez mensis i cede v̄sati sūt: q̄ntodecimo aūt
die percutē desierūt. Et iccirco eūdē diez cō
stituerūt solēnē epulaꝝ atq; letitie. Hi vero
iudei qui in oppidis nō muratis ac villꝭ mora
bant: q̄rtūdecimū diez mensis adar cōuiui
oꝝ ⁊ gaudij decreuerūt: ita ut exultēt i eo
⁊ mittant sibi mutuo partes epulaꝝ ⁊ cibo
rū. Scripsit itaq; mardocheꝰ oia hec: ⁊ līis
cōꝑhensa misit ad iudeos q̄ i oibꝰ reḡ ꝓui
cijs morabant: tā i uicino positꝭ q̄ ꝓcul: ut
quartādecimā ⁊ q̄ntādecimā diez mē adar
pro festis susciperēt: ⁊ reuertente sēp anno
solēni celebrarēt honore: q2 i ipsis diebꝰ se
ulti sunt iudei de inimicis suis: ⁊ lucꝰ atq;
tristitia i hilaritatez gaudiūq; cōuersi sūt:
eēntq; dies isti epulaꝝ atz letitie: ⁊ mittēnt
sibi inuicez ciboꝝ ꝑtes: ⁊ pauꝑibꝰ munuscu
la largirent. Susceperūtq; iudei i solēnez ri
tuz cuncta q̄ eo tp̄e facere ceperāt: ⁊ q̄ mar
docheꝰ līis facienda mādauerat. Aman. n.
filiꝰ amadathi stirpis agag hostis ⁊ adūsa
rius iudeoꝝ cogitauit ꝯtra eos malū: ut oc
cideret illos atz deleret: ⁊ misit phur qđ nr̄a
lingua v̄tit i sortez: ⁊ postea ingressa est he
ster ad regez obsecrans: ut conatꝰ eius līis
regis irriti fierent: ⁊ malū qđ cōtra iudeos
cogitauerat: reuerteret in caput eiꝰ. Deniq;
⁊ ipsū ⁊ filios eiꝰ affixerūt cruci: atq; ex illo
tp̄e dies isti appellati phurim id est sortiū:
eo ꝙ phur id est sors in urnaz missa fuerit.
Et cūcta q̄ gesta sunt: eplꝭe id est libri huius
uolumine cōtinent: q̄q; sustinuerunt: ⁊ q̄ ō
iceps imutata sūt: susceperūt iudei sr̄ se ⁊ se
men suū: ⁊ suꝑ cūctos q̄ religioni eoꝝ uolu
erūt copulari: ut nulli liceat duos hos dies
absz solēnitate trāsigere: q̊s scriptura testa
t: ⁊ certa expetūt tp̄a ānis sibi iugit succedē
tibꝰ. Isti sūt dies q̊s nulla unq̄ delebit obli
uio: ⁊ ꝑ singulas generationes cūcte i toto

orbe ꝓuīcie celebrabūt: nec ē ulla ciuitas in q̄ dies phuri .i. sortiū nō obſuēt a iudeis: et ab eoꝝ ꝓgenie q̄ his cerimonijs obligata ē. Scripſeītq̧ hester regia filia abiahil ⁊ mardocheꝰ iudeꝰ etiā secundā eplām: ut ōi studio dies ista solēnis ſāciret ī posterū. Et miserūt ad ōes iudeos q̄ ī cētū uigitiſeptē ꝓuīcijs regis assueri v̄ſabāt: ut hn̄ent pacem ⁊ susciperent v̄itatē: obſuātes dies sortiū ⁊ suo tpē cū gaudio celebrarent: sic cōstituerāt mardocheꝰ ⁊ hester. Et illi obſuanda susceperūt a se ⁊ a semīe suo ieiūia atq̧ clamores ⁊ sortiū dies: ⁊ oīa q̄ libri huiꝰ q̄ uocat hester historia cōtinēt.

.X.

Rex v̄o assuerꝰ ōem trā ⁊ cūctas mari insulas fecit tributarias: cuiꝰ fortitudo ⁊ īpiuz ⁊ dignitas atq̧ sublimitas qua exaltauit mardocheū: scripta sūt ī libri medoꝝ atq̧ ꝑsaꝝ: ⁊ quō mardocheꝰ iudaici generis ſc̄us a rege assuero fuerit: ⁊ magnus apud iudeos ⁊ acceptabil̄ plebi frm̄ suoꝝ: q̄rens bona pplō suo: ⁊ loquēs ea q̄ ad pacē seminis sui ptierent. Que hn̄t ī hebreo plena fide expssi: hec āt q̄ sequūt scripta reperi ī editōe uulgata: q̄ grecoꝝ lingua ⁊ lrīs cōtinent: ⁊ interī pꝰ finē libri hoc caplm̄ ferebat: qō iuxta cōsuetudinē nr̄am obelo .i. ueru ꝑnotauimꝰ. Dixitq̧ mardocheus: A deo facta sūt ista. Recordatꝰ sū sōnij qō uiderā: hec eadē significātis: nec eoꝝ q̄cq̄ irritū fuit. Paruꝰ fons q̄ creuit ī fluuiū ⁊ ī lucē solēq̧ ꝯuersus est: ⁊ ī aq̄s plūimas redundauit: hester est: quā rex accepit uxorē: ⁊ uoluit eē reginā. Duo āt dracones: ego sum ⁊ amā. Gētes q̄ ꝯuenerāt: hi sūt q̄ conati sūt delē nomē iudeoꝝ. Gens āt mea isrl̄ ē q̄ clamauit ad dn̄m: ⁊ saluum fecit pplm̄ suū: liberauitq̧ nos ab ōibꝰ malis: ⁊ fecit signa magna atq̧ portēta it̄ gētes: ⁊ duas sortes eē ꝑcepit unā ppl̄i dei ⁊ alterā cunctaꝝ gētiuꝫ. Uenitq̧ utraq̧ sors īstatutū ex illo iam tpē corā deo uniuersis gētibꝰ: ⁊ recordatꝰ ē dn̄us ppl̄i sui: ac misꝰ h̄editatis sue. Et obſuabunt dies isti ī mense adar q̄rtadecia et q̄ntadecima die eiusdē mensis: cū ōi studio ⁊ gaudio ī unū cetū ppl̄i congregati: ī cunctas deinceps generationes ppl̄i israel.

.XI.

borũ demoliet̃ dñs:ꝛ firmos faciet t̃minos
uidue. Abomiatio dñi cogitatiões male:et
purus ꝫmo pulcherrim⁹ firmabit̃ ab eo. Cõ
turbat domũ suã qui sectat̃ auaritiã:q̃ aũt
odit munera uiuet. Per miaȝ ꝛ fidẽ purgã-
tur pc̃ca:ꝑ timorẽ ãt dñi declinat õis a ma
lo. Mens iusti meditabitur obedientiaȝ:os
impiorũ redundat malis. Longe ẽ dñs ab ĩ
pijs:ꝛ orões iustorũ exaudiet. Lux oculorꝝ
letificat aiaȝ:fama bona ĩpiguat ossa. Auris
q̃ audit increpatiões uite:in medio sapiẽtuȝ
cõmorabitur. Qui abijcit disciplinã:despiċ
aiam suã:q̃ ãt acq̃escit ĩcrepationib⁹:posses
sor est cordis. Timor dñi disciplina sapiẽtie:
ꝛ gloriam precedit humilitas.

XVI.

Hominis ẽ aiam ꝑparare:ꝛ dñi guber
nare linguã. Oẽs uie hoium patẽt o-
culis eius:spirituum ponderator ẽ dñs. Re
uela dño opa tua:ꝛ dirigẽt cogitatiões tue.
Uniuersa ꝓpt̃ semetipsũ opatus ẽ dñs:ĩpiũ
q̃ȝ ad diẽ malũ. Abominatio dñi ẽ õis arro
gans:etiam si man⁹ ad manũ fuerit non est
ĩnocens. Initiũ uie bone facere iustitiã:accep
ta est apud deum magis q̃ immolare hosti
as. Mia ꝛ ueritate redimitur iniq̃tas: ꝛ in
timore dñi d̓cliat̃ a malo. Cũ placuerit dño
uie hoĩs :inimicos q̃ȝ eius ꝯuertet ad pacẽ.
Melius ẽ parũ cum iustitia:q̃ multi fruct⁹
cum iniq̃tate. Cor hõis disponit uiã suam:
sȝ dñi ẽ dirigere gressus ei⁹. Diuinatio ĩ labi
is regis:ĩ iudicio nõ errabit os ei⁹. Pondus
ꝛ statera iudicia dñi sũt:ꝛ opera ei⁹ oẽs lapi
des seculi. Abominabiles regi q̃ agũt ĩpie:
q̃m iustitia firmatur solium. Uolũtas regũ
labia iusta:q̃ recta loq̃tur diriget̃. Indigna-
tio regis nũcij mortis:ꝛ uir sapiẽs placabit
eũ. In hilaritate uultus regis uita:ꝛ clemen
tia ei⁹ q̃si imber serotinus. Posside sapiẽti-
aȝ: q᷑ auro melior ẽ:ꝛ acquire prudẽtiam:
q᷑ preciosior ẽ argẽto. Semita iustorũ d̓cli
nat mala:custos aie sue seruat uitaȝ suam.

Contritionē ꝑcedit sup̄bia: ⁊ an̄ ruinā exal-
tabit̄ sp̄s. Meli⁹ ē hūiliari cū mitib⁹: ꝙ̄ diui
dē spolia cū sup̄b̄. Erudit⁹ ī v̄bo repiet bōa:
⁊ q̄ spat ī dn̄o bt̄s ē. Qui sapiēs ē corde ap-
pellabit̄ prudēs: ⁊ q̄ dulcis eloq̄o maiora re
piet. Fōs uite eruditio possidētꝭ doctrīa stul
toꝝ fatuitas. Cor sapiētis erudiet os ei⁹: ⁊
labīȷs ei⁹ addet gr̄am. Fau⁹ mellꝭ cōposita v̄
ba: dulcedo aīe sanitas ossiū. Est uia q̄ uide
t̄ hoī recta: ⁊ nouissima ei⁹ ducūt ad mōtē.
Aīa laborantꝭ laborat sibi: q̄ȝ cōpulit eū os
suū. Uir insipiēs fodit malū: ⁊ ī labīȷs eius
ignis ardescit. Hō peruersus suscitat lites: ⁊
v̄bosus sepat pricipes. Uir īīq̄⁹ lactat ami
cū suū: ⁊ ducit eū ꝑ uiā nō bonā. Qui attōi
tis oculis cogitat praua: mordēs labia sua
ꝑficiet malū. Corona dignitatis senectus:
q̄ ī vīȷs iustitie reperiet̄. Melior ē patiēs ui-
ro forti: ⁊ q̄ dn̄atur aīo suo expugnatoꝛ ur-
biū. Sortes mittūt̄ ī sinū: sȝ a dn̄o tēpāt̄.

.XVII.

Melior est buccella sicca cuȝ gaudio: ꝙ̄
domus plena uictimis cū iurgio. Ser
u⁹ sapiēs dn̄abit̄ stultꝭ filīȷs: ⁊ inter f̄res hē-
ditatē diuidet. Sicut igne ꝓbatuꝛ argētū et
auꝝ camino: ita cōda ꝓbat dn̄s. Mal⁹ obe
dit ligue iīq̄: ⁊ fallax obtēpat labīȷs mēdaci
bus. Qui despicit pauperē exprobrat facto
ri eius: ⁊ qui in ruina letatur alteri⁹: nō erit
īpunitus. Corona senū filīȷ filiorū: ⁊ gloria
filiorū p̄res eorū. Nō decent stultū v̄ba cō-
posita: nec principē labiū mentiēs. Gemma
gratissima expectatio prestolātis: q̄cūq̄ȝ se
v̄tit prudēt̄ ītelligit. Qui celat delictū que-
rit amicitias: q̄ altero ꝟmone īpetit sepat fe
deratos. Plus ꝓficit correctio apud prudē
tem: ꝙ̄ cētū plage apud stultū. Semper iur
gia querit malus: angelus āt crudelꝭ mittet̄
ꝯtra eū. Expedit magis urse occurrē raptis
fetib⁹: ꝙ̄ fatuo cōfidēti sibi in stultitia sua.
Qui reddit mala ꝓ bonis: non recedet ma
lum de domo eius. Qui dimittit aquam ca
put ē iurgiorū: ⁊ an̄ꝙ̄ patiat̄ ꝯtumeliā iudi
ciū deserit. Et q̄ iustificat īpiuȝ: ⁊ q̄ cōdēnat
iustū: abomīabilꝭ ē vtq̄ȝ apud deū. Quid ꝓ-
dest stulto habeꝛe diuitias: cum sapientiā e-
mere n̄ possit? Qui altam facit domū suaȝ
q̄rit ruinā: ⁊ q̄ euitat discere īcidet ī maluȝ.
Omni t̄pe diligit q̄ amic⁹ ē: ⁊ frat̄ ī angusti
is cōprobatur. Stult⁹ hō plaudet manib⁹
suis: cū spopōderit ꝓ amico suo. Qui medi
tat̄ discordias diligit rixas: ⁊ qui exaltat os
suum querit ruinā. Qui ꝑuersi cordis ē nō
īuenit bonū: ⁊ q̄ v̄tit linguā īcidet ī malum.
Nat⁹ ē stult⁹ ī ignominiā suā: sȝ nec pater ī
fatuo letabitur. Anim⁹ gaudēs etateȝ flori-
dā facit: sp̄us tristis exiccat ossa. Munera
d̄ sinu impius accipit: ut perv̄tat semitas iu
dicīȷ. In facie prudentꝭ lucet sap̄ia: ocl̄i stul-
torū ī finib⁹ t̄re. Ira p̄ris fili⁹ stult⁹: ⁊ dolor
m̄ris q̄ genuit eū. Nō ē bonū dānū īferre iu
sto: nec ꝑcutē principē q̄ recta iudicat. Qui
moderatur ꝟmōes suos doct⁹ ⁊ prudēs est:
⁊ ꝑciosi sp̄s uir erudit⁹. Stultus q̄ȝ si tacue
rit sapiēs reputabitur: ⁊ si cōpresserit labia
sua intelligens.

.XVIII.

Occasiōes querit q̄ uult recedere ab a-
mico: ōi t̄pe erit exprobrabilꝭ. Nō reci
pit stultus v̄ba prudētie: nisi ea dixeris q̄ v̄-
santur ī corde ei⁹. Impius cū ī ꝓfundum ue
nerit pc̄c̄oꝝ ꝯtēnit: sȝ seq̄tur euȝ ignominia
⁊ opprobriū. Aqua ꝓfūda ex ore uiri: ⁊ tor
rēs redūdās fons sap̄ie. Accipe ꝑsonā impīȷ
ī iudicio nō ē bonū: ut declines a v̄itate iudi
cīȷ. Labia stulti miscēt se rixis: ⁊ os ei⁹ iur
gia ꝓuocat. Os stulti ꝯt̄tio ei⁹: ⁊ labia ipsi⁹
ruina aīe eius. Uerba bilinguis q̄si simplici
a: ⁊ ipsa ꝑueniunt usq̄ȝ ad intiora uentris.
Pigrū deīȷcit timor: aīe āt effeminatoꝝ esu
rient. Qui mollis ⁊ dissolut⁹ ē ī opere suo:
frat̄ ē sua opa dissipantis. Turrꝭ fortissima
nomē dn̄i: ad ipsā currit iustus ⁊ exaltabit̄.
Substātia diuitis vrbs roborꝭ ei⁹: ⁊ q̄si mu
r⁹ ualidus circūdās eū. An̄ꝙ̄ conterat̄ exal-
tatur cor hoīs: ⁊ an̄ꝙ̄ glorificetur hūiliat̄.
Qui pri⁹ r̄ndet ꝙ̄ audiat: stultū se eē demō
strat ⁊ cōfusione dignū. Sp̄us uiri sustētat
imbecillitatē suā: sp̄m v̄o ad irascēdū facilē
quis poterit sustinere? Cor prudētis posside
bit sciam: ⁊ auris sapiētiū q̄rit doctrinam.
Donū hoīs dilatat uiā eius: ⁊ an̄ principes
spatiū ei facit. Iust⁹ prior ē accusatoꝛ sui: ve
nit amicus ei⁹ ⁊ īuestigabit eū. Cōtradictio
nes cōprimit sors: ⁊ īter potentes q̄ȝ diiudi
cat. Frater qui adiuuatuꝛ a f̄re q̄si ciuitas fir
ma: ⁊ iudicia q̄si uectes urbiū. De fructu o-
ris uiri replebitur vēt̄ ei⁹: ⁊ genimina labio-
rū ipsius saturabūt eū. Mors ⁊ uita ī māi-
b⁹ lingue: q̄ diligūt eā comedent fruct⁹ eius.
Qui inuenit mulierē bonā: īuenit bonuȝ ⁊
hauriet iocūditatē a dn̄o. Qui expellit mu
lierem bonam expellit bonū: q̄ aūt tenet ad
ulterā stultus ē ⁊ īsipiens. Cū obsecratōib⁹

loquitur pauper: ⁊ diues effabitur rigide. Uir amicabilis ad societatem: magis amicꝰ erit ꝙ frater.

¶ .XIX.

MElior ē pauper q̄ ambulat ĩ simplicitate sua: ꝙ diues torquens labia sua ⁊ insipiens. Ubi ñ ē scia aie non ē bonũ: ⁊ q̄ festinꝰ ē pedibꝰ offēdet. Stultitia hōis supplãtat gressus eius: ⁊ ꝯtra deum feruet aīo suo. Diuitie addunt amicos plĩmos: a paupe ãt ⁊ hi quos hñit sepãtur. Testis falsus nõ erit impunitꝰ: ⁊ q̄ mendacia loq̄t ñ effugiet. Multi colũt ꝑsonã potentis: ⁊ amici sũt dona tribuentis. Fr̃es hōis pauperis oderũt eum: insuꝑ ⁊ amici ꝓcul recesserunt ab eo. Qui tm̃ verba sectat̃ nihil habebit: q̄ autez possessor ē mentis diligit aiam suã: ⁊ custos prudentie inueniet bona. Falsus testis non erit impunitꝰ: ⁊ q̄ loq̄t mendacia ꝑibit. Nõ decent stultũ diuitie: nec seruũ dñari ꝑncipibus. Doctrina uiri ꝑ patiētiam noscit: ⁊ gla eiꝰ ē iniq̃ p̃tergredi. Sicut fremitus leonis: ita ⁊ regis ira: ⁊ sicut ros suꝑ herbã ita ⁊ hilaritas eiꝰ. Dolor p̃ris filiꝰ stultꝰ: ⁊ tecta iugiter perstillantia litigiosa mulier. Domus ⁊ diuitie dant̃ a parentibꝰ: a dño ãt ꝓp̃e vxor prudēs. Pigredo imittit soporē: ⁊ aīa dissoluta esuriet. Qui custodit mãdatũ custodit aīam suã: q̄ aũt negligit uiã suã: mõtificabitur. Feneratur dño q̄ miꝫetur paupis: ⁊ uicissitudinē suã reddet ei. Erudi filiũ tuũ ne desperes: ad interfectionē ãt eiꝰ ne ponas aiaz tuam. Qui.n. ĩpatiēs ē: sustinebit dãnuz: et cũ rapuerit: aliud apponet. Audi cõsiliũ et suscipe disciplinã: ut sis sapiēs ĩ nouissimis tuis. Multe cogitatiões ĩ corde uiri: voluntas aũt dñi ĩ etnũ ꝑmãebit. Homo ĩdigens misericors ē: ⁊ meliõ ē pauper iustus: ꝙ vir mēdax. Timor dñi ad uitã: ⁊ ĩ plenitudine cõmorabit̃ absq̃ uisitatiõe pessimi. Abscõdit ꝓiger manũ suã sub ascella: nec ad os suũ applicat eã. Pestilēte flagellato stultꝰ sapiētior erit: si ãt corripuerĩ sapientē intelliget sapiam. Qui affligit p̃rem ⁊ fugit matrem: ignominiosus erit ⁊ ĩfelix. Nõ cesses audire fili doctrinã: nec ignores ꝫmões scie. Testis iniquus deridet iudicium: ⁊ os ĩpiorum deuorat iniquitatem. Parata sũt derisoribus iudicia: ⁊ mallei ꝑcutientes stultorũ corporibus.

¶ .XX.

LUxuriosa res uinum: ⁊ tumultuosa ebrietas. Quicũq̃ his delectatur: nõ erit sapiens. Sicut rugitus leonis ita ⁊ terror regis: q̄ ꝓuocat eũ peccat in aiam suaz. Honor ē hōi q̄ sepat se a ꝯtentionibus: oēs aũt stulti miscentur ꝯtumelijs. Propter frigus piger arare noluit: mēdicabit ergo estate ⁊ nõ dabitur illi. Sicut aq̃ ꝓfunda sic cõsiliũ ĩ corde uiri: sꝫ hõ sapiens exhauriet illud. Multi hoies mĩſicordes vocãtur: uiꝝ aũt fidelē q̄s inuēiet? Iustꝰ q̄ ãbulat ĩ simplicitate sua: beatos pꝰ se filios relinq̄t. Rex q̄ sedet in solio iudicij: dissipat õe malũ ĩtuitu suo. Quis põt dicē mũdũ ē cor meũ: purus sũ a pc̃c̃o? Pondus ⁊ pondus mensura ⁊ mensura: utrũq̃ abomiabile ē apud deum. Ex studijs suis intelligitur puer: si mũda ⁊ recta sint opera eiꝰ. Aurē audiētē ⁊ oculũ uidētem: dñs fecit utrũq̃. Noli diligē somnum: ne te egestas opprimat. Aperi oculos tuos ⁊ saturare panibꝰ. Malũ ē malũ ē dicit õis ēptor: ⁊ cũ recesserit tũc gl̃iabit̃. Est aurũ ⁊ mł̃titudo gēmaꝝ: uas ãt ꝓciosũ labia scie. Tolle uestimētũ eiꝰ q̄ fideiussor extitit alieni: ⁊ ꝑ extraneis aufer pignꝰ ab eo. Suauis ē hōi panis mēdacij: ⁊ postea iplebitur os eius calculo. Cogitatiões ꝯsilijs roborãtur: ⁊ gubernaculis tractanda sunt bella. Ei q̄ reuelat mysteria: ⁊ ãbulat fraudulēter: ⁊ dilatat labia sua: ne cõmiscearis. Qui maledicit p̃ri suo ⁊ m̃ri: extinguet̃ lumē eiꝰ ĩ medijs tenebrĩ. Hereditas ad quã festinatur ĩ principio: ĩ nouissimo bñdictiõe carebit. Ne dicas reddã malũ ꝓ malo: expecta dñm ⁊ liberabit te. Abomiatio ē apud deũ põꝰ ⁊ põꝰ: statera dolosa nõ est bona. A dño dirigunt̃ gressus uiri: quis aũt hoium ĩtelligere põt uiã suã? Ruina ē hōi deuotare s̄cos: ⁊ pꝰ vota retractare. Dissipat ĩpios rex sapiēs: ⁊ incuruat suꝑ eos fornicē. Lucerna dñi spiraculũ hōis: que ĩuestigat oĩa secreta ventris. Misericordia ⁊ vitas custodiunt regē: ⁊ roboratur clemẽtia thronꝰ eiꝰ. Exultatio iuuenũ fortitudo eoꝝ: ⁊ dignitas senũ canicies. Liuor vulneris absterget mala: ⁊ plage ĩ obsecrationibꝰ uentris.

¶ .XXI.

SIcut diuisiones aquarum ita cor regis ĩ manu dñi: q̄cũq̃ voluerit ĩclinabit illud. Oĩs via viri recta sibi videtur: appendit aũt corda dominus. Facere misericordiam ⁊ iudiciuz magis placet dño ꝙ uictime. Exaltatio oculorũ ē dilatatio cordis: lucerna impiorũ pc̃c̃um. Cogitatiões robusti semper ĩ abundãtia: õnis ãt piger ĩ egestate est.

Qui cõgregat thesauros lingua m̄dacij ua
nus ⁊ excors ē: ⁊ impigetur ad laqueos mō
tis. Rapie impiorum detrahēt eos: quia no
luerūt facere iudiciū. Peruersa uia uiri' alie
na est a deo: qui āt mundus ē rectū op⁹ ei⁹.
Meli⁹ ē sedere ī angulo domatis: q̄ cū mu
liere litigiosa ⁊ ī domo cōi. Aia ipij ōsiderat
malum: nō misebitur ꝓximo suo. Mulcta
to pestilēte sapiētiō erit puul⁹: ⁊ si sectetur
sapientez sumet sciam. Excogitat iust⁹ ō do
mo impij: ut detrahat impios a malo. Qui
obturat aurē suā ad clamorē paupis: ⁊ ipse
clamabit ⁊ nō exaudiet. Mun⁹ absconditū
extiguit iras: ⁊ donū ī sinu īdignationē ma
ximā. Gaudiū iusto ē facere iudiciū: ⁊ pauō
opantib⁹ īiq̄tatē. Uir q̄ errauerit in via doc
trine: ī cetu gigātiū cōmorabit. Qui diligit
epulas in egestate erit: qui amat uinū ⁊ pin
guia nō ditabitur. Pro iusto dabit impius:
⁊ ꝑ recto iniqu⁹. Meli⁹ ē hītare ī terra des
ta q̄ cū muliere rixosa ⁊ iracūda. Thesau
rus desiderabil' ⁊ oleū ī hītaculo iusti: ⁊ im
prudēs hō dissipabit illud. Qui sequit iusti
tiam ⁊ mīsicordiam: īueniet uitā iustitiaz ⁊
gl'iam. Ciuitatē fortium ascēdit sapiēs: de
struxitq₃ robur fiducie ei⁹. Qui custodit os
suū ⁊ linguā suā: custodit ab angustijs aiaz
suā. Supbus ⁊ arrogās uocatur idoctus: q̄
in ira opatur supbiā. Desideria occidūt pi
grū. noluerūt. n. q̄cq̄ man⁹ eius opari. Tota
die ꝯcupipisc̄ ⁊ desiderat: q̄ āt iustus est tri
buet ⁊ n̄ cessabit. Hostie ipiorū abominabi
les: q̄ offerūt ex scelere. Testis mēdax pibit:
uir obediēs loq̄tur uictoriā. Uir impius ꝓ
caciter obfirmat uultū suū: qui aūt rect⁹ est
corrigit uiam suā. Nō ē sapia: nō ē pruden
tia: nō ē ꝯsiliū ꝯtra dn̄m. Equ⁹ parat ad diē
belli: dn̄s aūt salutē tribuit.

.XXII.

Melius ē nomen bonū q̄ diuitie mlte.
sup argētū. n. ⁊ aurū gr̄a bona. Diues
⁊ pauper obuiauerūt sibi: utriusq₃ operatō
est dominus. Callidus uidet malū: ⁊ abscō
dit se: inocēs ptransijt ⁊ afflictus ē dāno. Fi
nis modestie timor dn̄i: diuitie ⁊ gloria ⁊ ui
ta. Arma ⁊ gladij in uia superbi: custos āt
aie sue longe recedit ab eis. Prouerbiuz ē: a
dolescens iuxta uiā suā etiā cū senuerit non
recedet ab ea. Diues paupibus imperat: ⁊ q̄
accipit mutuū seru⁹ ē fenerantis. Qui semi
nat iniq̄tatē metet mala: ⁊ uirga ire sue con
sumabitur. Qui pronus est ad misericōdiā
bn̄dicet: de panib⁹. n. suis ōdit pauperi. Uic
toriā ⁊ honorē acq̄ret q̄ dat munera: aiam
aūt aufert accipiētiū. Ejce derisorē ⁊ exibit
cū eo iurgiū: cessabūtq₃ cause ⁊ cōtumelie.
Qui diligit cordis mūdiciā: ꝑpter gr̄am la
biorū suorū habebit amicū regē. Oculi dn̄i
custodiunt sciam: ⁊ supplātāt verba iiqui.
Dicit piger: leo ē foris in medio platearum
occidēdus sū. Fouea ꝓfunda os aliene: cui ī
ratus ē dn̄s īcidet ī eā. Stultitia colligata ē
in corde pueri: ⁊ uirga disciplie fugabit eā.
Qui calūniat pauperez vt augeat diuitias
suas: dabit ipse ditiori ⁊ egebit. Fili mi incli
na aurē tuā: ⁊ audi verba sapiētium. Appo
ne āt coꝛ ad doctrinā meā: que pulchra erit
tibi: cuz seruaueris eaz in ventre tuo. Et re
dundabit ī labijs tuis: ut sit in dn̄o fiducia
tua. Un̄ ⁊ oñdā eam tibi hodie. Ecce ōscrip
si eā tibi tripliciter in cogitationibus ⁊ scia:
vt oñderez tibi firmitatē ⁊ eloquia vitatis
respondere ex eis illis: qui miserunt te. Nō
facias violētiaz paupi: q₂ paup ē: neq₃ ꝯtas
egenū ī porta: q₂ iudicabit dn̄s cām eius: et
configet eos q̄ cōfixerūt aiam ei⁹. Noli esse
amic⁹ hōi iracūdo: neq₃ āmbules cū viro furi
oso: ne forte discas semitas ei⁹: ⁊ sumas scā
dalū anime tue. Noli esse cū his q̄ defigunt
māus suas: ⁊ qui uades se offerūt ꝓ debitl.
Si. n. nō habes vnde restituas: quid cause
ē: ut tollat operimētū ō cubili tuo? Ne trās
grediaris t̄mios āntiquos: q̄s posuerūt pr̄es
tui. Uidisti virū uelocē ī ope suo: coraz regi
bus stabit: nec erit ante ignobiles.

.XXIII.

Quando sederis ut cōedas cū pricipe:
diligenter attende que sunt apposita
ante faciem tuam: ⁊ statue cultrum ī guttuř
tuo: si tamen habes in potestate aiam tuaz.
Ne desideres de cibis ei⁹: in quo est panis m̄
dacij. Noli laborare ut diteris: s₃ prudentie
tue pone modū. Ne erigas oculos tuos ad
opes quas non potes habere: q₂ facient sibi
pēnas q̄si aquile: ⁊ uolabūt in celū. Ne cōe
das cum hoie inuido: ⁊ ne desideres cibos
ei⁹: qm̄ in sil'itudinē arioli ⁊ coniectoř esti
mat qō ignorat. Comede ⁊ bibe dicet tibi:
⁊ mēs eius nō est tecū. Cibos q̄s cōederas e
uomes: ⁊ pdes pulchros s̄mones tuos. In
aurib⁹ insipiētiū ne loq̄ris: q₂ despiciēt doc
trinā eloquij tui. Ne attingas paruulorū t̄
minos: ⁊ agrū pupillorū ne introeas. Pro
piquus ei₃ illorū fortis est: ⁊ ipse iudicabit

contra te causam illorũ. Ingrediat ad doctrinam cor tuũ: ⁊ aures tue ad v̾ba sciẽtie. Noli subtrahere a puero disciplinã. si. n. percusseris cũ virga: nõ morietᷣ. Tu virga percuties eũ: ⁊ aiam eiꝰ de iferno liberabis. Fili mi si sapiens fuerit animꝰ tuꝰ: gaudebit tecũ cõ meum: ⁊ exultabũt renes mei cum locuta fuerint recta labia tua. Nõ emuletᷣ cor tuuꝫ peccatores: sꝫ in timore dñi esto tota die: qa habebis spem in nouissimo: ⁊ p̄stolatio tua non auferetur. Audi fili mi ⁊ esto sapiẽs: et dirige i via aiuꝫ tuũ. Noli eẽ in cõuiuijs potatorũ: nec i comessatiõibus eoꝝ q̄ carnes ad vescẽdũ cõfert: quia vacãtes potibꝰ ⁊ dãtes symbola ꝯsumẽt: ⁊ vestietᷣ pannis dõmitatio. Audi p̄rem tuũ qui genuit te: ⁊ ne ꝯtẽnas cũ senuerit mater tua. Ueritatẽ eme: ⁊ noli vẽdere sapiẽtiã ⁊ doctrinã ⁊ itelligẽtiã. Exultat gaudio pater iusti: qui sapiẽtẽ gẽnit letabitᷣ in eo. Gaudeat paᷣ tuꝰ ⁊ maᷣ tua: ⁊ exultet qui genuit te. Prebe fili mi cor tuum mihi: ⁊ oculi tui uias meas custodiãt. Fouea. n. ꝓfũda ẽ mẽtrix: ⁊ puteꝰ angustꝰ aliena. Insidiatᷣ i uia q̄si latro: ⁊ q̊s icautos i uenerit iterficiet. Cui ue cuiꝰ patri ue: cui rixe: cui fouee: cui siñ cã ulnera: cui suffossio oculoꝝ: nonne his qui cõmorãtᷣ in vino: et student calicibus epotandis? Ne intuearis vinũ qñ flauescit: cũ splẽduerit i vitro color eius. Ingreditᷣ blande ⁊ i nouissimo mordebit ut coluber: ⁊ sicut regulus venena diffũdet. Oculi tui videbunt extraneas: ⁊ cõ tuũ loquetᷣ ꝑuersa. Et eris sicut dormiẽs in medio mari: ⁊ q̄si sopitus gubernator amisso clauo: ⁊ dices: Uerberauerũt me sed nõ doluí: traxerũt me ⁊ ego nõ sensi. Qñ euigilabo: ⁊ rursus uina reperiam?

.XXIIII.

Ne emuleris viros malos: nec cõsideres eẽ cum eis: qꝛ rapias meditatᷣ mens eorũ: ⁊ fraudes labia eorũ loquuntur. Sapiẽtia edificabitᷣ domꝰ: ⁊ prudẽtia roborabitᷣ. In doctrina replebũtᷣ cellaria: vniuersa sb̾a p̄ciosa ⁊ pulcherrima. Uir sapiẽs fortis est ⁊ vir doctꝰ robustꝰ ⁊ validus: qꝛ cũ dispositiõe initᷣ bellũ: ⁊ erit salꝰ ubi m̾lta cõsilia sũt. Excelsa stulto sapia: i porta nõ apiet os suum. Qui cogitat mala facere: stultꝰ vocabitᷣ. Cogitatio stulti pc̄cm ẽ: ⁊ abomiatio hoiuꝫ detractor. Si desperaueris lapsus i die ãgustie: iminuetᷣ fõtitudo tua. Erue eos qui ducũtᷣ ad mortẽ: ⁊ qui trahuntᷣ ad iteritũ liberare ne cesses. Si dixeris uires ñ suppetũt: qui inspector ẽ cordis ipse intelligit: ⁊ seruatorem aie tue nihil fallit: reddetqꝫ hõi iuxta opa sua. Cõede fili mi mel qꝛ bonũ ẽ: ⁊ fauũ dulcissimũ gutturi tuo. Sic ⁊ doctria sapie anime tue: quã cũ iueneris: hẽbis i nouissimis spem: ⁊ spes tua non p̄ibit. Ne isidieris: ⁊ q̄ras ipietatẽ in domo iusti: neqꝫ uastes requiem eiꝰ. Septies. n. i die cadet iustꝰ: ⁊ resurget: ipi̾ autẽ corruent i malũ. Cũ ceciderit īimicus tuꝰ ne gaudeas: ⁊ i ruina eiꝰ ne exultet cor tuũ: ne forte videat dñs ⁊ displiceat ei: ⁊ auferet ab eo irã suã. Ne cõtendas cuꝫ pessimis: nec emuleris impios: quoniã non hñt futurorum spem mali: ⁊ lucerna ipioꝝ extinguetᷣ. Time dñm fili mi ⁊ regem: ⁊ cuꝫ detractoribꝰ nõ cõmiscearis. Quoniã repẽte cõsurget ꝑditio eorũ: ⁊ ruinã utriusqꝫ q̊s nouit? Hec q̊qꝫ sapiẽtibꝰ. Cognoscẽ ꝑsonam in iudicio nõ ẽ bonũ. Qui dicũt ipio iustus es: maledicẽt eis popl̾i: ⁊ detestabũtᷣ eos tribus. Qui arguũt eũ laudabũtᷣ: ⁊ super eos veniet bñdictio. Labia deosculabitᷣ qui rectã verba respõdet. Prepara foris opus tuũ: ⁊ diligenter exerce agrũ tuũ: ⁊ postea edifices domũ tuã. Ne sis testis frustra ꝯtra p̄ximũ tuũ: nec lactes quenq̄ͣ labijs tuis. Ne dicas quomõ fecit mihi sic faciã ei: ⁊ reddam vniculqꝫ ꝑm opꝰ suum. Per agruꝫ hõis pigri transiui ⁊ ꝑ vineã uiri stulti. Et ecce totum repleuerãt vrtice: ⁊ operuerãt supficiem eiꝰ spine: ⁊ maceria lapidũ destructa erat. Qd̾ cũ vidissem posui in corde meo: ⁊ exẽplo didici disciplinã. Usqꝫ q̊ piger dormies: usqꝫ q̊ de somno cõsurges? Parũ inquã dormies: modicũ dormitabis: pauxillũ manꝰ ꝯseres: ut q̄escas: ⁊ vẽiet tibi q̄si cursõ egestas tua: ⁊ mẽdicitas q̄si uir armatus.

.XXV.

Hee q̊qꝫ parabole salomonis quas transtulerunt uiri ezechie regis iuda. Gloria dei est celare uerbũ: ⁊ gloria regum inuestigare sermonẽ. Celuꝫ sursũ ⁊ terra deorsũ ⁊ cor regũ inscrutabile. Aufer rubiginem d̾ argento: ⁊ egredietur vas purissimum. Aufer impietatẽ d̾ uultu regis: ⁊ firmabitur iustitia thronus eius. Ne gloriosus appareas corã rege: ⁊ in loco magnoꝝ ne steteris. Melius ẽ eim ut dicatur t̾ ascende huc: q̄ͣ ut humilieris corã principe. Que uiderunt oculi tui ne ꝓferas in iurgio cito: ne postea emendare nõ possis cũ dehonestaueris amicũ tuũ

Causã tuam tracta cũ amico tuo: ⁊ secretũ extraneo ne reueles: ne forte isultet tibi cũ audierit: ⁊ exprobrare ñ cesset. Gr̃a ⁊ amicitia liberant: q̃s tibi serua: ne exprobrabilis fias. Mala aurea i lectis argẽteis: q̃ loquit̃ verbũ i tp̃e suo. Inauris aurea ⁊ margarita fulgẽs: q̃ arguit sapiẽtẽ ⁊ aurẽ obediẽtẽ. Sicut frigus niuis i die messis: ita legatus fidelis ei qui miserit eũ: aiam ipsi⁹ requiescere fac. Nubes ⁊ vent⁹ ⁊ pluuie nõ sequẽtes: vir gloriosus ⁊ ꝓmissa non cõplẽs. Patiẽtia lenit̃ princeps: ⁊ lingua mollis ꝯfringet duritiã. Mel inuenisti: comedo quod sufficit tibi: ne forte satiatus euomas illud. Subtrahe pedẽ tuum de domo ꝓximi tui: neq̃n satiatus oderit te. Iaculũ ⁊ gladius ⁊ sagitta acuta: hõ q̃ loq̃t ꝯtra ꝓximũ suũ falsũ testimoĩũ. Dẽs putrid⁹ ⁊ pes lassus: q̃ sp̃at sup̃ ĩfideli ĩ die angustie: ⁊ amittit palliũ ĩ die frigoris. Acetũ ĩ nitro: q̃ cantat carmina cordi pessimo. Sicut tinea vestimẽto ⁊ uermis ligno: ita tristitia uiri nocet cordi. Si esurierit inimicus tu⁹: ciba illũ: si sitit da ei aquã bibere. Prunas .n. cõgregabis sup̃ caput ei⁹: ⁊ dñs reddet tibi. Vent⁹ aquilo dissipat pluuias: ⁊ facies tristis linguã detrahẽtẽ. Melius ẽ sedere in angulo domatis: q̃ꝫ cũ muliere litigiosa ⁊ i domo cõi. Aqua frigida anime sitiẽti: ⁊ nũcius bonus de terra longinq̃. Fons turbatus pede ⁊ uena cõrupta: iustus cadẽs coram impio. Sicut q̃ mel multũ cõedit ñ est ei bonũ: sic q̃ scrutator ẽ maiestat̃: opprimet a gl̃ia. Sicut vrbs patẽs ⁊ absq̃ꝫ muro nũ ambitu: ita vir q̃ nõ põt in loquẽdo cohibere spiritum suum.

.XXVI.

Quomõ nix i estate ⁊ pluuie i messe: sic indecens est stulto gl̃ia. Sicut auis ad alta transuolans: ⁊ passer quolibet uadens: sic maledictum frustra prolatum in quẽpiam superueniet. Flagellũ eq̃ ⁊ cham⁹ asino ⁊ virga in dorso ĩprudẽtiũ. Ne r̃ndeas stulto iuxta stultitiã suam: ne efficiaris ei simil̃. R̃nde stulto iuxtã stultitiã suam: ne sibi sapiẽs esse uideatur. Claudus pedibus ⁊ ĩiq̃tatẽ bibẽs: q̃ mittit ṽba p̃ nũciũ stl̃tũ. Quõ pulchras frustra hꝫ claudus tibias: sic indecẽs ẽ i ore stultorũ ꝑabola. Sic̃ q̃ mittit lapidẽ i aceruũ mercurij: ita q̃ tribuit ĩsipienti honorem. Quõ si spĩa nascatur i mãu temulẽti: sic parabola i ore stultorũ. Iudiciũ determinat cãs: ⁊ q̃ iponit stulto silentiũ iras mitigat. Sic̃ canis q̃ reuertit̃ ad uomitũ suũ: sic ĩprudẽs q̃ iterat stultitiã suã. Uidisti hoiem sapientem sibi uideri: magis illo spẽ habebit insipiens. Dicit piger: leo ẽ in uia: ⁊ leena i itierib⁹. Sic̃ ostiũ uertitur i cardine suo: ita piger i lectulo suo. Abscondit piger mãus sub ascella sua: ⁊ laborat si ad os suum eas cõuerterit. Sapiẽtior sibi stultus uidet̃ septẽ uiris loquẽtib⁹ s̃nias. Sicut q̃ app̃hendit aurib⁹ canẽ: sic qui trãsit ⁊ ipatiens cõmiscet̃ rixe alterius. Sic̃ noxius est q̃ mittit sagittas ⁊ lãceas i mortẽ: ita uir q̃ fraudulẽter nocet amico suo: ⁊ cũ fuerit dep̃hẽsus dicet: ludẽs feci. Cũ defecerint ligna extinguet̃ ignis: ⁊ susurrone subtracto iurgia cõq̃escũt. Sicut carbones ad prunas et ligna ad ignẽ: sic hõ iracũdus suscitat rixas. Uerba susurrõis q̃si simplicia: ⁊ ipsa ꝑueniunt ad intima cordis. Quõ si argẽto sordido ornare uelis vas fictile: sic labia tum̃tia cũ pessimo corde sociata. Labijs suis intelligitur ĩimic⁹: cũ i corde tractavit dolos. Qñ submiserit vocẽ suã: ne credideris ei: qm̃ septẽ neq̃tie sunt i corde illi⁹. Qui operit odiũ fraudulenter: reuelabit̃ malicia ei⁹ i ꝯcilio. Qui fodit foueã icidet i eam: ⁊ qui voluit lapidẽ reuertet̃ ad eũ. Lingua fallax ñ amat ṽitatem: ⁊ os lubricũ operatur ruinas.

.XXVII.

Ne glorieris in crastinũ: ignorãs quid superuentura pariat dies. Laudet te alienus ⁊ nõ os tuũ: extraneus ⁊ nõ labia tua. Graue est saxum ⁊ onerosa arena: sed ira stulti vtroq̃ꝫ grauior. Ira non hẽt misericordiam: nec erũpens furor: ⁊ ĩpetũ ꝯcitati sp̃s ferre quis poterit? Melior est manifesta cõrectio: q̃ꝫ amor absconditus. Meliora sunt uulnera diligentis: q̃ꝫ fraudulenta oscula odientis. Aia saturata calcabit fauũ: ⁊ aia esuriens ẽt amarũ ꝓ dulci sumet. Sic̃ auis trãsmigrans de nido suo: sic uir qui derelinq̃t locũ suũ. Unguẽto ⁊ uarijs odorib⁹ delectatur cor: ⁊ bonis amici cõsilijs aia dulcõatur. Amicũ tuũ ⁊ amicũ p̃ris tui ne dimiseris ⁊ domũ fratris tui ne ingrediaris in die afflictiõis tue. Melior ẽ uicin⁹ iuxta: q̃ꝫ frater ꝓcul. Studẽ sapiẽtie fili mi ⁊ letifica cor meum: ut possis exprobrãti r̃ndere sermonẽ. Astut⁹ uidẽs malũ abscõdit⁹ ẽ: paruuli trãseuntes sustinuerũt dispẽdia. Tolle uestimẽtũ ei⁹ q̃ spopõdit ꝓ extrãeo: ⁊ ꝓ aliẽis aufer ei pign⁹. Qui bñdicit ꝓximo suo uoce grandi

de nocte ↄsurgēs: maledicēti silis erit. Tecta ꝑstillantia in die frigoris ⁊ litigiosa mulier cōpant. Qui retinet eam q̄si q̄ vētū teneat: ⁊ oleū dextre sue euacuat. Ferrū ferro exacuitur: ⁊ hō exacuit faciē amici sui. Qui ꝯuat ficū comedet fruct⁹ ei⁹: ⁊ q̄ custos ē dn̄i sui glificabit. Quō in aq̄s resplēdēt uultus ꝓspiciētiū: sic corda hoīum māifesta sēt prudentib⁹. Infern⁹ ⁊ ꝑditio nūq̄ replēt: silr et oculi hoīum insatiabiles. Quō ꝓbat i ↄflatorio argētū ⁊ ifornace auꝝ: sic ꝓbatur hō ore laudantis. Cor iniqui inquirit mala: cō aūt rectuꝫ inq̄rit sciam. Si cōtuderis stultuꝫ i pila q̄si ptisanas feriēte desup pilo: nō auferetur ab eo stultitia ei⁹. Diligent̄ agnosce uultū pecoris tui: tuosq̄ɜ greges cōsidera. Nō eīm hēb' iugit̄ ꝑtatē: sꝫ coronā tribuet tibi i generatione ⁊ generationē. Apta sūt prata ⁊ apparuerūt herbe uirētes: ⁊ collecta sunt fena de montib⁹. Agni sūt ad uestimētū tuū ⁊ hedi ad agri ꝑciū. Sufficiat tibi lac caprarū i cibos tuos ⁊ in necessaria dom⁹ tue ⁊ ad uictū ancillis tuis.

XXVIII.

Fugit impi⁹ nemie ꝑsequēte: iust⁹ āt q̄si leo confidēs absq̄ɜ terrore erit. Propter pcc̄a t̄re multi pricipes ei⁹: ⁊ ꝑpt̄ hōis sapiētiā ⁊ horū sciam q̄ dicūt: uita ducis lōgior erit. Uir paup calūniās paupes: silis est ībri uehementi i quo paratur fames. Qui derelinquūt legē laudāt ipiū: qui custodiūt succendūt ↄtra eū. Uiri mali non cogitāt iudiciū: q̄ āt inq̄runt dn̄um aiaduertunt oīa. Melior ē paup ambulās in simplicitate sua: q̄ȝ diues i prauis itinerib⁹. Qui custodit legē fili⁹ sapiēs ē: qui āt comessatores pascit confundit pr̄em suum. Qui coaceruat diuitias usuris ⁊ fenore liberali: i paupes ↄgregat eas. Qui declinat aures suas ne audiat legē: orō ei⁹ erit execrabil'. Qui d̄cipit iustos i uia mala: in intitu suo corruet: ⁊ simplices possidebūt bona eius. Sapiens sibi uidet uir diues: paup āt prudēs scrutabit̄ eū. In exultatione iustoꝝ multa glīa est regnātibus impijs ruine hoīum. Qui abscondit scelera sua nō diriget: qui āt cōfessus fuerit ⁊ reliq̄rit ea miam conseq̄t. Bt̄s hō qui sēp est pauidus: qui vō mentis ē dure: corruet i malum. Leo rugiens ⁊ vrsus esuriēs: princeps impius super ppl'm pauperem. Dux i digēs prudentia multos opprimet p calumniam: q̄ āt odit auariciam: lōgi fiēt dies ei⁹.

hoīeꝫ qui calūniat̄ aīe sanguinē: si usq̄ɜ ad lacum fugerit nemo sustinet. Qui ambulat simpliciter salu⁹ erit: q̄ ꝑuersis gradit̄ uijs ↄcidet semel. Qui opatur t̄rā suā satiabit panib⁹: q̄ aūt sectat̄ ociū replebit̄ egestate. Uir fidelis multū laudabitur: q̄ āt festiat ditari non erit inocēs. Qui coḡscit i iudicio faciē non bene fac: iste ⁊ ꝓ buccella panis deserit veritatē. Uir q̄ festinat ditari ⁊ alijs iuidet: ignorat q̄ȝ egestas supueniet ei. Qui cōripit hoīem: grām postea inueniet apud eum: magis q̄ȝ ille qui ꝑ lingue blādimenta decipit. Qui subtrahit aliq̄d a pr̄e suo ⁊ a m̄re ⁊ dicit hoc nō eē pcc̄m: particeps homicide est. Qui se iactat ⁊ dilatat: iurgia cōcitat: q̄ vō sperat i dn̄o saluabit̄. Qui cōfidit in corde suo stult⁹ ē: qui āt graditur sapiēt̄: ipse laudabitur. Qui dat paupi nō idigebit: qui despicit depcātē sustinebit penuriam. Cū surrexerint impij abscondēt hoīes: cū illi perierint: multiplicabunt iusti.

XXIX.

Uiro q̄ corripiētē dura ceruice ↄtēnit: repentin⁹ ei supueniet interit⁹: ⁊ eū sanitas non seq̄tur. In m'tiplicatiōe iustoꝝ letabitur uulg⁹: cū ipij sūpserit principatū: gemet ppl's. Uir q̄ amat sapiaꝫ: letificat patrem suū: q̄ āt nutrit scortū pdet s̄baꝫ. Rex iustus erigit terrā: uir auar⁹ destruet eā. Hō qui blandis fictisq̄ɜ sermōibus loquit̄ amico suo: rete expandit gressibus eius. Peccātē uirū iniquū iuoluet laque⁹: ⁊ iust⁹ laudabitur atq̄ɜ gaudebit. Nouit iustus cām pauperꝝ: ipius iḡrat sciam. Hoīes pestilētes dissipant ciuitatem: sapientes vō auertunt furorē. Uir sapiēs si cū stulto cōtenderit: siue irascatur siue rideat: nō inueniet reqē. Uiri sanguinū oderūt simplicē: iusti āt q̄rūt aiaꝫ eius. Totum sp̄ꝫ suū ꝓfert stult⁹: sapiēs differt ⁊ reseruat in posterū. Princeps q̄ libēt audit uerba mendacij: omnes ministros hꝫ impios. Pauper ⁊ creditor obuiauerunt sibi: utriusq̄ɜ est illuminator dn̄s. Rex qui iudicat in veritate pauperes: thronus eius in et̄nū firmabitur. Uirga atq̄ɜ correctio tribuit sapiam: puer āt qui dimittitur voluntati sue confūdit m̄rem suā. In multiplicatione impioꝝ multiplicabūtur scelera: ⁊ iusti ruinas eorū uidebūt. Erudi filiū tuuꝫ ⁊ refrigerabit te: ⁊ dabit delitias aīe tue. Cū ꝓphetia d̄fecerit: dissipabit ppl's: q̄ vō custodit legē: beatus ē. Seruus uerbis nō potest

erudiri: q: qđ dicis itellit: ⁊ rñdere ꝯtēnit. Uidisti hoiem uelocē ad loquēdū: stultitia magis speranda ē q̄ꝫ illius corectio. Qui ḋ licate a pueritia sua nutrit ſuū suū: postea sentiet eū cōtumacē. Uir iracūdus ꝓuocat rixas: ⁊ q̄ ad idignādū facil' ē: erit ad peccādū ꝓcliuior. Supbū seq̄t hūilitas: ⁊ hūilez spu suscipiet gl'a. Qui cū fure ꝑticipat: odit aiam suam: adiurātē audit: ⁊ n̄ idicat. Qui timet hoiem cito corruet: q̄ spat i dño suble uabit. Multi req̄rūt faciē ꝑncipis: ⁊ iudiciū a dño egredit singuloꝝ. Abominant iusti uiꝝ ipiū: ⁊ abominātur impij eos qui in recta sūt uia. Uerbū custodiēs filius extra ꝑditionem erit. .XXX.

Uerba ꝯgregantis: filij vomentis. Uisio quā locut' ē uir cū q̄ ē deus: ⁊ q̄ deo secum morāte ꝯfortat' ait: Stultissim' sū virorū: ⁊ sapia hoium nō ē mecū. Non didici sapiētiā: ⁊ noui sciam scoꝝum. Quis ascendit i celū atq3 descendit? Quis ꝯtinuit spm in manib' suis? Quis colligauit aq̄s quasi i uestimento? Quis suscitauit ōes terminos tre? Qđ nomē ē ei': ⁊ qđ nomē filij ei' si nosti? Ois ſmo dei ignit' clype' ē oibus spantib' i se. Ne addas q̄cq̄ꝫ verbis ill': ⁊ arguaris inueniarisq3 mendax. Duo rogaui te: ne deneges mihi anteq̄ꝫ moriar. Uanitatem ⁊ v̄ba mendacia longe fac a me. Mendicitatez ⁊ diuitias ne dederis mihi. Tribue tm̄ uictui meo necessaria: ne forte satiat' illiciar ad negādū: ⁊ dicā: q̄s ē dñs: aut egestate cōpulsus furer: ⁊ piurē nom̄ dei mei. Ne accuses seruuz ad dñz suū: ne forte maledicat tibi et corruas. Generatio q̄ pr̄i suo maledicit ⁊ q̄ mr̄i sue non benedicit. Generatio q̄ sibi mūda uidet: ⁊ tn̄ n̄ ē lota a sordibus suis. Generatio cui' excelsi sūt oculi: ⁊ palpebre ei' in alta subrecte. Generatio q̄ ꝓ dentib' gladios h3 ⁊ cōmādit molarib' suis: ut comedat iopes ḋ terra ⁊ paupes ex hoib'. Sāguisuge due sunt filie: dicētes affer affer. Tria sᵗ i saturabilia: ⁊ quartū q̄ꝫ nunq̄ꝫ dicit sufficit. Infernus ⁊ os uulue ⁊ t̄ra que non satiat aqua: ignis vo nunq̄ꝫ dicit sufficit. Oculuz q̄ subsānat pr̄ez ⁊ q̄ despicit ꝑtū mr̄is sue: suffodiant eū corui de torrētibus: ⁊ comedant eū filij aquile. Tria sūt difficilia mihi: ⁊ q̄rtū penit' igro: Uiā aq̄le in celo: uiā colubri super petrā: uiā nauis i medio mari: ⁊ viaz uiri in adolescentia. Talis ē ⁊ uia mulieris adultere q̄ comedit: ⁊ tergens os suū dicit: Nō sū opata malū. Per tria mouet terra: ⁊ q̄rtū qđ non pōt sustinere. Per seruū cū regnauerit: ꝑ stultū cū saturat' fuerit cibo: ⁊ ꝑ odiosā mlierē cū i mr̄imōio fuerit assūpta: ⁊ ꝑ ancillā cū fuerit hēs dñe sue. Quattuoꝛ sūt minima terre: ⁊ ipsa sūt sapiētiora sapiētib'. Formice ppl's ifirm': q̄ ꝑparat i messe cibū sū. Lepuscul' plebs iualida: q̄ collocat i petra cubile suum. Regem locusta non hēt: ⁊ egreditur vniuersa ꝑ turmas suas. Stellio manibus nititur: ⁊ morat in edibus reḡ. Tria sūt q̄ bene gradiunt: ⁊ quartū qđ incedit feliciter. Leo fortissim' bestiaꝝ ad null' pauebit occursū. Gall' succinct' lūbos suos ⁊ aries: nec ē rex q̄ resistat ei: ⁊ q̄ stult' apparuerit: postq̄ꝫ eleuat' ē i sublime. Si. n. itellexisset ori suo iposuisset manū. Qui aūt fortit premit ubera ad eliciēdū lac: exꝑmit butyꝝ ⁊ qui vehementer emungit: elicit sanguinē: ⁊ q̄ ꝓuocat iras ꝓducit discordias. XXXI.

Uerba lamuelis reḡ. Uisio q̄ erudiuit eum mr̄ sua. Quid dilecte mi? quid dilecte vteri mei? quid dilecte votorū meorū? Ne dederis mulieribus substantiam tuaz: ⁊ diuitias tuas ad delendos reges. Noli regibus o lamuel noli regibus dare uinuz: q: nullū secretū ē ubi regnat ebrietas. Ne forte bibāt ⁊ obliuiscantur iudicioꝝ: ⁊ mutēt causam filioruz pauperis. Date siceraz merentibus: ⁊ uinum his q̄ amaro sūt animo. Bibant ⁊ obliuiscāt egestatis sue: ⁊ doloris sui non recordēt ampli'. Aperi os tuuz muto: ⁊ causis oium filioꝝ qui ꝑtranseūt. Api os tuū: decerne qđ iustū ē: ⁊ vindica iopem ⁊ paupez. Aleph: Mulierē fortē q̄s iueiet? ꝓcul ⁊ de vltimis finib' ꝑciū ei'. Beth: Cōfidit i ea cor uiri sui: ⁊ spolijs nō idigebit. Gimel: Reddet ei bonū ⁊ nō malū: oib' diebus vite sue. Deleth: Quesiuit lanam ⁊ linum: ⁊ operata ē consilio manuū suarū. He: Facta ē quasi nauis institoris de longe: portās panez suū. Uau: De nocte surrexit: ḋditq3 ꝑdam domesticis suis ⁊ cibaria ancill' suis. Zai: Considerauit agrū ⁊ emit eum: de fructu manuum suaruz plantauit uineā. Heth: Accinxit fortitudine lumbos suos: ⁊ roborauit brachiū suū. Theth: Gustauit ⁊ vidit q: bōa ē negociatio eius: nō extiguet i nocte lucerna eius. Joth: Manum suam misit ad fortia: ⁊ digiti ei' apphēderūt fusū. Raph:

Manũ suã apuit iopi: ⁊ palmas suas extendit ad paupẽ. Lamech: Nõ timebit domui sue a frigorib' niuis: ões.n. domestici ei' uestiti sũt duplicib'. Mem: Stragulatã uestẽ fecit sibi: byssus ⁊ purpura indumentũ ei'. Nun: Nobilis i portis uir ei': qñ sederit cũ senatoribus t̃re. Samech: Sindonẽ fecit ⁊ uẽdidit: ⁊ cingulũ tradidit chananeo. Ayn: Fortitudo ⁊ decor indumẽtũ ei': ⁊ ridebit i die nouissimo. Phe: Os suũ apuit sapiẽtie ⁊ lex clemẽtie in lingua ei'. Sade: Considerauit semitas domus sue: ⁊ panez ociosa ñ comedit. Coph: Surrexerũt filij ei' ⁊ beatissimam p̃dicauerũt: uir ei' ⁊ laudauit eam. Res: Multe filie cõgregauerũt diuitias: tu supergressa es vniuersas. Syn: Fallax g̃ra ⁊ uana ẽ pulchritudo: mlier timẽs dñm ipsa laudabitur. Thau: Date ei de fructu manuum suaꝝ: ⁊ laudẽt eã i portis opa eius.

Expliciũt puerbia salomõis. Incipit plog' sancti Hieronymi in librum Ecclesiasten.

Memini me ante hoc ferme quinquẽniũ: cuz adhuc rome essem: ⁊ ecclesiasten scẽ blesille legerẽ: ut eã ad contemptum mũdi hui' puocarẽ: ⁊ õe qδ i mũdo cerneret putaret esse p nihilo: rogatũ ab ea: ut in morẽ cõmẽtarioli obscura queqȝ dissererẽ: ut absqȝ me posset intelligẽ q̃ legebat. Itaqȝ qm̃ i pcinctu nr̃i operis s̃bita morte s̃btracta est: ⁊ ubi non meruimus o paula ⁊ eustochium talem vite nostre habere consortez: tanto uulnere tũc percussus obmutui: nũc in bethleem positus angustiore uidelicet ciuitate ⁊ illius memorie ⁊ uobis r̃ddo quod debeo. Hoc breuiter ammonens: ꝙ nullius auctoritatem secutus sũ: sed de hebreo trãsferens maxime septuagita int̃pretũ ꝯsuetudini me coaptaui: in his duntaxat que nõ multum ab hebraicis discrepabant. Interdũ aquile quoqȝ ⁊ symmachi ⁊ theodotõis recordatus sum: ut nec nouitate nimia lectoris studium deterrerem: nec rursum ꝯtra cõsciam meam fonte ueritatis omisso: opinionum riuulos consectarer.

Explicit prologus sancti Hieronymi. Incipit liber Ecclesiastes. Capitulũ. I.

Verba ecclesiastes filij dauid reg̃ hierusalẽ. Uanitas uanitatũ dixit ecclesiastes: uanitas uanitatum ⁊ omnia uanitas. Quid hȝ ampli' hõ de vniuerso labore suo quo laborat sub sole? Generatio preterit: ⁊ generatio aduenit: t̃ra autẽ in eternuz stat. Orit̃ sol ⁊ occidit: ⁊ ad locũ suũ reuertit̃: ibiqȝ renascẽs gyrat p meridiem: ⁊ flectit̃ ad aqlonẽ. Lustrãs uniuersa in circuitu pgit sp̃s: ⁊ i circulos suos reuertitur. Omnia flumina intrant i mare: ⁊ mare nõ redundat. Ad locum vnde exeunt flumina reuertunt̃: ut iterũ fluant. Cuncte res difficiles: nõ põt eas hõ explicare sermone. Non saturatur oculus visu: nec auris auditu impletur. Quid ẽ qδ fuit? Ipsũ qδ futurũ est. Quid ẽ qδ factũ ẽ? Ipsũ qδ faciendũ est. Nihil sub sole nouũ: nec valet q̃sq̃ dicẽ: ecce hoc recẽs est: iam.n. p̃cessit i seculis q̃ fuerũt añ nos. Non ẽ priorũ memoria: sed nec eoꝝ q̃dẽ q̃ postea futura sunt erit recordatio apud eos q̃ futuri sunt i nouissimo. Ego ecclesiastes fui rex isrl' in ir̃lm: ⁊ pposui i animo meo querẽ ⁊ inuestigare sapienter d̃ õibus que fiunt sub sole. Hãc occupationẽ pessimã dedit deus filijs hoium: ut occuparẽt in ea. Uidi q̃ fiunt cuncta sub sole: ⁊ ecce vniuersa uãitas ⁊ afflictio sp̃s. Peruersi difficile corrigũt: ⁊ stultoꝝ infinit' ẽ numer'. Locutus sũ i corde meo dicẽs: Ecce magn' effectus sũ: ⁊ p̃cessi ões sapia qui fuerũt añ me in ir̃lm: ⁊ mens mea ꝯtẽplata est multa sapient' ⁊ didici: dediqȝ cor meuz ut scirem prudẽtiã atqȝ doctrinã: erroresqȝ ⁊ stultitiam. Et agnoui ꝙ i his q̃ȝ esset labor ⁊ afflictio sp̃s: eo ꝙ in multa sapia mlta sit idignatio: ⁊ q̃ addit sciam: addit ⁊ laborẽ. .II.

Dixi ẽ in corde meo: Uadã ⁊ affluã delitijs: ⁊ fruar bonis. Et uidi ꝙ hoc q̃ȝ ẽet uanitas. Risũ reputaui errorẽ: ⁊ gaudio dixi: Quid frustra decipis? Cogitaui i corde meo: abstrahere a vino carnem meam: vt animum meum transferrem ad sapiẽtiaz deuitarẽqȝ stultitiã: donec uiderem quid esset vtile filijs hoium: quo facto opus est sub sole numero dierum vite sue. Magnificaui opera mea. Edificaui mihi domos: ⁊ plantaui uineas: feci hortos ⁊ pomeria: ⁊ conseui ea cuncti generis arboribus: ⁊ extruxi mihi

piſcinas agrū ut irrigarem ſiluam lignoꝝ
germinātiū. Poſſedi ſeruos ⁊ ancillas: mł
tamq̄ familiā hūi: armēta quoq̄ ⁊ magnos
ouium greges: ultra oēs q̄ fuerūt añ me in
irlm. Coaceruaui mihi argētū ⁊ aurū ⁊ ſb-
ſtātias regū ⁊ ꝓuinciaꝝ. Feci mihi cātores ⁊
cātatrices ⁊ delitias filiorū hoīum: cyphos
⁊ urçeolos in miniſterio ad uina fundēda:
⁊ ſupergreſſus ſū opib⁹ oēs q̄ añ me fuerūt
in irlm. Sapientia q̄ꝫ pſeuerauit mecum: ⁊
oīa que deſiderauerūt oculi mei nō negaui
eis: nec ꝓhibui cor meū q̄n oī voluptate fru
eret: ⁊ oblectaret ſe i his q̄ ꝑparaueraꝫ. Et
hāc ratus ſū ptē meā: ſi uterer labore meo.
Cūq̄ me ꝯuertiſſē ad vniu̾ſa opa q̄ fecerāt
manus mee: ⁊ ad labores i quib⁹ fruſtra ſu
dauerā: uidi i oīb⁹ uanitatē ⁊ afflictionē a-
nimi: ⁊ nihil pmanē ſub ſole. Tranſiui ad
ꝯtēplādā ſapiaꝫ erroreſq̄ ⁊ ſtultitiā. Quid
ē inquā hō: ut ſeq̄ poſſit regē factorē ſuuꝫ?
Et uidi q̄ tm̄ precedēt ſapia ſtultitiā: q̄tuꝫ
differt lux a tenebris. Sapiētis oculi i capi
te eius: ſtultus i tenebris ambulat. Et didi-
ci q̄ unus vtriuſq̄ eēt interitus: ⁊ dixi in cor-
de meo: Si unus ⁊ ſtulti ⁊ me⁹ occaſus erit:
q̄d mihi ꝓdeſt q̄ maiorē ſapie dedi operaꝫ?
Locutuſq̄ cū m̄te mea: aiaduerti q̄ hoc q̄ꝫ
eēt uanitas. Non.n. erit memoria ſapientis
ſilr ut ſtulti i ppetuū: ⁊ futura tp̄a obliuiōe
cūcta parit̾ opeꝛient. Morit̾ doct⁹ ſilr ut in
doct⁹: ⁊ iccirco teduit me uite mee: uidenteꝫ
mala uniuerſa eē ſub ſole: ⁊ cūctā uanitateꝫ
⁊ afflictionē ſp̄s. Rurſus deteſtat⁹ ſū oēm i
duſtriam meā: q̄ ſub ſole ſtudioſiſſime labo
raui: habiturus hēdē p⁹ me quem ignoꝛo v
trū ſapiēs aut ſtultus futurus ſit: ⁊ dn̄abit̾
in laboribus meis q̄bus deſudaui ⁊ ſollici-
tus fui. Et ē q̄cq̄ tā uanū? Un̄ ceſſaui: renū-
ciauitq̄ cor meū ultra laboꝛare ſb̾ ſole. Nā
cum ali⁹ laboꝛet i ſapia ⁊ doctrina ⁊ ſollici-
tudine: hōi ocioſo q̄ſita dimittit. Et hoc q̄ꝫ
uanitas ⁊ magnum malum. Quid.n. ꝓde-
rit hōi de uniuerſo labore ſuo ⁊ afflictione
ſp̄s q̄ ſub ſole cruciat⁹ ē? Cūcti dies eius do
loribus ⁊ erūnis pleni ſunt: nec ꝑ noctē mē-
te requieſcit. Et hoc nōne uanitas ē? Nōne
melius ē comedē ⁊ bibere: ⁊ oſtēdere aīe ſue
bona de laboribus ſuis? Et hoc de mā̄u dei
eſt. Quis ita deuorabit ⁊ delitijs affluet ut
ego? Hōi bono in cōſpectu ſuo ōdit deus ſa
pientiā ⁊ ſciētiā ⁊ letitiam: peccatori auteꝫ
dedit afflictionē ⁊ curā ſupfluā: ut addat et
ꝯgreget ⁊ tradat ei q̄ placuit deo. Sꝫ ⁊ hoc
uanitas ē: ⁊ caſſa ſollicitudo mentis.

.III.

Omnia tp̄s hn̄t: ⁊ ſuis ſpatijs trāſeūt
uniuerſa ſub celo. Tempus naſcendi:
⁊ tempus moriendi. Tp̄s plantandi: ⁊ tem
pus euellendi quod plantatum eſt. Temp⁹
occidēdi: ⁊ tēp⁹ ſanādi. Temp⁹ deſtruēdi: et
temp⁹ edificandi. Tēpus flendi: ⁊ tempus
ridendi. Tēpus plangendi: ⁊ tempus ſaltā-
di. Temp⁹ ſpargendi lapides: ⁊ tempus col
ligendi. Temp⁹ amplexandi: ⁊ tp̄s longe fie
ri ab amplexibus. Tēp⁹ acquirēdi: ⁊ tp̄s ꝑ
dendi. Tempus cuſtodiendi: ⁊ tp̄s abyciendi
di. Tp̄s ſcindendi: ⁊ tp̄s conſuendi. Tēpus
tacendi: ⁊ tp̄s loquendi. Tēpus dilectionis:
⁊ tēp⁹ odij. Tēpus belli: ⁊ tp̄s pacis. Quid
habet āplius hō de labore ſuo? Uidi afflic-
tionē quam dedit deus filijs hoīuꝫ: ut diſtē
dant̾ i ea. Cuncta fecit bona i tp̄e ſuo: ⁊ mū-
dū tradidit diſputationi eoꝝ: ut nō inuēiat
hō opus q̄ō opatus ē deus ab initio uſq̄ ad
finem. Et cognoui q̄ nō eēt melius niſi leta
ri: facere bene i uita ſua. Oīs.n. hō q̄ come-
dit ⁊ bibit: ⁊ uidet bonū de labore ſuo: hoc
donū dei eſt. Didici q̄ oīa opa que fecit de⁹
pſeuerent i ppetuū. Non poſſum⁹ eis quic-
q̄ addere nec auferre: que fecit de⁹ vt timea
tur. Quod factū ē: ipſū pmanet. Que futu
ra ſunt iā fuerūt: ⁊ deus inſtaurat q̄ō abijt.
Uidi ſub ſole i loco iudicij impietatē ⁊ i lo-
co iuſtitie iniq̄tatē: ⁊ dixi i coꝛde meo: Juſtū
⁊ impiū iudicabit dn̄s: ⁊ tp̄s oīs rei tūc erit.
Dixi i corde meo de filijs hoīuꝫ: ut ꝓbaret
eos deus: ⁊ oñderet ſiles eſſe beſtijs. Jccirco
unus interit⁹ ē hoīs ⁊ iumētorū: ⁊ eq̄ utriuſ-
q̄ ꝯditio. Sicut morit̾ hō: ſic ⁊ illa moriū
tur. Similit̾ ſpirāt oīa: ⁊ nihil habet hō iu-
mēto āpli⁹. Cuncta ſubiacēt uanitati: ⁊ oīa
pgunt ad unū locū. De terra facta ſūt: ⁊ in t̄
rā parit̾ reuertūt̾. Quis nouit ſi ſp̄s filiorū
adam aſcendat ſurſū: ⁊ ſi ſp̄s iumentorum
deſcēdat deorſū? Et dep̄hendi nihil eē meli
us: q̄ letari hoīem i opere ſuo: ⁊ hāc eē ptē
illius. Quis.n. eum adducet ut p⁹ ſe futura
cognoſcat?

.IIII.

Uerti me ad alia: ⁊ uidi calumnias que
ſub ſole geruntur ⁊ lachrymas inocē
tium ⁊ neminem conſolatorē: nec poſſe re-
ſiſtere eoꝝ uiolētie cunctoꝝ auxilio deſtitu
tos. Et laudaui mag̾ mōtuos q̄ uiuētes: ⁊

feliciorẽ utroq; iudicaui q̃ necdũ nat⁹ ẽ: nec
uidit mala q̃ sub sole fiũt. Rursũ cõtẽplat⁹
sũ ões labores hoium: ⁊ industrias aiadv̓ti
patere inuidie pximi. Et i hoc ģ uanitas: ⁊
cura supflua est. Stultus cõplicat man⁹ su
as: ⁊ comedit carnes suas dicẽs: Meli⁹ ẽ pu
gillus cũ requie: q̃ plena utraq; man⁹ cum
labore ⁊ afflictione animi. Considerans re
peri ⁊ aliã uanitatẽ sub sole. Un⁹ ẽ ⁊ fm nõ
hz non filiũ non frẽm: ⁊ tñ laborare nõ ces-
sat: nec satiãt oculi ei⁹ diuitijs: nec recogitat
dicens: Cui laboro ⁊ fraudo aiam meã in
bonis? In hoc q̃z uanitas ẽ: ⁊ afflictio pessi-
ma. Melius ẽ ģ duos cẽ sil' q̃ unũ. habent
enim emolumẽtum societatis sue. Si unus
ceciderit: ab altero fulcietur. Ue soli: q: cũ
ceciderit non hz subleuantẽ se. Et si dormi
erint duo: fouebuntur mutuo. Unus quõ
calefiet? Et si quispiã pualuerit ɔtra unũ:
duo resistunt ei. Funicul⁹ triplex difficile rũ
pitur. Melior ẽ puer pauper ⁊ sapiens re-
ge sene ⁊ stulto: qui nescit puidere i posterũ:
q̃ de carcere catenisq; interdũ quis egredi-
atur ad regnum: ⁊ ali⁹ natus in regno iopia
consumatur. Uidi cũctos uiuẽtes q̃ ambu-
lant sub sole cũ adolescẽte fo: qui consurget
p eo. Infinitus numer⁹ ẽ ppli oium q̃ fuẽt
añ eũ: ⁊ qui postea futuri sũt: non letabũtur
in eo. Sed ⁊ hoc uanitas ⁊ afflictio sps. Cu
stodi pedem tuũ ingrediens domũ dei: ⁊ ap
propinq̃t ut audias. Multo enim meliõ est
obedientia q̃ stultorũ uictime: q̃ nesciũt q̃d
faciunt mali.

C. V.

NE temere quid loquaris: neq; cõ tuũ
sit uelox ad pferendũ sermonẽ coram
deo. Deus .n. in celo ⁊ tu sup terram: iccir-
co sint pauci sermones tui. Multas curas
sequũt sõnia: ⁊ in m̃ltis fmõib⁹ iueniet stul
titia. Siq̃d uouisti deo: ne moreri reddere.
Displicet eĩm ei ifidel' ⁊ stulta pmissio. Sed
qõcunq; uoueris redde. M̃ltoq; melius ẽ
non uouẽ: q̃ p⁹ votũ pmissa non reddẽ. Ne
dederis os tuũ ut peccare facias carnem tu-
ã: neq; dicas corã angelo ñ ẽ puidẽtia: ne fõ
te iratus dñus ɔtra sermones tuos dissipet
cũcta opa mãuũ tuarũ. Ubi m̃lta sunt som
nia: plĩme sũt uanitates ⁊ fmões inumeri.
Tu võ deũ time. Si uideris calũnias egẽo-
rũ ⁊ uiolenta iudicia ⁊ subuerti iustitiam i
puincia: nõ mireris sup hoc negocio: q: ex-
celso excelsior ẽ ali⁹: ⁊ sr̃ hos q̃z eminẽtiores
sũt alij: ⁊ insr̃ uniṽse tre rex ipat seruiẽti. A-
uar⁹ nõ iplebitur pecũia: ⁊ q̃ amat diuitias
fructum nõ capiet ex eis. Et hoc ģ uanitas.
Ubi multe sũt opes: m̃lti ⁊ q̃ comedũt eas.
Et q̃d pdest possessori: nisi q̃ cernit diuitias
oculis suis? Dulcis ẽ somn⁹ opanti siue par
siue multũ comedat: saturitas aũt diuitis ñ
sinit eũ dormire. Est ⁊ alia infirmitas pessi-
ma: quam uidi sub sole. Diuitie conseruate
in malũ dñi sui. Pereũt .n. i afflictione pessi
ma. Generauit filiũ: q̃ in sũma egestate erit.
Sicut egressus ẽ nud⁹ de utero mřis sue: sic
reuertet: ⁊ nihil auferet secũ de labore suo.
Miserabilis prsus infirmitas. Quõ uenit:
sic reuertet. Quid ģ pdest ei q̃ laborauit in
uentũ? Cũctis dieb⁹ uite sue comedit in tene
bris ⁊ i curĩ m̃ltis: ⁊ i erumna atq; tristitia.
Hoc itaq; uisũ ẽ mihi bonũ: ut cõedat q̃s ⁊
bibat: ⁊ fruat letitia ex labore suo: q̃ labora
uit ipse sub sole numero dierũ uite sue: q̃s
dedit ei deus: ⁊ hec ẽ ps illius. Et õi hõi cui
dedit de⁹ diuitias atq; sbam: potestatẽq; ei
tribuit: ut comedat ex eis ⁊ fruat pte sua: et
letet de labore suo: hoc ẽ donũ dei. Nõ .n.
satis recordabit dierũ uite sue: eo q̃ de⁹ occu
pet delitijs cor eius.

C. VI.

EST ⁊ aliud malũ qõ uidi sub sole: ⁊ q̃-
dẽ frequẽs apud hoies. Uir cui dedit
de⁹ diuitias ⁊ sbam ⁊ honorẽ ⁊ nihil deest
aie sue ex õibus que õsiderat: nec tribuit ei
potestatem deus: ut comedat ex eo: sz hõ ex
traneus vorabit illud. Hoc uanitas ⁊ ma-
gna miseria ẽ. Si genuerit q̃spiã centũ libos
⁊ uixerit multos annos: ⁊ plures dies etat
habuerit: ⁊ aia illi⁹ nõ utat bonis sbe sue: se
pulturaq; careat: de hoc ego pnũcio q̃ me
lior illo sit abortiuus. Frustra .n. uẽit ⁊ pgit
ad tenebras: ⁊ obliuione delebit nomẽ eius.
Non uidit solem neq; cognouit distantiam
boni ⁊ mali: etiam si duob⁹ milib⁹ annis ui
xerit: ⁊ nõ fuerit pfruitus bonis. Nonne ad
vnũ locũ pperãt oia? Ois labor hõis in ore
ei⁹: sz aia ei⁹ nõ iplebit bonis. Quid hz am
plius sapiẽs a stulto: ⁊ quid paup nisi ut pe
gat illuc ubi ẽ uita? Meli⁹ ẽ uidẽ qõ cupias:
q̃ desiderare qõ nescias. Sz ⁊ hoc uãitas ẽ
⁊ psũptio sps. Qui futur⁹ ẽ: iã uocatũ ẽ no
mẽ ei⁹: ⁊ scit q̃ hõ sit: ⁊ ñ possit ɔtra fortio
rẽ se i iudicio ɔtendere. Uerba sunt plima:
multãq; in disputando habentia uanitatẽ.

C. VII.

Quid necesse ē hōi maiora se q̄-
rere: cū igⁿret quid ꝯducat sibi i uita sua
numero dierū peregrinatōis sue: ꝛ tp̄e qō
velut umbra p̄terit? Aut quis ei poterit in-
dicare: quid p⁹ eū futurū sub sole sit? Meli⁹
est nomen bonū q̄ꝫ unguēta preciosa: ꝛ dies
mortis die natiuitatis. Melius ē ire ad do-
mum luctus: q̄ꝫ ad domū ꝯuiuij. In illa eīʒ
finis cunctoꝝ ammonet hoīum: ꝛ viuens
cogitat q̄d futuꝝ sit. Melior ē ira risu: q꞉ ꝑ
tristitiā uultus corrigit anim⁹ deliquentis.
Cor sapiētiū ubi tristitia ē: ꝛ cor stultoꝝ u-
bi letitia. Melius ē a sapiēte corripi: q̄ꝫ stul
torū adulatiōe decipi: q꞉ sicut sonit⁹ spinaꝝ
ardentium sub olla: sic risus stulti. Sed et
hoc uanitas. Calūnia ꝯturbat sapiētez: ꝛ ꝑ-
det robur cordis eius. Melior ē finis oīōis
q̄ꝫ principiū. Melior ē patiēs arrogāte. Ne
sis velox ad irascēdū: q꞉ ira i sinu stulti req̄-
escit. Ne dicas: q̄d putas cause ē: q̄ꝫ p̄ora tp̄a
meliora fuere q̄ꝫ nūc sūt. Stulta enim ē hu-
iuscemodi iterrogatio. Utilior ē sapīa cum
diuitijs: ꝛ magis ꝓdest uidētib⁹ solē. Sicut
eīʒ ꝓtegit sapīa: sic ꝓtegit pecunia. Hoc aūt
plus hʒ eruditio ꝛ sapīa: q̄ꝫ uitā tribuūt pos
sessōi suo. Cōsidera opa dei: q̄ꝫ nemo possit
corrigē quē ille despexerit. In die bona frue
re bonis: ꝛ malā diē p̄caue. Sīc eīʒ hāc sic ꝛ
illā fecit de⁹: ut n̄ iueniat hō ꝯtra euʒ iustas
q̄rimonias. Hec q̄ꝫ uidi i dieb⁹ uāitatꝭ mee.
Justus perit in iustitia sua: ꝛ ipius multo vi
uit tp̄e i malicia sua. Noli eē iust⁹ multum:
neq꞉ pl⁹ sapias q̄ꝫ necesse ē: ne obstupescas.
Ne impie agas multū: ꝛ noli esse stultus: ne
moriaris i tp̄e non tuo. Bonum ē te susten
tare iustū: sʒ ꝛ ab illo ne subtrahas manum
tuā: q꞉ q̄ timet deū nihil negligit. Sapiētia
cōfortauit sapientē sup decē pricipes ciuita
tis. Nō est eīʒ hō iust⁹ i terra: q̄ faciat bonū
ꝛ non peccet. Sʒ ꝛ cūctis ſmonib⁹ q̄ dicūt:
ne accōmodes cor tuū: ne forte audias ſuū
maledicētez t̄. Scit eīʒ ꝯscia tua: q꞉ ꝛ tu cre
bro maledixisti alijs. Cūcta tentaui i sapīa.
Dixi sapiēs efficiar: ꝛ ipsa longius recessit a
me multo magis q̄ꝫ erat. Et alta ꝓfunditas:
q̄s inueniet eā? Lustraui uniuersa aīo meo:
ut scirē ꝛ ꝯsiderarē ꝛ q̄rerē sapiētiā ꝛ rōnē:
ꝛ ut cognoscerem impietatem stulti ꝛ erro-
rem imprudētiū. Et inueni amariorem mō
te mulierem: que laque⁹ uenatoruʒ est: ꝛ sa
gena cō ei⁹. Uincula sunt manus illi⁹. Qui
placet deo effugiet illam: qui autem peccor
est capietur ab illa. Ecce hoc inueni dixit ec
clesiastes unū ꝛ alteꝝ: ut iuēirem rōnē quā
adhuc q̄rit aīa mea: ꝛ nō iueni. Uiꝝ de mil
le unū repeꝛi: mlierē ex oīb⁹ n̄ inueni. Solū
mō hoc inueni: q̄ꝫ fecerit de⁹ hoīem rectuʒ:
ꝛ ipse se īfinitꝭ miscuerit q̄onib⁹. Quis talis
ut sapiens est? Et q̄s cognouit solutionē ver
bi?

C. VIII.

Sapia hōis lucet i uultu eius: ꝛ poten
tissim⁹ faciē illius cōmutabit. Ego os
regis obseruo: ꝛ p̄cepta iuramēti dei. Ne fe
stines recedere a facie eius neq꞉ ꝑmaneas i
opere malo: q꞉ ōe qō voluerit faciet: ꝛ ſmo
illius p̄tate plen⁹ ē: Nec dicē q̄s q̄ꝫ ei pōt: q̄re
ita facis? Qui custodit p̄ceptū: nō experiet̄ q̄c
q̄ꝫ mali. Temp⁹ ꝛ r̄n̄sionez cor sapientis in-
telligit. Omni negocio tempus ē ꝛ oppōtu
nitas: ꝛ multa hōis afflictio: q꞉ ignorat p̄ti
ta: ꝛ futura nllo scire pōt nūcio. Nō ē i hōis
p̄tate ꝓhibere spūm: nec habet p̄tatem i die
mortis: nec sinit q̄escere igruēte bello: neq꞉
saluabit impietas impium. Oīa hec cōside-
raui: ꝛ dedi cor meū i cunctis opib⁹ que fiūt
sub sole. Intēdū dn̄at homo homini i malū
suum. Uidi impios sepultos: q̄ etiā cum ad
huc uiuerent: i loco sc̄o erant: ꝛ laudabātur
i ciuitate q̄si iustoꝝ operū. Sed ꝛ hoc vani
tas ē. Eteim q꞉ nō ꝓfert cito ꝯtra malos sē-
tentia: absq꞉ timore ullo filij hoīuʒ ꝑpetrāt
bus his uelut ornamento uestieris:⁊ circū
dabis tibi eos quasi sponsa. Quia deserta
tua et solitudines tue et t̄ra ruine tue nunc
āgusta erūt p̄ hītatoribus:et longe fugabunt
q̄ absorbebāt te. Adhuc dicēt in auribꝰ tu
is filij sterilitatis tue:Angustus ē mihi locꝰ
fac spatiū mihi ut hītē:et dices ī corde tuo:
Quis genuit mihi istos? Ego sterilis et nō
pariēs trāsmigrata et captiua:et istos quis
enutriuit? Ego destituta et sola:et isti ubi
hec erāt? Hec dicit dn̄s deus:Ecce leuabo ad
gentes manū meā:et ad pp̄los exaltabo si
gnū meū. Et afferēt filios suos in ulnis:⁊ fi
lias suas sup humeros portabūt. Et erūt re
ges nutricij tui:et regine nutrices tue. Uul
tu ī t̄ra demisso adorabunt te:⁊ puluerē pe
dū tuorū lingēt. Et scies qꝛ ego dn̄s:super
quo nō ꝯfūdēt q̄ expectāt eū. Nūqd tollet
a forti preda:aut quod captū fuerit a robu
sto saluū esse poterit:qꝛ hec dicit dn̄s? Equi
dē et captiuitas a fōti tollet:⁊ quod ablatū
fuerit a robusto saluabit. Eos uō q̄ iudica
uerūt te ego iudicabo:et filios tuos ego sal
uabo. Et cibabo hostes tuos carnibꝰ suis ⁊
quasi musto sāguine suo īebriabūt. Et sci
et ōis caro:qꝛ ego dn̄s saluans te:et redēp
tor tuus fortis iacob.

L.

Hec dicit dn̄s:Quis ē hic liber repudij
matris ur̄e:quo dimisi eā? Aut quis
ē creditor meus:cui uendidi uos? Ecce.n.ī
iniqͭtatibus ur̄is uēditi estis et ī sceleribus ue
stris dimisi m̄rem uestrā:qꝛ ueni et non erat
uir:uocaui:et nō erat qui audiret. Nūquid
abbreuiata et paruula facta est manꝰ mea:
ut non possim redimere? aut non est in me
uirtus ad liberādum? Ecce īcrepatiōe mea
desertū faciā mare:ponā flumia in siccū.
Cōputrescēt pisces sine aqua et moriēt ī si
ti. Induā celos tenebris:et saccū ponā ope
rimētum eorū. Dn̄s dedit mihi linguā eru
ditā:ut sciā sustētāre eum q̄ lassus ē uerbo.
Erigit mane:mane erigit mihi aurē:ut au
diā quasi magistrū. Dn̄s deꝰ apuit mihi au
rē:ego aūt n̄ ꝯtradico:retrorsū nō abij. Cor
pus meū dedi p̄cutientibus:et genas meas
uellētibus. Faciē meā n̄ auerti ab īcrepanti
bus et cōspuētibꝰ ī me. Dn̄s deꝰ auxiliator
meus:et ideo nō sū ꝯfusus. Ideo posui faci
em meā ut petrā durissimā:et scio qm̄ nō ꝯ
fūdar. Juxta ē q̄ iustificat me. Quis ꝯtradi
cet mihi? Stemꝰ sil'. Quis ē aduersariꝰ meꝰ?
Accedat ad me. Ecce dn̄s deꝰ auxiliator me
us. Quis ē q̄ ꝯdēnet me? Ecce ōes qͣsi uesti
mētū ꝯterent:tinea comedet eos. Quis ex
uobis timens dn̄m:audiēs uocem serui sui?
Quis ābulauit ī tenebris et non ē lumē ei?
Speret ī noīe dn̄i:et innitatur sup deū suū. Ec
ce uos ōes accēdētes ignē accīcti flāmis:ā
bulate ī luīe ignis ur̄i:et in flāmis quas suc
cēdistis. De manu mea factū ē hoc uobis:
In doloribus dormietis.

LI.

Audite me q̄ sequimini quod iustū ē:
et queritis dn̄m. Attēdite ad petram
unde excisi estis:et ad cauernam laci d̄ qua
p̄cisi estis. Attēdite ad abraā p̄rem urm̄ ⁊ ad
sarā q̄ pepit uos. Qꝛ unū uocaui eū et bn̄
dixi ei:et multiplicaui eū. Consolabit̄ ergo do
mꝰ syō:et ꝯsolabit ōes ruinas eiꝰ. Et ponet
desertū eiꝰ quasi delitias:et solitudinē eiꝰ qͣsi
hortū dn̄i. Gaudiū ⁊ letitia iuenietur ī ea:gra
rū actio et uox laudis. Attendite ad me po
pulꝰ meꝰ:et tribus mea me audite. Qꝛ lex a
me exiet:et iudicium meū in lucē pp̄lorū re
quiescet. Prope ē iustꝰ meus:egressus ē sal
uator meus:et brachia mea pp̄los iudica
bunt. Me insule expectabūt:et brachium
meū sustinebūt. Leuate ī celū oculos u̅ros
et uidete sub terra deorsū:qꝛ celi sicut fumꝰ
liqͭscēt:et t̄ra sicut uestimētū atteretur:⁊ hi
tatores eius sicut hec interibūt. Salus au
tē mea ī sēpiternū erit:et iustitia mea nō de
ficiet. Audite me q̄ scitis iustū:pp̄lus meus
lex mea in corde eorū. Nolite timere oppro
briū hominū:⁊ blasphemias eoꝝ ne metu
atis. Sicut.n.uestimētum sic comedet eos
uermis:et sic lanā sic deuorabit eos tinea.
Salus aūt mea ī sēpit̄nū erit:et iustitia mea

in generationes generationũ. Cõsurge con surge iduẽ fortitudinẽ brachiũ dñi. Cõsur ge sicut in diebus ãtiquis: i generationibꝰ se culorũ. Nũqd ñ tu pcussisti supbũ: uulnera sti draconẽ? Nũqd ñ tu, siccasti mare: aquã abyssi uehemẽtis? Qui posuisti pfũdũ ma ris uiã: ut trãsirẽt liberati. Et nũc q redẽpti sunt a dño reuertẽt: et ueniẽt i syõ laudãtes et letitia sẽpitna sup capita eorũ: gaudiũ et letitiã tenebũt: fugiet dolor et gemitꝰ. Ego egoipe ꝯsolabõ uos. Quis tu ut timeas ab hoie mortali et a filio hois: q quasi fenũ ita arescet: et oblitus es dñi factoris tui: q tetẽ dit celos et fũdauit terrã: et formidasti iugi ter tota die a facie furorꝭ eiꝰ: qui te tribula bat: et parauerat ad pdẽdũ? Ubi nũc ẽ furõ tribulãtis? Cito ueniet gradiẽs ad apiẽdũ: ꝛ nõ iterficiet usqꝫ ad iternicionẽ: nec defici et panis eiꝰ. Ego ãt sũ dñs deꝰ tuus: q ꝯtur bo mare: et itumescũt fluctꝰ eius: dñs exer cituũ nomẽ meũ. Posui vba mea i ore tuo et i umbra manꝰ mee ptexi te: ut plãtes ce los et fũdes terrã: et dicas ad syon: populꝰ meus es tu. Eleuare eleuare: ꝯsurge irl'm q bibisti de manu dñi calicẽ ire eius: usqꝫ ad fundũ calicis soporis bibisti: ꝛ potasti usqꝫ ad feces. Nõ ẽ q sustẽtet eam ex õibus filiis quos genuit: et nõ ẽ q apphendat manũ eiꝰ ex õibus filiis quos enutriuit. Duo sũt qui occurrerũt tibi. Quis contristabitur super te? Uastitas et ꝯtritio et fames et gladius? Quis consolabitur te? Filii tui piecti sunt: dormierũt i capite õiuꝫ uiaꝝ sicut orix illa qatꝰ: plẽi idignatiõe dñi: icrepatiõe dei tui. Idcirco audi hec paupcl'a: et ebria non a ui no. Hec dicit dñator tuꝰ dñs et deꝰ tuus: q pugnauit p ppl'o suo. Ecce tuli de mãu tua calicẽ soporis: fũdũ calicis idignatiõis mee. Nõ adiicies ut bibas illũ ultra. Et ponã il lũ i mãu eoꝝ q te hũiliauerũt ꝛ dixerũt aie tue icuruare: ut trãseamꝰ: et posuisti ut trã cor pꝰ tuũ: et quasi uiã trãseũtibus.

LII.

Consurge consurge: induẽ fortitudine tua syõ. Induẽ uestimentis glorie tue irl'm ciuitas sãcti: qꝛ nõ adiiciet ultra ut per trãseat p te icircũcisus et imundus. Excute re de puluẽ: ꝯsurge: sede irl'm. Solue uicula colli tui captiua filia syon: qꝛ hec dicit dñs: Gratis uenũdati estis: et sine argẽto redime mini. Qꝛ hec dicit dñs deꝰ: In egyptũ descẽ dit ppl's meus in principio ut colonus eẽt ibi: et assur absqꝫ ulla causa calũniatus est eũ. Et nũc quid mihi est hic dicit dñs: Qm̃ ablatus ẽ ppl's meꝰ gratis. Dñatores eiꝰ iniq agũt dicit dñs: et iugit tota die nomẽ meu blasphemat. Propt hoc sciet ppl's meꝰ no mẽ meũ in die illa: qꝛ ego ipse qui loqbar ec ce adsũ. Quã pulchri sup mõtes pedes an nũciãtis: ꝛ pdicãtꝭ pacẽ annũciantis bonũ et pdicãtis salutẽ dicẽtꝭ: Syõ regnabit deꝰ tuus. Uox speculatorũ tuoꝝ. Leuauerunt uocẽ: sil' laudabunt: qꝛ oculo ad oculũ uide bũt: cũ cõuerterit dñs syon. Gaudete ꝛ lau date sil' deserta irl'z: qꝛ ꝯsolatus ẽ dñs ppl'z suũ: redemit irl'm. Parauit dñs brachium sc̃m suũ i oculis õium gẽtiũ: et uidebũt ões fines terre salutare dei nr̃i. Recedite recedi te: exite inde: pollutũ nolite tãgere. Exite de medio eius: mũdamini qui fertis uasa dñi. Qm̃ nõ in tumultu exibitis: nec in fuga p perabitis. Precedet.n. uos dñs: ꝛ congrega gabit uos deus isrl'. Ecce itelliget seruꝰ meꝰ exaltabit et eleuabit: et sublimis erit ualde. Sicut obstupuerũt sup te multi: sic iglorꝰ erit it uiros aspectus eius: et forma eius it filios hoium. Iste aspget gẽtes multas: sup ipsũ ꝯtinebũt reges os suũ. Qꝛ quibus nõ ẽ narratũ de eo uiderũt: et qui non audierũt contemplati sunt.

LIII.

Quis credidit auditui nostro: et brachi um dñi cui reuelatum ẽ? Et ascẽdet si cut uirgultum coram eo: et sicut radix de t ra sitiẽti. Non ẽ spẽs ei neqꝫ decor. Et uidi mus eũ et nõ erat aspectus: ꝛ desiderauimꝰ eũ despectum et nouissimũ uirorũ: uirum dolorũ et sciẽtẽ infirmitatẽ. Et quasi abscõ ditus uultꝰ eius et despectus. Unde nec re putauimꝰ eũ. Uere languores nr̃os ipse tu lit: et dolores nr̃os ipse portauit. Et nos re putauimus eũ qsi leprosũ: et pcussũ a deo ꝛ hũiliatũ. Ipse ãt uulneratꝰ ẽ ppt iniqtates nr̃as: attritꝰ ẽ ppt scelera nr̃a. Disciplina pa cis nr̃e sup eũ: et liuore eiꝰ sanati sumꝰ. Oẽs nos quasi oues errauimus: unusqsqꝫ i uiã suã declinauit: et posuit dñs i eo iniqtatẽ õiuꝫ nr̃m: oblatus ẽ qꝛ ipse uoluit: et nõ aperuit os suũ. Sic ouis ad occisionẽ ducet: et qua si agnus corã tõdẽte se obmutescet: et nõ a periet os suũ. De ãgustia ꝛ de iudicio subla tus ẽ. Generationẽ eius quis enarrabit? qꝛ abscisus ẽ de tra uiuẽtiũ. Propt scelꝰ ppl'i mei pcussi eũ: Et dabit ipios pro sepultura

⁊ diuites ꝓ morte sua: eo q̄ iniq̄tatē nō fecerit
neq; dol⁹ fuerit i ore ei⁹: et dn̄s uoluit ꝯterē
eū i īfirmitate. Si posuerit ꝓ pc̄c̄o aiā suā:
uidebit semē longeuū: et uolūtas dn̄i i mān
ei⁹ diriget. Pro eo q̄ laborauit aīa ei⁹: uide
bit et saturabit. In scīa sua iustificabit ipse
iustus suos meos multos et iniq̄tates eorū
ipe portabit. Ideo disptiā ei plurimos et fō
tiū diuidet spolia: ꝓ eo q̄ tradidit i mortē
aiam suā: et cū sceleratis reputat⁹ ē. Et ipse
pc̄c̄a multorum tulit: et ꝓ trāsgressoribus
rogauit.

C.LIIII.

Lauda sterilis que non paris: decanta
laudem: et hinni q̄ nō pariebas: qm̄
multi filij deserte magis q̄ ei⁹ q̄ hēbat uirū
dicit dn̄s. Dilata locū tentorij tui: et pelles
tabernaculoꝝ tuoꝝ extēde. Ne parcas. Lō
gos fac funiculos tuos: et clauos tuos con
solida. Ad dexterā. n. ⁊ leuā penetrabis: et
semē tuū gētes hereditabit: et ciuitates des
tas ihitabit. Noli timē q: nō ꝯfūderis neq; e
rubesces. Nō. n. te pudebit: q: cōfusionis a
dolescentie tue obliuisceris: ⁊ opprobrij ui
duitatis tue nō recordaberis amplius. Q:
dn̄abit tui q̄ fecit te: dn̄s exercituū nomē e
ius: et redēptor tuus scūs isrl': deus oīs t̄re
uocabitur: q: ut mulierē derelictā ⁊ merētē
spu uocauit te domin⁹: et uxorē ab adole
scētia abiectā. Dixit deus tuus: Ad pūctū i
modico dereliq̄ te: et i miserationibus ma
gnis ꝯgregabo te. In mom̄to idignationis
abscōdi faciē meā: parūp a te: et i mīa sēpit
na misert⁹ sū tui. Dixit redēptor tuus dn̄s:
Sicut i diebus noe istud mihi ē: cui iuraui
ne iducerē aquas diluuij ultra supra terrā:
sic iuraui ut nō irascar tibi: et nō icrepē te.
Montes. n. cōmouebūtur ⁊ colles ꝯtremi
scēt: mīa āt mea nō recedet a te: ⁊ fedus pa
cis mee nō mouebit. Dixit miserator tuus
dn̄s. Paupcula tēpestate ꝯuulsa absq; ulla
ꝯsolatione: ecce ego sternā p ordinē lapides
tuos: ⁊ fūdabo te i sapphiris. Et ponam ia
spidē ꝓpugnacula tua: ⁊ portas tuas i lapi
des sculptos: ⁊ oēs t̄minos tuos i lapides
desiderabiles. Uniu̾sos filios tuos doctos
a dn̄o et multitudinē pacis filijs tuis: ⁊ i iu
stitia fūdaberis. Recede ꝓcul a calūnia: q:
nō timebis: ⁊ a pauore: q: nō appropiquabit
tibi. Ecce accola ueniet q̄ non erat mecū: ad
uena quōdā tuus adiūgetur tibi. Ecce ego
creaui fabrū sufflātē i igne prunas: ⁊ ꝓferē
tē uas i opus suū: ⁊ ego creaui interfectorē ad
disꝑdendū. Oē uas quod fictū ē ꝯtra te nō
dirigetur: ⁊ oēm linguā īsistētē tibi i iudicio
iudicabis. Hec ē hereditas seruorum dn̄i:
⁊ iustitia eorū apud me dicit dn̄s.

C.LV.

OMnes sitiētes uenite ad aquas: ⁊ q̄ nō
habetis argētū ꝓperate. Emite ⁊ co
medite: uēite emite absq; argēto ⁊ absq; ul
la cōmutatione uinū ⁊ lac. Quare appen
ditis argētū nō i pāibus: ⁊ laborē uēm non
i satitate? Audite audientes me: ⁊ comedite
bonū: ⁊ delectabit i crassitudine aīa uīa. In
cliate āt aurē uīā et uēite ad me: audite ⁊
uiuet aīa uīa: ⁊ feriā uobiscū pactū sēpiter
num: misericordias dauid fideles. Ecce te
stem pplīs dedi eū ducem ac p̄ceptorē gēti
bus. Ecce gētē quā nesciebas uocabis: ⁊ gē
tes q̄ non cognouerūt te: ad te current ꝓpt
dn̄z deū tuum ⁊ scm̄ isrl': q: glīficauit. Que
rite dn̄m dū iuēiri pōt: iuocate eū dū ꝓpe ē.
Derelinquat ipi⁹ viā suā: ⁊ uir iniqu⁹ cogita
tiōes suas: ⁊ reuertatur ad dn̄m ⁊ mi̾ebit
ei⁹: ⁊ ad deū nr̄m qm̄ mult⁹ ē ad ig̾scenduz.
Non. n. cogitatiōes mee cogitatiōes v̄re: ne
q; vie v̄re vie mee dicit dn̄s. Quia sic exal
tāt celi a terra: sic exaltate st̄ vie mee a vijs
v̄ris: ⁊ cogitationes mee a cogitatiōib⁹ v̄ris.
Et qūo d̄scendit imber ⁊ nix d̄ celo: ⁊ illuc
ultra nō reuertit: s; inebriat terrā ⁊ ifundit
eā ⁊ germiare eam facit: ⁊ dat semē serēti: ⁊
panē comedēti: sic erit v̄bū meū qd̄ egredie
tur de ore meo. Nō reuertet ad me vacuū:
s; faciet q̄cūq; uolui: ⁊ ꝓsperabit in his: ad
q̄ misi illud. Quia in leticia egrediemini ⁊ i
pace deducemini. Mōtes ⁊ colles cātabūt
corā vobis laudē: ⁊ oīa ligna regionis plau
dent manu. Pro saliūcula ascendet abies: ⁊
ꝓ vrtica crescet myrt⁹. Et erit dn̄s nomiat⁹ i
signū eternū: qd̄ non auferetur.

C.LVI.

HEc dicit dn̄s. Custodite iudiciū ⁊ faci
te iusticiā: q: iuxta ē salus mea: ut ueni
at: ⁊ iusticia mea ut reuelet. Beat⁹ uir q̄ fac
hoc: ⁊ filius hominis q̄ apprehendet istud.
Custodiens sabbatū ne polluat illud: custo
diens manus suas: ne faciat omne malum.
Et non dicat filius aduene q̄ adheret dn̄o
dicēs: Sepatiōe diuidet me dn̄s a pplo suo.
Et nō dicat eunuchus: ecce ego lignū aridū.
Quia hec dic̄ dn̄s eunuchis: Qui custodie
rint sabbata mea: ⁊ elegerint q̄ ego uolui: et
tenuerint fedus meū: dabo eis i domo mea

⁊ in muris meis locū et nomen melius a filijs et filiabus. Nomē sempiternū dabo eis qd̄ nō peribit: ⁊ filios aduene q̄ adherent dn̄o: ut colāt eū et diligāt nomē eius: ut sint ei i seruos: ōem custodientē sabbatū ne polluat illud: et tenētē fedus meum: adducam eos i montē sanctū meū: ⁊ letificabo eos in domo orōnis mee. Holocausta eorū ⁊ uictime eorū placebūt mihi sup altari meo: q2 domus mea domus orōnis uocabit̄ cūctis pplis: ait dn̄s deus: q̄ ꝯgregat dispsos isrl̄. Adhuc ꝯgregabo ad eū ꝯgregatos eius. Oēs bestie agri uenite ad deuorādū uniuerse bestie saltus. Speculatores eius ceci ōes: nescierunt uniuersi: canes muti nō ualentes latrare: uidētes uana: dormiētes et amātes sōnia: et canes impudētissimi nescierūt saturitatē. Ipsi pastores ignorauerūt itelligētiā. Oēs i uiā suā declinauerūt: unusqsq3 ad auaritiā suā a summo usq3 ad nouissimū. Uenite sumam⁹ uinū: et impleamur ebrietate: ⁊ erit sic hodie sic ⁊ cras et multo amplius. ℂ .LVII.

Iustus perit ⁊ non ē q̄ recogitet in corde suo: ⁊ uiri mie colliguntur: q2 non ē qui itelligat. A facie.n. malitie collectus ē iustus. Ueniat pax: reqescat i cubili suo q̄ ābulauit in directione sua. Uos āt accedite huc filij auguratricis: semē adulteri et fornicarie. Sup quē lusistis? Sup quē dilatastis os: ⁊ eiecistis linguā? Nūqd non uos filij scelesti: semē mendax? Qui ꝯsolamini in dijs subt̄ ōe lignū frōdosū: imolātes paruulos in torrētibus: subt̄ eminētes petras. In partibus torrētis pars tua: hec ē sors tua. Et ipsis effudisti libamē: obtulisti sacrificiū. Nunquid sup his nō idignabor? Sup montē excelsū et sublimē posuisti cubile tuū: et illuc ascēdisti ut imolares hostias: ⁊ post ostiū et retro postē posuisti memoriale tuū: q2 iuxta me discooperuisti et suscepisti adulterū. Dilatasti cubile tuū: ⁊ pepigisti cū eis fedus. Dilexisti stratū eo2 manu apta: ⁊ ornasti te regio unguēto: ⁊ multiplicasti pigmēta tua. Misisti legatos tuos ꝓcul: ⁊ hūiliata es usq3 ad iferos. In multitudie uie tue laborasti: nec dixisti quiescā. Uitā manus tue iuenisti: ꝓpterea nō rogasti. Pro quo sollicita timuisti: q2 mētita es: ⁊ mei nō es recordata: neq3 cogitasti i corde tuo: q2 ego tacēs ⁊ quasi nō uidēs ⁊ mei oblita es. Ego annūciabo iustitiā tuā: ⁊ opa tua nō ꝓderūt tibi. Cū clamaueris liberēt te ꝯgregati tui. Et oēs eos auferet uētus tollet aura. Qui āt fiduciā habet mei: hereditabit t̄rā: ⁊ possidebit mōtē sanctū meū et dicā: Uiā facite ꝑbete it̄: declinate de semita: auferte offēdicula d̄ uia ppl̄i mei. Q2 hec dicit excelsus et sublimis hitās eternitatē: ⁊ sc3 nomen eius in excelso ⁊ i sancto hitans: et cū ꝯtrito et hūili spu ut uiuificet spm̄ hūiliū: ⁊ uiuificet cor ꝯtritorū. Nō.n. in sempitnū litigabo neq3 usq3 ad finē irascar: q2 spus a facie mea egredietur: ⁊ flatus ego faciā: ꝓpter iniq̄tatē auaritie eius iratus sū: ⁊ pcussi eū. Abscondi: ⁊ indignatus sū. Et abijt uagus in uia cordis sui. Uias eius uidi ⁊ sanaui eū ⁊ iduxi eū et reddidi ꝯsolatiōes ipsi ⁊ lugētibus ei⁹. Creaui fructū labiorū pacē: pacē ei q̄ lōge ē: et qui ꝓpe dixit dn̄s: ⁊ sanaui eū. Impij āt quasi mare feruēs qd̄ qescē non potest: ⁊ redūdāt fluctus eius i conculcationē ⁊ lutū. Nō est pax impijs dicit dn̄s deus.

ℂ .LVIII.

Clama ne cesses: quasi tuba exalta uocē tuā: ⁊ annūcia pplo meo scelera eorū: ⁊ domui iacob peccata eorū. Me etenī de die i diē q̄runt: et scire uias meas uolūt: quasi gens q̄ iustitiā fecerit ⁊ q̄ iudicium dei sui nō dereliquerit. Rogāt me iudicia iustitie: ⁊ appropiquare deo uolūt. Quare ieiunauim⁹ ⁊ nō aspexisti: hūiliauim⁹ aīas nr̄as ⁊ nescisti. Ecce i die ieiunij ur̄i inuenitur uolūtas ur̄a: et omnes debitores ur̄os repetitis. Ecce ad lites ⁊ cōtentiones ieiunatis: ⁊ pcutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut usq3 ad hāc diē: ut audiatur i excelso clamor ur̄. Nūquid tale ē ieiuniū quod elegi: ꝑ diē affligē hoīem aīam suā? Nūquid contorqre quasi circulū caput suū: et saccū et cinerem sternere? Nūquid istud uocabis ieiuniū: et diē acceptabilē dn̄o? Nōne hoc est magis ieiuniū qd̄ elegi. Dissolue colligatiōes ipietatis: solue fasciculos d̄pmētes. Dimitte eos q̄ ꝯfracti st̄ liberos: ⁊ ōe on⁹ dirūpe. Frāge esurienti panē tuū: ⁊ egenos uagosq3 iduc in domū tuā. Cū uideris nudū cooperi eū: ⁊ carnē tuā ne despexeris. Tūc erūpet q̄i mane lumē tuū: et sanitas tua citi⁹ orietur. Et anibit faciē tuā iustitia tua: ⁊ glīa dn̄i colliget te: tūc iuocabis ⁊ dn̄s exaudiet: clamabis ⁊ dicet: ecce adsū. Si abstuleris d̄ medio tui catenā et desieris extēdē digitū: et loq̄ qd̄ nō ꝓdest. Cū effuderis esurienti aīam tuā ⁊ animam

afflictā īpleueris orietur ī tenebris lux tua: et tenebre tue erūt sicut meridies. Et requiem tibi dabit dñs deus tuus sēp: et iplebit splēdorib⁹ aīam tuā: et ossa tua liberabit. Et eris quasi hortus irriguus: ⁊ sicut fōs aquarū cui⁹ n̄ deficiēt aque. Et edificabūt ī te deserta seculorū fūdamēta generationis et generationis suscitabis. Et uocaberis edificator sepiū: avtēs semitas ī qetē. Si auerteris a sabbato pedē tuū facē uolūtatē tuā ī die sc̄o meo: et uocaueris sabbatū delicatū et sc̄m dñi gl'iosū: et gl'ificaueris eū: dū n̄ facis uias tuas ⁊ n̄ inuenit uolūtas tua: ut loq̄ris ṡmonē: tūc delectaberis sup dño: et sustollā te sup altitudines t̄re: et cibabo te hereditate iacob pr̄is tui. os. n. dñi locutū ē.

.LIX.

Ecce non ē abbreuiata manus dñi: ut saluare neq̄at: neq₃ aggrauata ē auris eius ut nō exaudiat: s₃ iniq̄tates ur̄e diuiserūt inter uos et deū ur̄m: et pc̄ca ur̄a absconderūt faciē eius a uobis: ne exaudiret. Manu⁹. n. ur̄e pollute sūt sāguine et digiti ur̄i iniq̄tate. Labia ur̄a locuta sūt mēdacium: ⁊ lingua ur̄a iniq̄tatē fatur. Non est qui inuocet iustitiā: neq₃ ē q̄ iudicet uere: sed ɔfidūt ī nihili: et loquūtur uanitates. Cōceperunt laborem: et pepererunt iniquitatē. Oua aspiduz ruperūt: et telas aranee texuerūt. Qui comederit de ouis eorū moriet: et quod cōfotū ē erūpet in regulū. Tele eorū nō erunt in uestimētum: neq₃ operient opibus suis. Opa eorū opa iutilia: et op⁹ iiq̄tatis ī manib⁹ eoꝝ. Pedes eorū ad malum currūt: ⁊ festināt ut effundāt sāguinē inocentē. Cogitationes eorū cogitatiōes iutiles. Uastitas ⁊ ɔtritio ī uiis eoꝝ. Uiā pacis nescierūt: ⁊ nō ē iudiciū ī gressib⁹ eorū. Semite eorū icuruate sūt eis: ōis q̄ calcat ī eis ignorat pacē. Propt̄ hoc elongatū ē iudiciū a nobis: ⁊ n̄ apphēdet nos iustitia. Expectauim⁹ lucē: et ecce tenebre: splēdorē et ī tenebris āmbulauimus. Palpauimus sicut ceci parietē: et q̄si absq₃ ocul' attrectauim⁹. Impigem⁹ meridie q̄si ī tenebris: in caligosis q̄i mortui. Rugiēt quasi ursi ōes et quasi colūbe meditātes gemem⁹. Expectauimus iudiciū et n̄ ē: salutē et elongata ē a nobis. M'tiplicate sūt. n. iiq̄tates nr̄e corā te: et pc̄ca nr̄a respōderūt nobis. Q₂ scelera nr̄a nobiscū et iiq̄tates nr̄as cognouim⁹: peccare et mētiri ɔtra dñz: et auersi sum⁹ ne irem⁹ p⁹ t̄gū dei nr̄i: ut loq̄remur calūniā et trāsgressionē. Cōcepim⁹ et locuti sumus de corde uerba mēdacij: et ɔuersū ē retrorsū iudiciū: et iustitia lōge stetit: q₂ corruit ī platea ueritas: et eq̄tas n̄ potuit igredi. Et facta ē ueritas ī obliuione: et q̄ recessit a malo p̄de patuit. Et uidit dñs: ⁊ malū apparuit ī oculis eius q₂ n̄ ē iudiciū. Et uidit de⁹ q₂ nō ē uir: et aporiat⁹ ē q₂ n̄ est q̄ occurrat: et saluauit sibi brachiū suū: et iustitia eius ip̄a ɔfirmauit euz. Indut⁹ ē iustitia ut lorica: et galea salutis ī capite ei⁹. Indutus est uestimētis ultionis: et optus ē quasi pallio zeli sic̄ ad uindictā: q̄i ad retributionē idignationis hostibus suis: et uicissitudinē iimicis suis. Insulis uicē reddet: et timebūt q̄ ab occidēte nomē dñi: et q̄ ab ortu solis gl'iaz eius. Cū uenerit quasi fluuius uiolētus quē spūs dñi cogit: ⁊ uenerit syō rēdēptō: ⁊ eis q̄ r̄deūt ab iiq̄tate ī iacob dic̄ dñs. Hoc fedus meū cū eis dicit dñs. Sp̄s me⁹ q̄ ē in te et uerba mea q̄ posui ī ore tuo n̄ recedēt de ore tuo: et de ore seminis tui dicit dñs: amō et usq₃ ī sēpit̄nū.

.LX.

Surge illuminare ir'l'm: q₂ uenit lumē tuū: ⁊ gl'ia dñi sup te orta ē. Q₂ ecce tenebre opient terrā: et caligo pp'los: sup te āt orietur dñs: et gl'ia ei⁹ ī te uidebitur. Et āmbulabūt gētes ī lumie tuo: et reges in splēdoꝛ ortus tui. Leua ī circuitu oculos tuos: et uide: ōes isti ɔgregati sunt: uenerūt tibi. Filij tui de longe uenient: et filie tue de late surgēt. Tunc uidebis et afflues: ⁊ mirabitur ⁊ dilatabit cor tuū: qn̄ ɔuersa fuerit ad te m'titudo maris: fortitudo gētiū uenerit tibi. Inundatio cameloꝝ opiet te: dromedarij madiā ⁊ epha. Oēs de saba uenient: aurū et th⁹ deferētes: et laudē dño ānūciantes. Omne pecus cedar congregabitur tibi: arietes nabaioth ministrabūt tibi. Offerētur sup placabili altari meo: et domum maiestatis mee gl'ificabo. Qui sunt isti q̄ ut nubes uolāt: et quasi colūbe ad fenestras suas? Me. n. ī sule expectāt: ⁊ naues maris in p̄ncipio: ut adducā filios tuos de lōge. Argētū eorū et aurū cū eis nomini dñi dei tui et sc̄o isrl': q₂ gl'ificauit te. Et edificabūt filij peregrinoꝝ muros tuos: et r̄ges eoꝝ ministrabūt t̄. In idignatiōe. n. mea pcussi te: ⁊ ī rēcōciliatione mea miſt'sum tui. Et apient pōte tue iugit̄: die ac nocte n̄ claudēt: ut afferat ad te fortitudo gētiū: et reges eaꝝ adducantur. Gens

.n. et regnum quod nō seruierit tibi pibit:
et gētes solitudine uastabūt. Glīa libani ad
te ueniet abies et buxus et pin⁹ sil̄:ad ornā
dū locū sāctificatiōis mee:et locū pedū me
oꝝ glīficabo. Et uenient ad te curui filij eoꝝ
q̄ humiliauerūt te: et adorabūt uestigia pe
dū tuoꝝ ōes qui detrahebant tibi:et uoca
būt te ciuitatē dn̄i syon sācti isrl̄. Pro eo ꝙ
fuisti derelicta:et odio hita:et nō erat q̄ p te
transiret:ponā te i supbiā seculorū:gaudiū
i generationē et generationē. Et sugges lac
gētiū ⁊ mamilla rgū lactaberi. Et scies qꝛ
ego dn̄s saluās te:et redemptor tu⁹ fortis ia
cob. Pro ere afferā aurū:et p ferro afferaz
argētū et p lignis eos:et p lapidib⁹ ferruz.
Et ponā uisitationē tuā pacē:⁊ ppositos tu
os iustitiā. Nō audiet ultra iniq̄tas i tr̄a tua:
uastitas et cōtritio i tminis tuis:et occupa
bit sal⁹ muros tuos:et portas tuas lauda
tio. Nō erit tibi ampli⁹ sol ad lucēdū p diez:
nec splēdor lune illuminabit te:sed erit tibi
dn̄s i lucē sempitnā:et de⁹ tuus in gl̄iam tuā.
Nō occidet ultra sol tu⁹:et luna tua nō mi
nuet:qꝛ dn̄s erit tibi i lucē sempitnā: et cōple
buntur dies luct⁹ tui. Ppl̄s aūt tu⁹ ōes iusti in
ppetuū hereditabūt tr̄ā: germē plātatiōis
mee:op⁹ man⁹ mee: ad glorificandū. Mini
m⁹ erit i mille:et paruul⁹ i gētē fortissimā.
Ego dn̄s i tpe eius:subito faciā istud.

¶.LXI.

Spiritus dn̄i sup me:eo ꝙ unxerit me.
Ad ānunciandū mānsuetis misit me:
ut mederer ꝯtritis corde:et p̄dicarē captiuis
indulgētiā et clausis apertionē:ut p̄dicarē an
nū placabilē dn̄o:et diē ultionis deo nr̄o:ut
consolarer omnes lugētes ut ponerē fortitu
dinē lugētibus syon:⁊ darē eis coronā p ci
nere:oleū gaudij p luctu:palliū laudis pro
spu meroris. Et uocabunt i ea fortes iusti
tie:plātatio dn̄i ad gl̄ificādū. Et edificabūt
deserta a seculo:et ruinas ātiquas erigent.
et istaurabūt ciuitates desertas et dissipatas
in generationē et generationē. Et stabūt ali
eni et pascēt pecora ur̄a:et filij peregrinorū
agricole et uinitores ur̄i erūt. Uos aūt sacerdo
tes dn̄i uocabimini:ministri dei nr̄i dicetur
uobis. Fortitudinē gentiū comedetis:et in
gl̄ia eorū superbietis. Pro ꝯfusiōe ur̄a dupli
ci et rubore laudabūt ptē eoꝝ. Propt̄ hoc
i tr̄a sua duplicia possidebūt:letitia sempitna
erit eis. Qꝛ ego dn̄s diligēs iudiciū:⁊ odio
hn̄s rapinā i holocaustū. Et dabo op⁹ eoꝝ
i ueritate:et fed⁹ ppetuū feriā eis. Et sciet i gē
tib⁹ semē eoꝝ ⁊ germē eorū i medio pplo꞉ꝝ.
Oēs q̄ uiderint eos cognoscēt illos:qꝛ isti sūt
semē cui bn̄dixit dn̄s. Gaudēs gaudebo i do
mino:et exultabit aīa mea i deo meo. Qꝛ in
duit me uestimētis salutis:et indumēto iusti
tie circūdedit me:quasi sponsū decoratū co
rona:et quasi spōsā ornatā monilib⁹ suis.
Sicut.n. tr̄a pfert germē suū:et sicut hort⁹ se
mē suū germinat:sic dn̄s de⁹ germinabit iu
stitiā:et laudē corā uniuersis gētibus.

¶.LXII.

Propt̄ syon non tacebo:et ppter irl̄m
non q̄escā:donec egrediat̄:ut splēdor
iustus eius:et saluator ei⁹:ut lāpas accēda
tur. Et uidebūt gētes iustū tuū:et cuncti re
ges iclytū tuū. Et uocabit tibi nomē nouū:
qd̄ os dn̄i nominauit. Et eris corona gl̄ie i
manu dn̄i:et diadema regni in mānu dei tui.
Nō uocaberis ultra derelicta:⁊ tr̄a tua nō
uocabit ampli⁹ desolata. Sed uocaberis uo
lūtas mea i ea:et tr̄a tua ihitata. Qꝛ cōpla
cuit dn̄o i te:et tr̄a tua ihitabit. Hitabit .n.
iuuenis cū uirgie:et hitabūt i te filij tui. Et
gaudebit spōsus sup spōsā:et gaudebit sup
te de⁹ tuus. Sup muros tuos irl̄z ꝯstitui cu
stodes:tota die et tota nocte i ppetuum nō
tacebunt. Qui reminiscimini dn̄i: ne tacea
tis:et ne detis silentium ei: donec stabiliat
et donec ponat irl̄m laudē i terra. Jurauit
domin⁹ in dextera sua:et i brachio fortitu
dinis sue. Si dedero triticū tuū ultra cibū
inimicis tuis:et si biberit filij alieni uinū tu
uz i quo laborasti. Qꝛ q̄ ꝯgregabunt illud
comedēt et laudabūt dn̄m:⁊ q̄ cōportant il
lud bibēt in atrijs sāctis meis. Trāsite trāsi
te p portas:p̄parate uiā pplo. Planū faci
te iter:et eligite lapides:et eleuate signū ad
ppl̄os. Ecce dn̄s auditū fecit i extremis ter
re. Dicite filie syon: Ecce saluator tuus ue
nit:ecce merces ei⁹ cū eo:⁊ opus eius corā il
lo. Et uocabūt eos ppl̄s sc̄us redēpti a dn̄o.
Tu aūt uocaberis q̄sita ciuitas et nō derelicta.

¶.LXIII.

Quis ē iste q̄ uenit de edom tinctis uesti
bus de bosra. Iste formosus in stola
sua:gradiēs in multitudie fortitudinis sue.
Ego qui loquor iustitiā et ppugnator sum
ad saluandum. Quare ergo rubrū ē indu
mentū tuū:et uestimēta tua sicut calcantiū
in torculari? Torcular calcaui solus: et de
gentib⁹ nō ē uir mecū. Calcaui eos i furore

meo:⁊ conculcaui eos ĩ ira mea. Et aſpſus
ē ſãguis eoꝝ ſuꝑ ueſtimēta mea:et oĩa idu-
mēta mea iqnaui. Dies.n.ultionis ĩ corde
meo:ãnus retributionis mee uenit. Circun
ſpexi et nõ erat auxiliator:q̄ſiui:⁊ nõ fuit q̄
adiuuaret. Et ſaluauit mihi brachiũ meũ:
⁊ idignatio mea ipa auxiliata ē mihi. Et cõ
culcaui pplõs ĩ furore meo:⁊ iebriaui eos
ĩdignatiõe mea:et detraxi ĩ trã vtutē eorũ.
Miſerationũ dñi recordabor:laudē domi
ni ſuꝑ oĩb' q̄ reddidit nobis dñs:⁊ ſuꝑ mul
titudinē bonorum dom' iſrl' q̄ largit' ē eis
ſm̄ idulgētiã ſuã:et ſcðꝫ mltitudinē miaꝝ
ſuaꝝ. Et dixit: Uerũtñ ppl's meus ē filij nõ
negãtes. Et factus ē ei ſaluator ĩ oĩ tribula
tione eoꝝ. Nõ ē tribulatus:et ãgelus faciei
ei' ſaluauit eos. In dilectione ſua et idulgen
tia ſua ipe redemit eos:et põtauit eos ⁊ ele
uauit eos cũctis dieb' ſeculi. Ipſi ãt ad ira
cundiã ꝓuocauerunt:et afflixerunt ſpꝫ ſãc
ti eius:⁊ ꝯuerſus ē eis in inimicũ:et ipſe de
bellauit eos. Et recõdat' ē dieꝝ ſeculi moy
ſi et ppl'i ſui. Ubi ē q̄ eduxit eos de mari cũ
paſtoribus gregis ſui? Ubi ē q̄ poſuit ĩ me
dio ei' ſpꝫ ſãcti ſui? Qui eduxit ad dexterã
moyſē brachio maieſtat' ſue:q̄ ſcidit aq̄s ã
te eos:ut facerēt ſibi nomē ſēpitnũ. Qui e-
duxit eos ꝑ abyſſos quaſi equũ ĩ deſto ñ ĩ
pingentē:q̄ſi aĩal ĩ cãpo. Deſcendēs ſp̄s dñi
ductor ei' fuit. Sic adduxiſti pplꝫ tuũ ut fa
ceres tibi nomē gl'ie. Attēde de celo et uide
de hitaculo ſc̄o tuo:et gl'ie tue. Ubi ē zelus
tu':et fortitudo tua:multitudo uiſceꝝ tuo
rũ ⁊ miſerationũ tuaꝝ. Suꝑ me ꝯtinuerũt
ſe. Tu.n.pr̄ nr̄ et abraã neſciuit nos: et iſrl'
ignorauit nos. Tu dñe pr̄ nr̄ redēptor nr̄:a
ſeculo nomē tuũ. Quare errare nos feciſti
dñe de uijs tuis:induraſti cor nr̄ꝫ:ne timere
mus te? Conuertere ꝓpt̄ ſeruos tuos: trib'
hereditatis tue. Quaſi nihilũ poſſederunt
pplꝫ ſãctũ tuum hoſtes nr̄i:ꝯculcauerũt ſãcti
ficationē tuã. Facti ſumus quaſi ĩ ꝑncipio:
cũ nõ dñareris nr̄i:neq̄ꝫ iuocaretur nomen
tuũ ſuꝑ nos.

.LXIIII.

Utinã dirũperes celos et deſcenderes.
A facie tua montes defluerēt:ſic̄ exu-
ſtio ignis tabeſcerēt:aque arderent igni: ut
notũ fieret nomē tuum ĩimicis tuis:a facie
tua gentes turbarentur. Cum feceris mira
bilia:non ſuſtinebim'. Deſcendiſti et a facie
tua mõtes defluxerũt. A ſeculo nõ audierũt:
neq̄ꝫ auribus ꝑceperũt. Oculus nõ uidit de
us abſq̄ꝫ te:q̄ ꝑparaſti expectantib' te. Oc
curriſti letãti et faciẽti iuſtitiã:ĩ uijs tuis re
cõdabunt tui. Ecce tu irat' es ⁊ peccauim':
in ipſis fuimus ſēp:et ſaluabimur. Et facti
ſum' ut imũdi oẽs nos:et quaſi pãnus mē
ſtruate uniuerſe iuſtitie nr̄e. Et cedim' qua
ſi foliũ uniuerſi:⁊ iniq̄tates nr̄e quaſi uētus
abſtulerũt nos. Nõ ē q̄ iuocet nomē tuũ:qui
ꝯſurgat et teneat te. Abſcõdiſti faciē tuã a
nobis:et alliſiſti nos ĩ manu iniq̄tatis nr̄e.
Et nũc dñe pr̄ nr̄ es tu:nos uero lutũ:⁊ fic
tor nr̄ tu:et opa manuũ tuarũ oẽs nos. Ne
iraſcaris dñe ſatis:et ne ultra memineris ini
q̄tatis nr̄e. Ecce reſpice:ppl's tuus oẽs nos.
Ciuitas ſc̄i tui facta ē deſta: ſyõ deſerta fac
ta ē:irl'm deſolata:domus ſãctificatiõis no
ſtre et gl'ie nr̄e:ubi laudauerũt te pr̄es noſtri:
facta ē ĩ exuſtionē ignis:⁊ oĩa deſiderabilia
nr̄a uerſa ſũt ĩ ruinas. Nũq̄d ſuꝑ his ꝯtine
bis te dñe:taceb':et affliges nos uehemter?

.LXV.

Quēſierũt me qui añ nõ interrogabant:
inuenerunt qui non q̄ſierũt me. Dixi:
Ecce ego:ecce ego ad gentes que non inuo
cabãt nomē meũ. Expãdi man' meas tota
die ad ppl'm incredulũ qui graditur ĩ uia ñ
bona p' cogitationes ſuas. Ppl's qui ad ira
cundiam ꝓuocat me añ faciē meã ſēp:q̄ im
molãt ĩ hortis:et ſacrificant ſuꝑ lateres:q̄
hitãt ĩ ſepulchris:et in delubris idoloꝝ do
miũt:q̄ comedunt carnē ſuillã et ius profa
nũ ĩ uaſis eoꝝ:q̄ dicũt: Recede a me nõ ap
propinques mihi:q2 imundus es. Iſti fum'
erũt ĩ furore meo:ignis ardēs tota die. Ec
ce ſcriptũ ē corã me: Nõ tacebo: ſed reddã
et retribuã ĩ ſinu eorũ iniq̄tates uras:et iiq̄
tates patrũ urorũ ſil' dicit dñs:q̄ ſacrificaue
rũt ſuꝑ mõtes:et ſuꝑ colles exprobrauerũt
mihi:et remetiar op' eorũ ꝑmũ ĩ ſinu eoꝝ.
Hec dicit dñs: Quõ ſi iueniat granũ in bo
tro ⁊ dicat:ne diſſipes illud qm̄ bñdictio ē:
ſic faciã ꝓpt̄ ſuos meos ut nõ diſꝑdã totũ.
Et educã de iacob ſemē:et de iuda poſſidē
tē mõtes meos:⁊ hereditabũt eã electi mei
⁊ ſui mei hitabũt ibi. Et erit cãpeſtria ĩ cau
las gregũ:et uall' achõ ĩ cubile armtoꝝ po
pulo meo:q̄ req̄ſierũt me. Et uos q̄ dereliq̄ſtis
dñꝫ:q̄ obliti eſt' mõtē ſc̄m meũ:q̄ ponit' for
tune mēſã:et libatis ſuꝑ eã:numerabo uos
ĩ gladio et oẽs ĩ cede corruet':ꝓ eo q᷑ uocaui
et non reſpondiſtis:locut' ſũ et ñ audiſtis.

et faciebatis malũ i oculis meis: et q̃ nolui
elegistis. Propť hoc hec dic̃ dñs deꝰ: Ecce
fui mei comedẽt: et uos esurietis. Ecce serui
mei bibẽt: et uos sitietis. Ecce fui mei leta-
bũt: et uos ꝯfũdemini. Ecce fui mei lauda-
bũt ꝑ exultatione cordis: et uos clamabitis
ꝑ dolore cordis: et ꝑ ꝯtritione spũs ululabi
tis: et dimittetis nomẽ uřm in iuramentũ e
lectis meis. Et iťficiet te dñs deꝰ: et seruos
suos uocabit nomie alio. In quo q̃ bñdictꝰ
ẽ sup ťram: bñdiceť i deo amẽ. Et q̃ iurauit
i ťra: iurabit i deo amẽ. Qꝛ obliuioni tradi
te sũt ãgustie priores: et qꝛ absc̃odite sũt ab
oculis nřis. Ecce. n. ego creo celos nouos ⁊
ťrã nouam: et ñ eřt i memoria ꝑora: et ascẽ
dẽt sup cor: sed gaudebitis et exultabitis us
qꝫ i sẽpiťnũ i his: q̃ ego creo. Quia ecce ego
creo irľz exultationem et pplz eiꝰ gaudiũ: ⁊
exultabo i irľm et gaudebo i ppľo meo ⁊ ñ
audieť i ea ultra uox fletꝰ et uox clamoris.
Nõ erit ibi ãpliꝰ ifãs dieꝝ: et senex q̃ ñ iple
at dies suos: qm̃ puer cẽtũ ãnoꝝ morieť: et
pccor cẽtũ annoꝝ maledictꝰ erit. Et edifica
bũt domos: et hitabũt et plãtabũt uineas:
⁊ comedẽt fructꝰ earũ. Nõ edificabũt ⁊ aliꝰ
hitabit: nõ plãtabũt: et alius comedet. Se
cudũ. n. dies ligni erũt dies ppľi mei: et ope
ra manuũ eoꝝ iueterabũt electi mei. Nõ la
borabũt frustra: neqꝫ generabũt i ꝯturbati
one: qꝛ semẽ bñdictoꝝ dñi ẽ: et nepotes eo
rũ cũ eis. Eritqꝫ: añq̃ clamẽt ego exaudiã:
adhuc illˀ loquẽtibꝰ ego audiã. Lupꝰ et agnꝰ
pascẽtur siľ: et leo et bos comedẽt paleas: ⁊
ſpẽti puluis pãis eiꝰ. Nõ nocebũt: neqꝫ occi
dẽt i oĩ mõte sc̃o meo dicit dñs.

C .XVI. [LXVI]

Hec dicit dñs: Celum sedes mea terra
ãt scabellũ pedũ meorũ. Que est ista
domus quã edificabitis mihi: et quis iste lo
cus reqetiõis mee? Omnia hec manus mea
fecit: ⁊ facta sũt uniuersa ista dicit dñs. Ad
quẽ ãt respiciam: nisi ad pauperculũ et ꝯtri
tũ spũ: ⁊ tremẽtẽ ſmões meos? Qui immo
lat bouẽ: q̃si q̃ iťficiat uiꝝ. Qui mactat pe
cꝰ: q̃si q̃ excerebret canẽ. Qui offert oblatio
nẽ: q̃si q̃ sãguinẽ suillũ offerat. Qui rec̃oda
tur thuris: q̃i q̃ bñedicat idolo. Hec omnia
elegeřt i uijs ⁊ i abominationibus suis aĩa
eorũ delectata ẽ. Unde ⁊ ego eligã illusiões
eoꝝ: et q̃ timebãt adducã eis: qꝛ uocaui ⁊ ñ
erat q̃ respõderet: locutꝰ sũ et ñ audieřt. Fe
ceřtqꝫ malũ i oculis meis: ⁊ q̃ nolui elegeřt.

Audite uerbũ dñi: q̃ tremitis ad uerbũ eiꝰ.
Dixeřt fřes uřĩ odiẽtes uos: ⁊ abijciẽtes ppť
nomẽ meũ. Glorificeť dñs: et uidebimꝰ i le
titia uřa: ipi ãt ꝯfũdẽť. Uox ppľi de ciuitate
uox de tẽplo: uox dñi reddẽtis retributiõez
inimicis suis. Añq̃ parturiret pepit: añq̃
ueñiret partus eiꝰ pepit masculuz. Quis au
diuit unq̃ tale: et q̃s uidit huic simile? Nũ
q̃d parturiet ťra i die una: aut parieť gẽs si
mul: qꝛ parturiuit et pepit syon filios suos?
Nũquid ego q̃ alios parẽ facio: ipse non
pariã dicit dñs? Si ego q̃ generationẽ ceťis
tribuo sterilis ero: ait dñs deus tuus? Leta
mini cũ irľm: et exultate i ea ões q̃ diligitis
eã. Gaudete cuz ea gaudio uniũsi q̃ lugetis
sup eã: ut suggatis et ĩpleamini ab ubẽ ꝯso
lationis eiꝰ: ut mľgeatis ⁊ delitijs affluatis
ab õimoda gľia eiꝰ. Qꝛ hec dicit dñs: Ecce
ego declinabo sup eã q̃si fluuiũ pacis: et q̃si
torrẽtẽ inundãtẽ gľiaz gentiũ quã suggetis.
Ad ubera portabimini: et sup genua blãdi
enť uobis. quõ sicui mř blãdiať: ita ego ꝯ
solabor uos: et i irľm ꝯsolabimini. Uidebi
tis: et gaudebit cor uřm: et ossa uřa q̃si her
ba germiabũt. Et cognosceť manꝰ dñi fuis
eius: et idignabiť inimicis suis. Qꝛ ecce do
minus i igne ueniet: et quasi ťbo q̃driga eiꝰ
reddẽ i idignatiõe furorẽ suũ: et increpatio
nẽ suã i flãma ignis: qꝛ i igne dñs diiudica
bit: et i gladio suo ad oẽm carnẽ: ⁊ multipli
cabũť iťfecti a dño. Qui sc̃ificabãt: et mun
dos se putabãt i hortis pꝰ ianuã itrisecus:
q̃ comedebãt carnẽ suillã: et abomiationẽ
et murẽ: siľ ꝯsumẽť dicit dñs. Ego ãt opa e
oꝝ et cogitationes eorũ uenio: ut c̃ogregez
cũ oĩbꝰ gẽtibꝰ et liguis et ueniẽt et uidebũt
gľiaz meã. Et ponã i eis signũ: et mittã ex e
is q̃ saluati fuerint ad gẽtes i mař i aphricã
i lydiã: tenẽtes sagittã i italiã et greciã ad i
sulas lõge: ad eos q̃ ñ audieřt de me: et nõ
uideřt gľiaz meã. Et ãnũciabũt gľiaz meaz
gẽtibꝰ: et adducẽt ões fřes uřos de cũctis gẽ
tibꝰ donũ dño in eq̃s et in q̃drigis et in lecti
cis et in mulis et in carrucis ad mõtem sãc
tum meum irľm dicit dñs. Quõ si iferãt fi
lij isrľ munus in uase mundo i domũ dñi.
Et assumã ex eis i sacerdotes et leuitas di
cit dñs: qꝛ sicut celi noui et terra noua que e
go facio stare coram me dicit dñs deꝰ: sic sta
bit semẽ uřm et nomẽ uřz. Et erit mẽsis ex
mẽse: et sabbatũ ex sabbato. Ueniet oĩs ca
ro: ut adoret coraz facie mea dicit dominꝰ.

Et egredientur: ⁊ uidebūt cadauera uiroꝝ q̄
ꝑuaricati sūt ī me. Uermis eoꝝ ñ morietᷣ: ⁊
ignis eorū nō extiguetur: et erūt usq̄ʒ ad sa
tietatē uisionis omni carni.

Explicit isaias. Incipit pre
fatio ī hieremiā ꝓphetam.

HEc interpretatio hierony
mi ē. Siq̄d ī ea mouerit ƀʒ
hebreos codices exploret.
Alia ē septuagita iterp̄tū
ecclesijs usitata. Que ꝙ
uis nōnulla alit̄ hēat ꝙ in
hebreis codicibus iuenit: tñ utraq̄ʒ id est
scđm septuagita et secūdū hebream ap̄lica
auctoritate firmata ē: ñ erroi neq̄ʒ repreh̄
siōe supiori: sed certo ꝯsilio septuagita non
nulli alit̄ dixisse uł ꝯtexuisse itelligūt. Q̄ ꝺ ī
deo p̄monemus: ne q̄sꝙ altā ex alta uelit e
mēdaiᷣ: ꝙ singuloꝝ ī suo genē ueritas obser
uanda est.

Incipit ꝓlogus in eūdem.

HIeremias ꝓpheta: cui hic
ꝓlogꝰ scribitᷣ: ƀmōe q̄dem
apud hebreos isaie ⁊ osee
⁊ q̄busdā alijs ꝓphetis ui
detᷣ eē rusticior: sed sensibꝰ
par ē: q̄ppe q̄ eodē sp̄u pro
phetauerit. Porro simplicitas eloquij de
loco ei ī quo natꝰ ē accidit. Fuit. n. anathoti
tes q̄ ē usq̄ʒ hodie uiculꝰ tribꝰ ab hierosoly
mis distās milibꝰ: sacerdos ex sacerdotibꝰ:
⁊ ī mřis utero scificatꝰ: v̄ginitate sua euāge
licū uiꝝ christi ecclesie dedicās. Hic uaticia
re exorsus ē puer: ⁊ captiuitatē urbis atq̄ʒ
iudee ñ solū sp̄u: sed et oculꝰ carnis ītuitꝰ ē.
Iam decē tribus isrł assyrij ī medos trāstu
lerāt: iam t̄ras earū coloni gentium posside
bāt. Unde ī iuda tm̄ et in bēiamin ꝓpheta
uit: ⁊ ciuitatis sue ruinas q̄druplici plāxit
alphabeto: qꝺ nos mēsure metri uersibꝰ q̄ʒ
reddidimꝰ. Pretea ordinē uisionū q̄ apud
grecos et latios oio ꝯfusus ē: ad p̄stinā fidē
correximꝰ. Librū āt baruch notarij eiꝰ qui
apud hebreos nec legitᷣ nec hētur p̄termisi
mꝰ: ꝑ his oībꝰ maledicta ab emulꝰ p̄stolan
tes: q̄bꝰ me necesse est ꝑ singula opuscula re
spōdē. Et hoc patior: q̄ʒ uos cogitis. Ceteꝝ
ad cōpēdiū mali rectiꝰ fuerat modū furori
eoꝝ silentio meo ponē ꝙ quotidie noui ali
q̄d scriptitātē inuidorū īsaniā ꝓuocare.

Item aliꝰ ꝓlogꝰ in eūdem.

IOachim filiꝰ iosie: cuiꝰ t̄tiodeci
mo anno ꝓphetare orsus ē hie
remias sub quo ⁊ olda mulier
ꝓphetauit: ipe est q̄ alio noie ap
pellatᷣ heliachin: et regnauit sup tribū iuda
et irłm ānis undeci: cui successit ī regnū filꝰ
ioachin cognomēto ieconias: q̄ t̄tio mēse re
gni eiꝰ die decima captꝰ a ducibꝰ nabuchodo
nosor ductꝰ ē ī babylonē: et in loco eius ꝯsti
tutus est sedechias filiꝰ iosie patruus eius:
cuius āno undecimo irłʒ capta atq̄ʒ subuer
sa ē. Nemo igitᷣ putet eūdē ī danieł pricipio
ioachin: q̄ ī ezechieł exōdio ioachim scribitᷣ.
Iste extremā syllabā chim hʒ: ille chin: ⁊
ob hāc cām ī euāgelio scđʒ mattheum una
uiꝫ deeē generatio: q̄ʒ scđa tesseredecas ī ioa
chi ꝯsinit filiū iosie: et t̄tia incipit a ioachin
filio ioachim: qꝺ ignorās porphyriꝰ calūni
aʒ īstruit ecclesie: suā ostēdēs ipitiā: dū euan
gelistā mattheū arguē nititᷣ falsitatꝭ. Q̄ꝺq̄ʒ
traditū scribitᷣ ioachim mōstrat: nō aduer
sarioꝝ fortitudinis fuisse uictoriā: sed dñi
uoluntatis.

Incipit argumētum ī eundē.

IIeremias anathotites: q̄ ē uicu
lus tribꝰ a hierosolymis distās
milibus apud taphnas ī egypto
a ppło lapidibꝰ obrutꝰ occubuit.
Iacet uero ī eo loco sepultꝰ: quo dudū pha
rao rex hitauerat. Et qm̄ postulatione sua
defugatis ab eodē loco ƀpētibꝰ: egyptios a
tactu aspidū facit eē securos: magna eū ibi
religione egyptij uenerātᷣ.

Explicit argumentū. Incipit
hieremias ꝓpheta. Caplm. I.

VErba hieremie pro
phete filij helchie de sacerdo
tibus qui fuerunt in anathot
in terra beniamin. Quod fac
tum est uerbū dñi ad eum in
diebꝰ iosie filij amō regis iuda ī t̄tiodecimo
anno regni eiꝰ. Et factū ē in diebꝰ ioachim

filij iosie regis iuda usq3 ad consummatio
nē ūdecimi āni sedechie filij iosie regi iuda:
usq3 ad trāsmigrationē ir̄lz i mēse q̄nto. Et
factū ē uerbū dn̄i ad me dicens: Priusq̄ꝫ te
formarē i ut'o noui te: ⁊ an̄q̄ꝫ exires de uul
ua sāctificaui te: ⁊ ꝓphetā i gētibus dedi te.
Et dixi: A. a. a. dn̄e de⁹. Ecce nescio loq̄: q̄r
puer ego sū. Et dixit dn̄s ad me: Noli dicer̄
q̄r puer sum: q̄m ad ōia q̄ mittā te ibis: ⁊ u
niuersa q̄cūq3 mādauero tibi loq̄ris. Ne ti
meas a facie eorū: q̄r tecū ego sū: ut eruam
te dic̄ dn̄s. Et misit dn̄s manū suā: ⁊ tetigit
os meū: et dixit ad me. Ecce dedi v̄ba mea
i ore tuo. Ecce ꝯstitui te hodie sup̄ gētes: et
sup̄ regna ut euellas ⁊ destruas ⁊ disꝑdas ⁊
dissipes et edifices ⁊ plātes. Et factū est uer
bū dn̄i ad me dicens: Quid tu uides hiere
mia? Et dixi: Uirgā uigilātē ego uideo. Et
dixit dn̄s ad me: Bn̄ uidisti q̄r uigilabo ego
sup̄ uerbo meo ut faciā illud. Et factū ē uer
bū dn̄i sc̄do ad me dicens: Quid tu uides?
Et dixi: Ollā succēsā ego uideo: ⁊ faciē ei⁹
a facie aq̄lonis. Et dixit dn̄s ad me: Ab aq̄
lone pādet̄ malū sup̄ ōes hitatores t̄re. Q̄r
ecce ego ꝯuocabo ōes cognationes regnoꝝ
aq̄lonis ait dn̄s: ⁊ uenient ⁊ ponēt un⁹q̄sq3
soliū suū i introitu portaꝝ ir̄lm: et sup̄ ōes
muros ei⁹ i circuitu: et sup̄ uniuersas urbes
iuda. Et loquar iudicia mea cū eis sup̄ ōez
malitiā eoꝝ: q̄ dereliq̄runt me et libauerūt
dijs alienis: ⁊ adorauerūt op⁹ manuū sua
rū. Tu ḡ accinge lūbos tuos ⁊ surge: ⁊ loq̄-
re ad eos ōia q̄ ego p̄cipio t̄. Ne formides
a facie eoꝝ: nec. n. timē te faciā uultū eoꝝ.
Ego q̄ppe dedi te hodie in ciuitatē munitā
et i colūnā ferreā: et in muꝝ ereum sup̄ om
nē terrā regib⁹ iuda: principib⁹ ei⁹ et sacerdo
tibus: et omni ppl̄o terre: et bellabūt aduer
sum te: ⁊ n̄ p̄ualebūt: q̄r ego tecum sum ait
dn̄s ut liberē te.

.II.

Et factū ē uerbū dn̄i ad me dicēs: Ua
de et clama in auribus ir̄lm dicens:
Hec dicit dn̄s: Recordatus suz tui miserās
adolescentiā tuā ⁊ caritatē desponsationis
tue: q̄n secuta es me in deserto: in t̄ra q̄ n̄ se
minatur. Sc̄us isr̄l dn̄o: p̄mitie frugū eius.
Omnes q̄ deuorāt eū delinquūt: mala uēi
ēt sup̄ eos dic̄ dn̄s. Audite uerbū dn̄i dom⁹
iacob: ⁊ ōes cognationes dom⁹ isr̄l. Hec di
cit dn̄s: Quid īuenerūt p̄res uŕi in me iīqui
tatis: q̄r elongauerūt a me ⁊ āmbulauerūt p⁹
uanitatē: ⁊ uani facti sūt? Et nō dixerūt: ubi
ē dn̄s q̄ nos ascēdē fecit de terra egypti: qui
traduxit nos p̄ desertū: p̄ t̄rā īhabitabilem
⁊ īuiā p̄ t̄rā sitis ⁊ imaginē mortis: p̄ terrā
ī qua n̄ āmbulauit uir neq3 hitauit hō. Et in
duxi uos i terrā carmeli ut comederetis fruc
tū ei⁹ et bona illi⁹. Et īgressi ꝯtaminastis ter
rā meā ⁊ hereditatē meā posuistis i abomi
nationē. Sacerdotes n̄ dixerūt ubi ē dn̄s:
⁊ tenētes legē nesciert̄ me: ⁊ pastores p̄uari
cati sūt i me. Et ꝓphete ꝓphetauerūt i baal:
⁊ idola secuti sūt. Propterea adhuc iudicio
ꝯtendā uobiscū ait dn̄s: et cū filijs u̇r̄is di-
sceptabo. Transite ad īsulas cethim ⁊ uide
te: et i n cedar mittite: ⁊ ꝯsiderate uehemē-
ter: ⁊ uidete si factū ē huiuscemodi: si muta
uit gēs deos suos. Et certe ipsi non sūt dij.
Pp̄lus uero meus mutauit glīaz suā i ido
lū. Obstupescite celi sup̄ hoc: ⁊ porte ei⁹ ꝺ
solamini uehemēt̄ dic̄ dn̄s. Duo. n. mala fe
cit populus. Me dereliq̄rūt fontem aque ui
ue: et foderūt sibi cisternas dissipatas que
ꝯtinē nō ualēt aquas. Nūq̄d seruus ē isr̄l
aut uernacul⁹? Quare ḡ fact⁹ ē i p̄dā? Sup̄
eū rugierūt leōes: et ꝺderūt uocē suā: posuerūt
terrā ei⁹ i solitudinem. Ciuitates eius exu-
ste sunt: ⁊ n̄ ē qui habitet in eis. Filij quoq3
mēpheos ⁊ taphnes ꝯstuprauerūt te usq3
ad uerticē. Nūq̄d nō istud factū ē tibi: quia
dereliq̄sti dn̄m deū tuū: eo t̄p̄e quo ducebat
te p̄ uiā? Et nunc quid tibi uis i uia egypti:
ut bibas aquā turbidā? Et quid tibi cū uia
assyrioꝝ: ut bibas aquā fluminis? Arguet
te malitia tua: et auersio tua increpabit te.
Scito ⁊ uide q̄r malū ⁊ amarū ē reliquisse
te dn̄m deū tuum: ⁊ n̄ eē timorē ei⁹ apud te
dic̄ dn̄s deus exercituū. A seculo cōfregisti
iugū meū: rupisti uincl'a mea: Et dixisti: Nō
seruiam. In ōi. n. colle sublimi ⁊ sub ōi ligno
frōdoso tu ꝓsternabaris meretrix. Ego āt
plātaui te uineā electā: ōē semē ueꝝ. Quō
ḡ ꝯuersa es mihi i prauū uinea aliena? Si
laueris te nitro: et multiplicaueris tibi her
bā borith: maculata es i iniq̄tate tua corā
me dic̄ dn̄s de⁹. Quō dicis n̄ sum polluta?
P⁹ baali n̄ āmbulaui. Uide uias tuas i ꝯual-
le: scito q̄d feceris. Cursō leuis explicās uias
suas onager assuet⁹ i solitudie: i ꝺsiderio aie
sue attraxit uētū amoris sui. Null⁹ auertet
eam: ōes q̄ querūt eam non deficiēt: in mē
struis ei⁹ inuenient eā. Probibe pedē tuum

a nuditate:et guttur tuũ a siti:et dixisti: De
spaui:nequaq̃ faciã. Adamaui quippe alie
nos:ꝛ pꝰ eos ãbulabo. Quõ ꝯfũdit fur qñ
dephẽditur:sic cõfusi sũt domꝰ isrl̃:ipi ꝛ rges
eoꝝ pricipes et sacerdotes ꝛ ꝓphete eoꝝ di
cẽtes ligno: Pr̃ meꝰ es tu:ꝛ lapidi:tu me ge
nuisti. Uerterũt ad me tergũ et nõ faciẽ:ꝛ in
tp̃e afflictiõis sue dicẽt: Surge ꝛ libera nos.
Ubi sũt dij tui quos fecisti tibi? Surgãt ꝛ li
berẽt te i tp̃e afflictiõis tue. Scd̃m numerũ
q̃ppe ciuitatũ tuaꝝ erãt dij tui iuda. Quid
uultis mecũ iudicio ꝯtẽdẽ? Omnes dereliq̃
stis me dic̃ dñs. Frustra ꝑcussi filios ur̃os:
disciplinã ñ r̃cepũt. Deuorauit gladiꝰ uester
ꝓphetas ur̃os:quasi leo uastator generatio
ur̃a. Uidete ṽbũ dñi. Nunq̃d solitudo factꝰ
sũ isrl̃i:aut t̃ra serotina. Quare ḡ dixit ppl̃s
meꝰ:recessimus:nõ ueniemꝰ ultra ad te? Nũ
q̃d obliuiscetur uirgo ornamẽti sui:aut spõ
sa fascie pectoralis sue. Ppl̃s uero meꝰ obli
tus ẽ mei i diebus inumeris. Quid niteris
bonã oñdere uiã tuã ad querendã dilectio
nẽ:q̃ insuper et malitias tuas docuisti uias
tuas:et i alis tuis iuẽtꝰ ẽ sãguis aiaꝝ paupe
rũ et inocẽtũ. Nõ i fossis inueni eos:sed in
õibꝰ que supra memoraui. Et dixisti: Absq;
pcc̃o et inocẽs ego sũ:ꝛ ꝓptea auertat̃ furõ
tuꝰ a me. Ecce ego iudicio ꝯtẽdã tecũ:eo ꝙ
dixeris:nõ peccaui:ꝙ uil̃ facta es nimis:ite
rãs uias tuas:ꝛ ab egypto ꝯfũderis:sic̃ ꝯfu
sa es ab assur. Nam et ab ista egredieris:et
manꝰ tue erũt sup caput tuum:qm̃ obtriuit
dñs ꝯfidentiã tuã:et nihil hẽbis ꝓspeꝝ.

¶ .III.

Uulgo dicitur. Si dimiserit uir uxorẽ
suã:et recedẽs ab eo duxerit uirũ alte
rum:nũquid reuertetur ad eã ultra? Nũq̃d
non polluta erit et contaminata mulier illa?
Tu ãt fornicata es cũ amatoribus multis:
tñ reuertẽ ad me dic̃ dñs:et ego suscipiã te.
Leua oculos tuos i directũ:et uide ubi nũc
ꝓstrata sis. In uijs sedebas expectans eos q̃
si latro insidiãs in solitudine:et polluisti ter
rã in fornicationibus tuis et in malicijs tu
is:q̃obrẽ ꝓhibite sunt stille pluuiarum: et
serotinus imber non fuit. Frons mulieris
meretricis facta ẽ tibi:noluisti erubescẽ. Er
go saltẽ amodo uoca me:pr̃ meꝰ:dux uirgi
nitatis mee tu es. Nũquid irasceris i perpe
tuũ:aut ꝑseuerabis i finem? Ecce locuta es
ꝛ fecisti mala:et potuisti. Et dixit dominus
ad me i diebꝰ iosie reg̃: Nũq̃d uidisti q̃ fece
rit auersatrix isrl̃. Abijt sibimet sup omnẽ
mõtẽ excelsũ:et sub õi ligno frõdoso:et for
nicata ẽ ibi:et dixi cũ fecisset hec õia: ad me
reuertẽ et nõ ẽ reuersa. Et uidit ꝑuaricatrix
soror eiꝰ iuda:q: ꝓ eo ꝙ mechata eẽt auersa
trix isrl̃ dimisissẽ eã et dedissẽ ei libellũ r̃pu
dij:et nõ timuit ꝑuaricatrix iuda soror eiꝰ:
sed abijt et fornicata ẽ etiam ipsa:et facilita
te fornicationis sue ꝯtamiauit terrã: et me
chata ẽ cũ lapide ꝛ ligno. Et i õibus his nõ
ẽ reuersa ad me ꝑuaricatrix soror eiꝰ iuda
i toto corde suo: sed i mẽdatio ait dñs. Et
dixit dñs ad me: Iustificauit aiam suã auer
satrix isrl̃ comparatiõe ꝑuaricatricis iuda.
Uade et clama ꝯmones istos ꝯtra aq̃lonẽ ꝛ
dices: Reuertẽ auersatrix isrl̃ ait dñs: ꝛ nõ
auertã faciẽ meã a uobis:q: sc̃us ego sũ dic̃
dñs:et nõ irascar i ꝑpetuũ. Uerũtñ scito iniq̃
tatẽ tuã:q: i dñm deũ tuũ ꝑuaricata es. Et
dispsisti uias tuas aliẽis sub õi ligno frõdo
so:ꝛ uocẽ meã nõ audisti ait dñs. Cõuerti
mini filij reuertẽtes dic̃ dñs:q: ego uir ur̃:et
assumã uos:unũ ð ciuitate ꝛ duos ð cogna
tione:et itroducã uos i syon:ꝛ dabo uobis
pastores iuxta cor meũ:et pascẽt uos sc̃ia ꝛ
doctrina. Cũq; m̃ltiplicati fueritis et creue
ritis i terra i diebꝰ ill̃ ait dñs ñ dicent ultra
arca testamenti dñi:neq; ascẽdet sup cor ne
q; recordabũt illiꝰ:nec uisitabit̃:nec fiet ul
tra. In tp̃e illo uocabũt irl̃m soliũ dñi: et ꝯ
gregabũt ad eã ões gẽtes i noie dñi i irl̃z:et
ñ ãbulabũt pꝰ prauitatẽ cordis sui pessimi.
In diebus ill̃ ibit domꝰ iuda ad domũ isrl̃:
ꝛ ueniẽt sil̃ de terra aq̃lonis ad terram quã
dedi pr̃ibꝰ uestris. Ego autem dixi: Quõ po
nã te i filios:ꝛ tribuã tibi t̃rã ꝯsiderabilẽ he
reditatẽ ꝑclarã exercituũ gẽtiũ? Et dixi: Pa
trẽ uocabis me:ꝛ pꝰ me igredi ñ cessabis:sed
quõ si ꝯtẽnat mulier amatorem suum:sic ꝯ
tẽpsit me domꝰ isrl̃ dicit dñs. Uox i uijs au
dita est:ploratus et ululatus filiorum isrl̃:
qm̃ iniquam fecerunt uiam suam: obliti sũt
domini dei sui. Conuertimini filij reuerten
tes:ꝛ sanabo auersiones uestras. Ecce nos
uenimus ad te. Tu .n. es dominꝰ deꝰ noster.
Uere mendaces erant colles et multitudo
montiũ. Uere in domino deo nr̃o salus isrl̃.
confusio comedit laborẽ patrũ nr̃oꝝ ab a
dolescẽtia nr̃a:greges eorũ et armenta eoꝝ:
filios eorũ et filias eorum. Dormiemꝰ i con
fusione nr̃a:ꝛ operiet nos ignominia nr̃a:qm̃
dño deo nr̃o peccauimus nos et patres nr̃i

ab adolescẽtia nr̃a usq₃ ad diẽ hãc: et nõ au diuim⁹ uocẽ dñi dei nr̃i.

C.IIII.

p̄hēsa ē iclyta vniuerse t̄re? Quō f̄ca ē ī stu-
porē babylon iter gētes? Ascēdit sup baby
lōem mare: ml̄titudīe fluctuū eiꝰ opta est.
Facte sūt ciuitates eiꝰ ī stuporē: t̄ra ihitabil'
⁊ deserta: t̄ra ī q̄ nullus hītet: nec trāsiet p
eā filiꝰ hois. Et uisitabo sup bel ī babylone:
⁊ eijciā qd̄ absorbuerat de ore eiꝰ: ⁊ nō ꝯflu-
ent ad eā ultra gētes. Siq̄dem ⁊ murꝰ baby
lōis corruet. Egredimini de medio eiꝰ ppl̄us
meꝰ: ut saluet vnusq̄sq̧ aiam suam ab ira
furoris dn̄i. Et ne forte mollescat cor vr̄m:
⁊ timeatis auditū: q̄ audiet ī t̄ra. Et veniet
ī āno auditio: Et pꝰ hūc ānū auditio ⁊ iniq̄
tas ī t̄ra: ⁊ dn̄ator sup dn̄atorē. Propt̄ea ec
ce dies veniunt ⁊ visitabo sup sculptilia ba-
bylōis: ⁊ oīs t̄ra eiꝰ ꝯfūdet: ⁊ vniuersi inter-
fecti eiꝰ cadēt ī medio eiꝰ. Et laudabūt sup
babylonē celi ⁊ t̄ra: ⁊ oīa q̄ ī eis sunt: q̄r ab
aq̄lone veniēt ei p̄doēs ait dn̄s. Et quō fec̄
babylon: ut caderēt occisi ī isrl̄: sic de baby-
lone cadēt occisi ī vniuersa t̄ra. Qui fugistl̄
gladiū: venite nolite stare. Recordamini p-
cul dn̄i: ⁊ irl̄m ascēdat sup cor vr̄m. Cōfusi
sumꝰ: q̄m audiuimꝰ opprobrium. Operuit
ignominia facies n̄ras: q̄r venerūt alieni sup
scificatōem domꝰ dn̄i. Propterea ecce dies
veniūt ait dn̄s: ⁊ uisitabo sup sculptilia ba-
bylōis: ⁊ ī ōi terra eiꝰ mugiet vulneratꝰ. Si
ascēderit babylō ī celū ⁊ firmauerit ī excel-
so robur suū: ad me veniēt vastatores eiꝰ ait
dn̄s. Uox clamoris de babylōe ⁊ ꝯtritio ma-
gna de t̄ra chaldeoꝝ: q̄m vastauit dn̄s ba-
bylōem ⁊ pdidit ex ea vocē magnā: ⁊ sona-
būt fluctꝰ eoꝝ q̄si aque ml̄te. Dedit sonituz
vox eoꝝ: q̄r vēit sup eam. i. sup babylonem
p̄do. Et app̄hēsi sūt fortes eiꝰ: ⁊ emarcuit arcꝰ eoꝝ: q̄r fortis ultor dn̄s reddens retribuet.
Et iebriabo p̄ncipes eiꝰ ⁊ sapiētes eiꝰ duces
eiꝰ ⁊ magistratꝰ eiꝰ ⁊ fortes eiꝰ. Et dormient
sōnū sēpitnū: ⁊ n̄ expgiscēt ait rex: dn̄s exer
cituū nomē eiꝰ. Hec dic̄ dn̄s exercituū: Mu
rꝰ babylōis ille latissimꝰ suffussiōe suffodiet:
⁊ porte eiꝰ excelse igne cōburēt ⁊ labores po
puloꝝ ad nihilū ⁊ gētiū ī ignē erūt ⁊ dispi-
būt. Uerbū qd̄ p̄cepit hieremias pp̄heta sa
raie filio nerie filij maasie: cū pgeret cuz se-
dechia rege ī babylōez ī āno q̄rto regni eiꝰ.
Saraias āt erat p̄nceps pp̄hetie. Et scripsit
hieremias ōe malū: qd̄ vēturū erat sup ba-
bylōem ī libro vno oīa v̄ba hec q̄ scripta sūt
ꝯtra babylōem. Et dixit hieremias ad sara
iam: Cū veneris ī babylōem ⁊ uideris ⁊ le-
geris oīa v̄ba hec dices: Domine tu locutus
es ꝯtra locū istū: ut dispderes eū: ne sit q̄ in
eo hītet ab hoīe usq̧ ad pecꝰ: ⁊ ut sit perpe-
tua solitudo. Cūq̧ cōpleueris legē librū istū:
ligabis ad eū lapidē ⁊ pijcies illū ī mediuz
euphraten: ⁊ dices: Sic submerget babylō:
⁊ n̄ ꝯsurget a facie afflictiōis: quā ego addu
co sup eā ⁊ dissoluet. Hucusq̧ v̄ba hierēie.

LII.

Filiꝰ viginti ⁊ vniꝰ anni erat sedechias
cū regnare cepisset: ⁊ vndeci ānis regna
uit ī irl̄m. Et nomē m̄ris eius amithal: filia
hieremie de lobna. Et fecit malū ī ocul' dn̄i
iuxta oīa q̄ fecerat ioachi: q̄m furō dn̄i erat
ī irl̄m ⁊ ī iuda: usq̧q̊ pijcēt eos a facie sua.
Et recessit sedechias a rege babylōis. Fc̄m ē āt
ī āno nono regni eiꝰ ī mēse decio: decia die
mēsis venit nabuchodonosor rex babylōis
ipse ⁊ oīs exercitꝰ eiꝰ aduersus irl̄m ⁊ obse-
derūt eā: ⁊ edificauerūt ꝯtra eam munitiōes in
circuitu: ⁊ fuit ciuitas obsessa usq̧ ad unde
cimū ānū regni sedechie. Mēse āt q̄rto no-
na die mēsis obtinuit fames ciuitatē: ⁊ nō
erāt alimēta pplo t̄re. Et dirupta ē ciuitas
⁊ ōes viri bellatores eiꝰ fugerūt: exierūtq̧ de
ciuitate nocte p viā porte: q̄ ē iter duos mu-
ros ⁊ ducit ad hortum regis chaldeis ob-
sidētibꝰ urbē ī gyro: ⁊ abierūt p viam q̄ ducit
ī hēmum. Persecutus ē āt chaldeoꝝ exerci
tus regem ⁊ app̄hēderūt sedechiam ī deserto:
qd̄ est iuxta hiericho ⁊ oīs comitatus eius
diffudit ab eo. Cumq̧ comprehēdissent re
gem: adduxerūt eum ad regem babylonis

i reblata: q̄ ē i t̄ra emath: ⁊ locut⁹ ē ad eum
iudicia. Et iugulauit rex babylōis filios se
dechie i ocul' ei⁹: sed ⁊ ōes p̄ncipes iuda oc-
cidit i reblata. Et oc'los sedechie eruit: ⁊ vi-
xit eū cōpedib⁹. Et adduxit eū rex babylōis
i babylōem ⁊ posuit eū i domo carceri usq̄
ad diē mort' sue. In mēse aūt q̄nto decima
mēsis: ipse ē ān⁹ non⁹ decim⁹ nabuchodono
sor regis babylōis: vēit nabuçardā p̄nceps
militie: q̄ stabat corā rege babylōis in ir'l'm
⁊ icēdit domū dn̄i ⁊ domū regis ⁊ ōes do-
m⁹ ir'l'm: ⁊ ōez domū magnā igne cōbussit:
⁊ totū murū ir'l'm p circuitū destruxit cūct⁹
exercit⁹ chaldeoꝝ: q̄ erat cū magistro mili-
tie. De paupib⁹ āt ppl'i ⁊ de reliq̄ vulgo: q̄ð
remāserat i ciuitate ⁊ de pfugis: q̄ trāsfuge-
rāt ad regē babylōis ⁊ ceteros de m'ltitudi-
ne transtulit nabuçardā p̄nceps militie: de
paupib⁹ v̄o terre reliq̄t nabuçardan p̄nceps
militie vinitores ⁊ agricolas. Colūnas q̄z
ereas q̄ erāt i domo dn̄i ⁊ bases ⁊ mare ene
um: q̄ð erat i domo dn̄i ꝯfregēit chaldei et
tuleīūt ōe es eoꝝ i babylōem. Et lebetes et
creagras ⁊ psaltīa ⁊ phialas ⁊ mortariola
⁊ oīa vasa erea: q̄ i misterio fuerāt: tuleīt ⁊
hydrias ⁊ thymia matīa ⁊ vrceos ⁊ pelues
⁊ cādelabra ⁊ mortaria ⁊ cyathos. Quot-
q̄t aurea aurea: ⁊ q̄tq̄t argētea argētea. Tu
lit magister militie columnas duas ⁊ mare
vnū ⁊ vitulos duodecī ereos: q̄ erāt sub ba-
sib⁹: q̄s fecerat rex salomō i domo dn̄i. Nō
erat pōdus eris ōiū hoꝝ vasoꝝ. De colum
nis āt: decē ⁊ octo cubitī altitudis erāt i co-
lūna vna: ⁊ funicul⁹ duodecī cubitoꝝ circu
ibat eā. Porro grossitudo ei⁹ q̄ttuor digito-
rū: ⁊ intrīsec⁹ caua erat: ⁊ capitella sup utra
q̄ erea. Altitudo capitelli vni⁹ q̄nq̄ cubito
rū: ⁊ retiacula ⁊ malogranata sup coronā
in circuitu oīa enea. Et fueīt malogranata
nonagitasex depēdētia: ⁊ oīa malogranata
centū retiacul' circūdabāt. Et tulit magister
militie saraiaz sacerdotē p̄mū: ⁊ sophoniā
sacerdotē secūdū: ⁊ tres custodes vestibuli.
Et de ciuitate tulit eunuchū vnū: q̄ erat p̄-
posit⁹ sup uiros bellatores: ⁊ septē viros de
his q̄ videbāt faciē regis: q̄ īuēti sūt i ciuita
te: ⁊ scribā p̄ncipē militū: q̄ pbabat tyrōes
⁊ sexagita viros de ppl'o t̄re: q̄ inuenti sunt
i medio ciuitatis. Tulit āt eos nabuçardā
magister militie: ⁊ duxit eos ad regē baby-
lōis i reblata. Et pcussit eos rex babylonis
⁊ iifecit eos i reblata i t̄ra emath. Et trāsla
t⁹ ē iuda d̄ t̄ra sua. Iste ē ppl's quē trāstulit
nabuchodonosor: In anno septio iudeos
tria milia ⁊ vigītitres: In āno octauodecio
nabuchodonosor trāstulit de ir'l'm aīas octi
gētas trigitaduas: In āno vicesimotītio na-
buchodonosor trāstulit nabuçardan magi-
ster militie aīas iudeoꝝ septingētasq̄dragi
taq̄nq̄. Oēs ḡ aīe q̄ttuor milia sexcēte. Et
fcm̄ ē i tricesimoseptio āno trāsmigrationis
ioachiz regis iuda duodecio mēse vicesima
q̄nta mēsis: eleuauit euilmerodach rex ba-
bylonis ipso āno regni sui caput ioachiz re
gis iude: et eduxit eū de domo carceri: ⁊ lo-
cut⁹ ē cū eo bona. Et posuit thronū ei⁹ super
thronos regū: q̄ erāt p⁹ se i babylōe: ⁊ muta
uit vestimēta carceri ei⁹: ⁊ comedebat panez
corā eo sēp cūctis dieb⁹ vite sue. Et cibaria
ei⁹ cibaria ppetua dabāt ei a rege babylonis
statuta p siugulos dies usq̄ ad diē mortis
sue cūctis dieb⁹ vite eius.

Incipiūt threni. i. lamētatiōes hieremie:
q. cynoth hebraice iscribūtur.

Et fcm̄ ē p⁹q̄ i captiuitatē redact⁹
ē isrl': ⁊ ir'l'm deserta ē: sedit hierēi-
as ppheta flens ⁊ planxit lamēta-
tiōe hac i ir'l'm: ⁊ amaro aīo suspirās ⁊ eiu-
lans dixit. Aleph. Caplm. I.

Quomodo sedet sola ciuitas
plena ppl'o. Facta est q̄si vi-
dua dn̄a gētiū: p̄nceps pui-
ciaꝝ fc̄a ē sub t̄buto. Beth:
Plorās plorauit i nocte et
lachrymē eius i maxill' ei⁹.
Nō ē q̄ ꝯsoletur eā ex omnibus caris eius.
Oēs amici eius spreuerunt eam: ⁊ fc̄i sunt
ei inimici. Gimel: Migrauit iudas ppter
afflictionem ⁊ m'ltitudinem seruitutis. Ha
bitauit inter gentes: nec iuenit reqem. Oēs
persecutores eius apph̄ēderūt eā int̄ angu-
stias. Deleth: Vie syon lugent: eo q̄ nō sint
q̄ veniāt ad solēnitatem. Omnes porte ei⁹
destructe: sacerdotes eius gementes. Virgi-
nes eius squalide: ⁊ ipsa oppressa amaritu-
dine. He: Facti sūt hostes ei⁹ i capite: iimici
eius locupletati sunt: q̄r dominus locutus
est super eam: propter multitudinem ini-
quitatum eius. Paruuli eius ducti sunt in

captiuitatẽ ãte faciẽ tribulãtis. Uau: Et egres-
sus ẽ a filia syon ois decor eius. Facti sũt princi-
pes eius velut arietes nõ inuenientes pascua: et
abierũt absq3 fortitudĩe ãte faciẽ subsequẽtis.
Zai: Recordata ẽ ierusalem dierũ afflictiõis sue:
⁊ preuaricatiõis oĩu desiderabiliũ suorũ: que
habuerat a diebus ãtiq̃s: cũ caderet pplus eius in
manu hostili: ⁊ nõ eẽt auxiliator. Uiderũt eã
hostes: ⁊ deriserũt sabbata eius. Heth: Pecca-
tũ peccauit ierusalem: ppterea instabilis facta ẽ. Oẽs
q̃ glorificabãt eã spreuerũt illã: q2 viderũt igno-
miniã eius. Ipsa aũt gemẽs ⁊ cõuersa ẽ retror-
sũ. Teth: Sordes eius i pedibus eius: nec recõda-
ta ẽ finis sui. Deposita ẽ vehemẽter: nõ hñs cõ
solatorẽ. Uide dñe afflictiõem meã: qm̃ erec-
tus ẽ inimicus. Joth: Manũ suã misit hostis ad
oĩa desiderabilia eius: q2 vidit gẽtes ingressas
sãctuariũ suũ: de qbus pceperas ne intrarẽt i ec-
clesiã tuã. Caph: Ois pplus eius gemẽs ⁊ que-
rẽs panẽ. Dederũt p̃ciosa q̃q3 p cibo: ad re-
focillãdã aĩam. Uide dñe ⁊ cõsidera: qm̃ facta
sũ vilis. Lamech: O uos oẽs q̃ trãsitis p viã
attẽdite ⁊ uidete: si ẽ dolor sicut dolor meus.
Qm̃ vindemiauit me: ut locutus ẽ dñs: i die fu-
roris sui. Mem: De excelso misit ignẽ i ossi-
bus meis: ⁊ erudiuit me. Expãdit rete pedibus
meis: cõuertit me retrorsũ. Posuit me deso-
latã: tota die merore cõfectã. Nun: Uigilauit
iugũ iniq̃tatũ mearũ i manu eius: cõuolute sũt
⁊ iposite collo meo. Infirmata ẽ virtus mea:
dedit me dñs i manu: de q̃ nõ potero surgẽ.
Samech: Abstulit oẽs magnificos meos
dñs de medio mei: vocauit aduersũ me tẽpus:
ut cõtererẽt electos meos. Torcular calcauit
dñs virgini filie iuda. Ain: Iccirco ego plo-
rans ⁊ oculus meus deducẽs aq̃s: q2 lõge factus
ẽ a me cõsolator: cõuertẽs aĩam meã. Facti sunt
filij mei perditi: qm̃ inualuit inimicus. Phe: Ex-
pãdit syon manus suas: nõ ẽ q̃ cõsoletur eã. Man-
dauit dñs aduersũ iacob i circuitu eius hostes
eius. Facta est ierusalem: q̃si polluta mẽstruis inter eos.
Sade: Iustus ẽ dñs: q2 os eius ad iracũdiã puo-
caui. Audite obsecro uniuersi ppli: ⁊ uidete
dolorem meũ. Uirgines mee ⁊ iuuenes mei
abierũt i captiuitatem. Coph: Uocaui ami-
cos meos: ⁊ ipsi deceperũt me. Sacerdotes
mei ⁊ senes mei i urbe cõsũpti sũt: q2 q̃sierũt
cibũ sibi: ut refocillarẽt aĩas suas. Res: Ui-
de dñe qm̃ tribulor: cõturbatus ẽ uenter meus. Sub-
uersũ ẽ cor meũ i memetipsa: qm̃ amaritu-
dĩe plena sũ. Foris interficit gladius: ⁊ domi
mors similis ẽ. Sin: Audierũt q2 ingemisco ego:
⁊ nõ ẽ q̃ cõsoletur me. Oẽs inimici mei audierũt
malũ meũ: letati sũt: qm̃ tu fecisti. Adduxi-
sti diẽ cõsolatiõis: ⁊ fiẽt siles mei. Thau: In-
grediatur oẽ malũ corã te: ⁊ deuindemia eos:
sicut vindemiasti me ppter iniq̃tates meas.
Multi. n. gemitus mei: ⁊ cor meũ merens.

Aleph.

.II.

Quomodo obtexit caligine in furore
suo dñs filiã syon: piecit de celo i terrã
inclytã israel: ⁊ nõ ẽ recõdatus scabelli pedũ suorũ
i die furoris sui. Beth: Precipitauit dominus
nec pepcit oĩa speciosa iacob: destruxit i fu-
rore suo munitiões virginis iuda ⁊ deiecit in ter-
rã: polluit regnũ ⁊ pncipes eius. Gimel: Con-
fregit i ira furoris sui oẽ cornu israel auertit re-
trorsũ dexterã suã a facie inimici: ⁊ succẽdit i
iacob: q̃si ignẽ flãme deuorantis i gyro. De-
leth: Tetẽdit arcũ suũ q̃si inimicus: firmauit
dexterã suam q̃si hostis: ⁊ occidit oẽ quod
pulchrũ erat visu i tabernaculo filie syon: ef-
fudit q̃si indignatiõem suã. He: Factus ẽ dñs
velut inimicus: p̃cipitauit israel. Precipitauit oĩa
menia eius: dissipauit munitiões eius: ⁊ ipleuit
i filia iuda hũiliatũ ⁊ hũiliatã. Uau: Et dis-
sipauit: q̃si hortũ tentoriũ suũ: demolitus est
tabernaculũ suũ. Obliuioni tradidit dñs i
syon festiuitatẽ ⁊ sabbatũ ⁊ i opprobriũ ⁊ i
indignatiõem furoris sui regẽ ⁊ sacerdotem.
Zai: Repulit dñs altare suũ: maledixit sancti-
ficationi sue: tradidit i manu inimici muros
turriũ eius. Uocẽ dederũt i domo dñi: sicut i
die solenni. Heth: Cogitauit dñs dissipare
murũ filie syon: tetẽdit funiculũ suũ: ⁊ non
auertit manũ suã a pditiõe. Luxitq3 antemu-
rale: ⁊ murus pariter dissipatus ẽ. Teth: Defixe sũt
i terra porte eius: pdidit ⁊ cõtriuit vectes eius: re-
gẽ eius ⁊ pncipes eius i gẽtibus. Nõ ẽ lex: ⁊ pro-
phete eius: nõ inuenerũt visiõem a dño. Joth:
Sederũt i terra: cõticuerunt senes filie syon: cõ-
sperserũt cinẽ capita sua: accincti sũt cilicijs.
Abiecerũt i terra capita sua virgines ierusalem. Caph:
Defecerũt p lachrymis oculi mei cõturbata sũt
viscera mea. Effusũ ẽ i terra iecur meũ sup cõ-
tritiõem filie ppli mei: cũ deficeret paruulus
⁊ lactẽs i plateis oppidi. Lamech: Matri-
bus suis dixerũt: ubi ẽ triticũ ⁊ vinum: cum de-
ficerẽt: quasi vulnerati i plateis ciuitatis: cũ
exhalarent aĩas suas in sinu matrum suarũ.

Mem: Cui cóparabo te: vel cui assimilabo te filia ierl'z: Cui exeq̄bo te ⁊ ꝯsolabor te vgo filia syó: Magna ē.n. velut mare cōtritio tua. Quis medebit tui: Nun: Prophete tui viderūt tibi falsa ⁊ stulta: nec apiebāt iniq̄tatē tuā: ut te ad pn̄iaz ꝓuocarēt. Viderūt aūt tibi assūptiones falsas ⁊ eiectiōes. Samech: Plauserūt sup te manibꝰ oēs trāseūtes ꝑ viā: sibilauerūt ⁊ mouerūt capita sua sup filiā ierl'z: Heccine ē vrbs dicētes ꝑfecti decoris: gaudiū vniuerse tre. Phe: Aperuerūt sup te os suū oēs inimici tui: sibilauerūt ⁊ fremuerūt dentibꝰ suis: ⁊ dixerūt: deuorabimꝰ. En ista ē dies quā expectabamꝰ inuenimꝰ vidimꝰ. Ain: Fecit dn̄s q̄ cogitauit: cōpleuit sermōem suū: quē ꝓcepat a diebꝰ antiq̄s. Destruxit ⁊ n̄ pepcit et letificauit sup te inimicū: ⁊ exaltauit cornu hostiū tuorū. Sade: Clamauit cor eorū ad dn̄m: sup muros filie syon. Deduc q̄si torrētē lachrymas ꝑ diē ⁊ noctē: nō des requiē tibi: neq̄ taceat pupilla oc'li tui. Coph: Cōsurge: lauda i nocte i ꝓncipio vigiliarū: effunde sicut aquā cor tuū āte ꝯspectū dn̄i. Leua ad eum manꝰ tuas ꝓ aīa paruulorū tuorū: qui fame pe'ūt i capite oīuz cōpitorū. Res: Vide dn̄e ⁊ ꝯsidera: quē vindemiaueris ita. Ergo ne cōedēt mlieres fructū suū: paruulos ad mēsurā palme: Si occidit i sāctuario dn̄i: sacerdos ⁊ ꝓpheta: Sin: Jacuerūt i tra foris puer ⁊ senex: vgines mee ⁊ iuuenes mei ceciderūt i gladio. Interfecisti i die furoris tui percussisti: nec misertus es. Thau: Vocasti q̄si ad diē solēnē: q̄ terrerēt me de circuitu: ⁊ n̄ fuit in die furoris dn̄i: q̄ effugeret ⁊ relinquerētur. Quos educaui ⁊ enutriui: inimicꝰ meus consumpsit eos. Aleph.

C. III.

Ego vir vidēs pauptatē meā: i vga indignatiōis eiꝰ. Aleph: Me minauit et adduxit i tenebras: ⁊ n̄ i lucē. Aleph: Tm̄ i me vtit: ⁊ ꝯuertit manū suā tota die. Beth: vetustā fecit pellē meā ⁊ carnē meā: ꝯtriuit ossa mea. Beth: Edificauit i gyro meo: ⁊ circūdedit me felle ⁊ labore. Beth: In tenebrosis collocauit me: q̄si mortuos sēpitnos. Gimel: Circūedificauit aduersū me: ut n̄ egrediar: aggrauauit cōpedē meū. Gimel: Sz ⁊ cū clamauero ⁊ cū rogauero: exclusit oratiōnē meā. Gimel: Cōclusit vias meas lapidibꝰ q̄dris: semitas meas subūtit. Deleth: Vrsus insidiās fcūs est mihi leo i abscōdito. Deleth: Semitas meas subuertit ⁊ ꝯfregit me: posuit me desolatā. Deleth: Tetēdit arcū suū: ⁊ posuit me q̄i signū ad sagittā. He: Misit in renibꝰ meis filias pharetre sue. He: Factꝰ sū i derisū oī pp'lo meo: cāticū eorum tota die. He: Repleuit me amaritudibꝰ inebriauit me absīthio. Vau: Cōfregit ad nūerū dētes meos: cibauit me cinē. Vau: Et repulsa est aīa mea: oblitꝰ sū bonorū. Vau: Et dixi periit finis meus ⁊ spes mea a dn̄o. Zai: Recordare pauptatis ⁊ trāsgressiōis mee absinthij et fellis. Zai: Mēoria mēor ero ⁊ tabescet in me aīa mea. Zai: Hec recolēs i corde meo: i deo spabo. Heth: Mīsericordie dn̄i: q̄ n̄ sumꝰ ꝯsūpti: q̄ n̄ defecerūt mīsatōes eiꝰ. Heth: Noui diluc'lo: m'lta ē fidēs tua. Heth: Pars mea dn̄s dixit aīa mea: ꝓpterea expectabo eū. Teth: Bonꝰ ē dn̄s sperātibꝰ i eū: aīe q̄rēti illū. Teth: Bonū ē ꝓstolari cū silētio salutare dn̄i. Teth: Bonū ē viro cū portauerit iugū ab adolēscētia sua. Joth: Sedebit solitarius ⁊ tacebit: q̄ leuauit se sup se. Joth: Ponet in puluere os suum: si forte sit spes. Joth: Dabit ꝑcutiēti se maxillā: saturabit opprobrijs. Caph: Quia n̄ repellet i sēpiternū dn̄s. Caph: Quia si abiecit ⁊ mīserebitur s'm m'ltitudiez misericordiarū suarū. Caph: Nō .n. hūiliauit ex corde suo ⁊ abiecit filios hoīum. Lamech: Ut ꝯterēt sub pedibus suis oēs victos tre. Lamech: Ut decliaret iudiciū viri i ꝯspcu vultꝰ altissimi. Lamech: Ut ꝑuerteret hoīem i iudicio suo: dn̄s ignorauit. Mem: Quis ē iste q̄ dixit: ut fieret dn̄o n̄ iubente: Mem: Ex ore altissimi n̄ egredient: nec mala nec bona. Mem: Quid murmurauit hō viuēs vir ꝓ peccatis suis: Nun: Scrutemur vias n̄ras ⁊ q̄ramꝰ ⁊ reuertāur ad dn̄m. Nun: Leuemꝰ corda n̄ra cū mānibꝰ ad dn̄m i celos. Nun: Nos inique egimꝰ et ad iracūdiam ꝓuocauimꝰ: iccirco tu inexorabilis es. Samech: Operuisti in furore ⁊ percussisti: occidisti nec pepcisti. Samech: Opposuisti nubem tibi: ne transeat oratio. Samech: Eradicationem ⁊ abiectionez posuisti me i medio pp'lorum. Phe: Aperuerunt sup nos os suū oēs inimici. Phe: Formido et laqueꝰ fcā ē nobis vaticinatio ⁊ ꝯtritio. Phe: Diuisiones aq̄rum deduxit oculus meꝰ i ꝯtritione filie populi mei. Ain: Oculus meus afflictus ē nec tacuit: eo q̄ non esset requies. Ain: Donec respiceret et videret deus

de celꝰ. Ain: Oculꝰ meꝰ depꝺatus ē aīaꝫ meā ī cūctis filiabꝰ urbis mee. Sade: Uenatione cepēīt me q̄ſi auē inimici mei gratis. Sade: Lapſa ē i lacū vita mea: ⁊ poſueīt lapidē ſup me. Sade: Inundauerūt aque ſup caput meū: dixi: perij. Coph: Inuocaui nomē tuū dn̄e de lacu nouiſſimo. Coph: Uocē meaꝫ audiſti: ne auertas aurē tuā a ſingultu meo ⁊ clāorībꝰ. Coph: Appropiq̄ſti ī die q̄n vocaui te: dixiſti: ne tieas. Res: Iudicaſti dn̄e cām aīe mee: redēptoꝛ vite mee. Res: Uidiſti dn̄e iniq̄tatē illoꝝ aduerſum me: iudica iudicium meum. Res: Uidiſti ōem furoꝛē: vniuerſas cogitatōes eoꝝ advſū me. Sin: Audiſti opprobriū eoꝝ dn̄e: ōes cogitatōes aduerſū me. Sin: Labia inſurgētiū mihi et meditatōes eoꝝ aduerſū me tota die. Sin: Seſſiōeꝫ eoꝝ ⁊ īſurrectōeꝫ eoꝝ vide: ego ſū pſalꝫꝰ eoꝝ. Thau: Reddes eis vicē dn̄e: iuxta opa manuū ſuaꝝ. Thau: Dabis eis ſcutū cordis laborē tuuꝫ. Thau: Perſeq̄ris i furoꝛe: ⁊ ꝯteres eos ſub celꝰ dn̄e. Aleph.

.IIII.

Quomō obſcuratū ē aurū: mutatꝰ ē colō optimꝰ: diſpſi ſūt lapides ſāctuarij ī capite ōium platearū. Beth: Filij ſyon icliti ⁊ amicti auro p̄mo: quō reputati ſūt i vaſa teſtea: opꝰ manuū figuli. Gimel: Sed ⁊ lamie nudaueīt māmā: lactaueīt catulos ſuos. Filia ppl̄i mei crudel̄: q̄ſi ſtrutio in deſerto. Deleth: Adheſit līgua lactētis ad palatū eiꝰ i ſiti: paruuli petieīt panē: ⁊ n̄ erat qui frāgeret eis. He: Qui veſcebāt voluptuoſe īterieīt i vijs: q̄ nutriebāt i croceis āplexati ſūt ſtercoꝛa. Uau: Et maioꝛ effecta ē iīq̄tas filie ppl̄i mei pc̄co ſodomoꝝ: q̄ ſubuerſa ē i momēto: ⁊ n̄ cepeīt i ea manꝰ. Zai: Cādidiores nazarei eius niue: nitidiores lacte: rubicūdiores ebore ātiquo: ſaphiro pulchriores. Heth: Denigrata ē ſup carbōes facies eoꝝ: ⁊ n̄ ſūt cogniti i plateis. Adheſit cutis eoꝝ oſſibꝰ: aruit: ⁊ fc̄a ē q̄ſi lignū. Teth: Meliꝰ fuit occiſis gladio q̄ iterfectis fame: q̄m iſti extabueīt ꝯſūpti a ſterilitate t̄re. Ioth: Manꝰ mulierū miſericordiū coxeīt filios ſuos: facti ſūt cibꝰ earuꝫ in ꝯtritōe filie ppl̄i mei. Caph: Cōpleuit dn̄s furoꝛē ſuū: effudit irā īdignatiōis ſue. Et ſuccēdit ignē i ſyon: ⁊ deuoꝛauit fūdamēta eiꝰ. Lamech: Nō crediderūt ꝛeges t̄re ⁊ vniuerſi hitatores orbꝭ: q̄m ingredeīt hoſtis ⁊ īimicꝰ p portas irl̄m. Mem: Propt̄ pc̄ca ꝓphetaꝝ eiꝰ ⁊ iīq̄tates ſacerdotū eiꝰ: q̄ effudeīt i medio eiꝰ ſāguinē iuſtoꝝ. Nun: Errauerūt ceci i plateis: polluti ſunt ſanguie. Cūq̄ꝫ n̄ poſſent: tenuerūt lacinias ſuas. Samech: Recedite polluti clamaueīt eis: recedite: abite: nolite tāgē. Iurgati q̄ppe ſūt: ⁊ cōmoti dixeīt iter gētes n̄ addet ultra ut hitet i eis. Phe: Facies dn̄i diuiſit eos: n̄ addet ut reſpiciat eos. Facies ſacerdotū nō erubuerūt: neq̄ꝫ ſenū miſerti ſūt. Ain: Cuꝫ adhuc ſubſiſteremꝰ defeceīt ocl̄i n̄ri ad auxiliū n̄m vanū: cū reſpicēmꝰ attēti ad gētē: q̄ ſaluare nos n̄ poſſet. Sade: Lubricaueīt veſtigia n̄ra i itinē platearū n̄rarū: appropiq̄uit finis n̄r: cōpleti ſūt dies n̄ri: qꝛ veīt finis n̄r. Coph: Velociores fuerūt pſecutores n̄ri aq̄lis celi: ſup mōtes pſecuti ſūt nos: i dſerto inſidiati ſūt nobꝭ. Res: Sp̄s oꝛis n̄ri xp̄s dn̄s captꝰ ē i pc̄cis n̄ris: cui dixiꝫꝰ: i ūbra tua viuemus i gētibꝰ. Sin: Gaude ⁊ letare filia edom: q̄ habitas i t̄ra hus. Ad te q̄ꝫ pueīet calix: inebriaberis atq̄ꝫ nudaberis. Thau: Cōpleta ē iīq̄tas tua filia ſyon: n̄ addet ultra: ut trāſmigret te. Uiſitauit iīq̄tatē tuaꝫ filia edom: diſcoperuit pc̄ca tua.

.V.

Oratio hieremie.

Recordare dn̄e q̄d acciderit nobis: intuere ⁊ reſpice opprobrium n̄m. Hereditas n̄ra verſa ē ad alienos domus n̄re ad extraneos. Pupilli facti ſumꝰ abſq̄ꝫ p̄re: matres n̄re quaſi uidue. Aquā n̄ram pecunia bibimꝰ: ligna n̄ra p̄cio cōparauimꝰ. Ceruicibꝰ n̄ris minabamur: laſſis n̄ dabat̄ reqes. Egypto dedimꝰ manū: ⁊ aſſyrijs: ut ſaturaremur pane. P̄res n̄ri peccaueīt ⁊ n̄ ſunt: et nos iniq̄tates eoꝝ portauimꝰ. Serui dn̄ati ſūt n̄ri: nō fuit q̄ redimēt d̄ māu eoꝝ. In aīabꝰ n̄ris afferebamꝰ panē nobꝭ: a facie gladij i deſerto. Pellis n̄ra q̄ſi clibanꝰ exuſta ē a facie tēpeſtatū famis. Mulieres i ſyō hūiliaueīt: ⁊ v̄gines i ciuitatibꝰ iuda. P̄ncipes manu ſuſpēſi ſūt: facies ſenū n̄ erubuerūt. Adoleſcētibꝰ ipudice abuſi ſūt: ⁊ pueri in ligno corrueīt. Senes defecerūt de portis: iuuenes de choro pſallētiū. Defecit gaudium cordis n̄ri: verſus ē i luctum chorꝰ n̄r. Cecidit corōa capitꝭ n̄ri: ve nobis: qꝛ peccauimꝰ. Propt̄ea meſtū fc̄m ē i dolore coꝛ n̄m: ido ꝯtenebrati ſūt oculi n̄ri. Propter montem ſyon: quia diſperijt: vulpes ambulauerunt

i eo. Tu aũt dñe i eternũ pmãebis: soliũ tuũ i generatõez ⁊ generatõez. Quare i ppetuũ obliuisceri nři: delinqs nos i lõgitudiez dieꝝ. Cõuerte nos dñe ad te ⁊ ꝯuertemur: innoua dies nřos: sicut a ꝑncipio. Sed ꝓijciẽs repulisti nos: iratus es ꝯtra nos vehemẽter.

Incipit pfatio i librũ baruch ꝓphete.

Liber iste q̃ baruch noĩe ꝑnotatur: i hebreo canõe ñ hẽtur: sed tñ i vulgata editõe: silr̃ ⁊ epl̃a hieremie. Propter noticiã aũt legentiũ hic scripta sũt: qꝛ mlt̃a ď xp̃o nouissimis tꝑibus indicant.

Incipit baruch ꝓpheta. Capl̃m .I.

Et hec uerba libri que scripsit baruch filius nerie filij maasie filij sedechie filij sedei filij helchie i babylonia i anno q̃nto ⁊ in septima die mẽsis: i tꝑe q̃ ceperũt chaldei irl̃m ⁊ succẽderũt eã igni. Et legit baruch verba libri huius ad aures ieconie filij ioachim regis iuda: ⁊ ad aures vniuersi ppl̃i venientĩ ad librũ: ⁊ ad aures potentiũ filioꝝ regũ ⁊ ad aures pr̃boꝝ ⁊ ad aures ppl̃i a minimo usqꝫ ad maximũ eoꝝ õiũ hitãtiũ i babylõia ad flumẽ sodi. Qui audiẽtes plorabãt ⁊ ieiũabãt ⁊ orabãt i ꝯspc̃u dñi. Et collegerũt pecuniã: fm̃ q̃ potuit vniuscuiusqꝫ manus: et miserũt i irl̃m ad ioachĩ filiũ helchie filij salon sacerdotẽ: ⁊ ad reliqs sacerdotes et ad õem ppl̃m: q̃ iuẽti sũt cũ eo i irl̃m cũ acciperẽt uasa tẽpli dñi: q̃ ablata fuerãt ď tẽplo reuocare in trã iuda. Decia die mẽsis syban: uasa argẽtea: q̃ fecit sedechias filꝰ iosie rex iuda: postea q̃ cepisset nabuchodonosor rex babylõis iechoniã ⁊ ꝑncipes ⁊ cũctos potẽtes ⁊ ppl̃m terre ab irl̃m: ⁊ duxit eos victos i babylõem. Et dixerũt: Ecce misimꝰ ad vos pecunias: de q̃bus emite holocaustõata et thus ⁊ facite mãna: ⁊ offerte ꝓ pc̃co ad arã dñi dei nři. Et orate ꝓ uita nabuchodonosor regis babylonis ⁊ ꝓ uita balthasar filij eius: ut sint dies eoꝝ sicut dies celi super terrã: ⁊ ut det dñs virtutẽ nob̃ ⁊ illuiet oculos nřos: ut viuamus sub ũbra nabuchodonosor regis babylonis: ⁊ sub ũbra balthasar filij eiꝰ: ⁊ fuiamꝰ eis mlt̃is diebꝰ: ⁊ iueniamꝰ g̃am i ꝯspc̃u eoꝝ. Et ꝓ nob̃ ipsis orate ad dñm deũ nřm: qꝛ peccauimꝰ dño deo nřo: ⁊ ñ ẽ auersus furor eiꝰ a nob̃ usqꝫ i hũc diez. Et legite librum istum: quẽ misimꝰ ad uos recitari i templo dñi i die solẽni: ⁊ i die opportuno. Et dicetis: Dño deo nřo iustitia: nob̃ aũt ꝯfusio faciei nře: sicut est dies hec: õi iuda ⁊ hitantibꝰ i irl̃m regibus nřis ⁊ ꝑncipibꝰ nřis ⁊ sacerdotibꝰ nřis ⁊ ꝓphetĩ nřis ⁊ pr̃icipibꝰ nřis. Peccauimꝰ ãte dñz deũ nřm: ⁊ ñ credidimꝰ diffidẽtes i eũ: ⁊ ñ fuimus subiectibiles illi: ⁊ ñ audiuimꝰ vocẽ dñi dei nři: ut ãbularemꝰ i mãdatĩ eius: q̃ dedit nob̃. A die q̃ eduxit p̃res nřos de t̃ra egypti usqꝫ ad diẽ hãc eramus icredibiles ad dñm deũ nřm: ⁊ dissipati recessimus ne audiremꝰ vocẽ ipsiꝰ. Et adheserunt nobis mlt̃a mala ⁊ maledictiões: q̃ ꝯstituit dñs moysi suo suo: q̃ eduxit p̃res nřos de t̃ra egypti dare nobis terrã fluẽtẽ lac ⁊ mel: sicut hodierna die. Et ñ audiuimus vocẽ dñi dei nři fm̃ oĩa verba prophetaꝝ: q̃s misit ad nos ⁊ ad iudices nřos: ⁊ abiuimus vnusq̃sqꝫ i sẽsũ cordis nři maligni: opari dijs alienis: faciẽtes mala ãte oculos dñi dei nři.

.II.

Propter q̃ð statuit dñs deꝰ nř verbum suũ: q̃ð locutꝰ est ad nos ⁊ ad iudices nřos: q̃ iudicauerũt i irl̃m ⁊ ad reges nřos et ad ꝑncipes nřos ⁊ ad õem isrl̃ ⁊ iuda: ut adducerẽt dñs sup nos mala magna: q̃ ñ sũt facta sub celo: quẽadmodũ facta sunt i irl̃m: fm̃ q̃ scripta sũt i lege moysi: ut mãducaret homo carnes filij sui ⁊ carnes filie sue. Et dedit eos sub manu regũ õiuz: q̃ sũt i circuitu nřo i iproperiũ ⁊ i desolatõem: ⁊ i õibus ppl̃is: i q̃bꝰ nos dispsit dñs. Et facti sumus subtꝰ ⁊ ñ supra: qꝛ peccauimꝰ dño deo nřo: nõ obaudiẽdo voci ipsius. Dño deo nřo iusticia: nobis aũt ⁊ p̃ribus nřis ꝯfusio faciei: sicut ẽ dies hec. Quia locutꝰ est dñs sup nos oĩa mala hec q̃ venerũt sup nos: ⁊ ñ sumus depcati faciem dñi dei nři: ut reuerteremur vnusq̃sqꝫ nřm a vijs nřis pessimis. Et vigilauit dñs i malis: ⁊ adduxit ea sup nos: qꝛ iustꝰ ẽ dñs i õibꝰ opibꝰ suis: q̃ mãdauit nob̃: ⁊ non audiuimus vocẽ ipsius: ut iremus i ꝑceptis dñi: q̃ dedit ãte faciem nřam. Et nũc dñe deus isrl̃: qui eduxisti populum tuũ de

terra egypti i manu valida ꝛ i signis ꝛ i pro
digijs ꝛ i vtute tua magna ꝛ i brachio excel
so: ꝛ fecisti tibi nomē: sicut ē dies iste: pecca
uim⁹: ipie egim⁹: iique gessim⁹ dn̄e de⁹ nr̄ i oī
b⁹ iusticijs tuis. Auertat ira tua a nobis: q2
derelicti sum⁹ pauci iter gētes: ubi dispsisti
nos. Exaudi dn̄e p̄ces nr̄as ꝛ oratōes nr̄as:
ꝛ educ nos ppt̄ te: ꝛ da nob̄ iuenire gr̄az āte
faciē eorū: q̄ nos abduxerūt: ut sciat oīs t̄ra
q2 tu es dn̄s de⁹ nr̄: ꝛ q2 nomē tuū iuocatū
ē sup isrl̄ ꝛ sup gen⁹ ipsius. Respice dn̄e de
domo sc̄a tua i nos: ꝛ iclia aurē tuā ꝛ exau
di nos. Aperi oculos tuos ꝛ uide: q2 n̄ mor
tui: q̄ sūt i iferno: q̄rū sp̄s accept⁹ ē a visceri
b⁹ suis: dabūt honorez ꝛ iustificatōez dn̄o:
sed aīa q̄ tristis ē sup magnitudinē mali: et
incedit curua ꝛ ifirma ꝛ oculi deficiētes: et
aīa esuriēs dat tibi gl̄am ꝛ iustitiā dn̄o: q2
n̄ s̄m iustitias patrū nr̄orū nos fūdim⁹ p̄ces
ꝛ petim⁹ miam āte ɔspectū tuū dn̄e de⁹ nr̄: s3
q2 misisti irā tuā ꝛ furorē tuū sup nos: sicut
locut⁹ es i manu puerorū tuorū pphetaruz
dicēs: Sic dicit dn̄s: Incliate hūerū vr̄m et
ceruicē vr̄am: ꝛ opa facite regi babylonis: ꝛ
sedebitis i terra: quā dedi pr̄ib⁹ vr̄is. Q2 si n̄
feceritis nec audieritis vocē dn̄i dei vr̄i ope
rari regi babylonie: defectōem vr̄am faciaz
d̄ ciuitatib⁹ iuda ꝛ a foris irl̄3: ꝛ auferā a vo
bis vocem iocunditatis ꝛ vocē gaudij ꝛ vo
cem sponsi ꝛ vocē spōse: ꝛ erit oīs terra sine
uestigio ab ihabitātib⁹ eā. Et n̄ audierūt vo
cē tuā: ut operarentur regi babylonis ꝛ sta
tuisti v̄ba tua: q̄ locut⁹ es i manib⁹ puerorꝝ
tuorꝝ pphetarū: ut trāsferētur ossa regum
nr̄orū ꝛ ossa pr̄m nr̄orū d̄ loco suo. Et ecce
sūt piecta i calore solis ꝛ i gelu noct̄: ꝛ mor
tui sunt i dolorib⁹ pessimis: i fame ꝛ in gla
dio ꝛ i emissione. Et posuisti tēplū: i q̄ inuo
catū ē nomē tuū i ipso: sicut hec dies: ppter
iiq̄tatē domus isrl̄ ꝛ dom⁹ iuda. Et fecisti i
nob̄ dn̄e de⁹ nr̄ s̄m oēm boitatē tuā ꝛ s̄3 oēz
mis̄atōem tuā illā magnā: sicut locut⁹ es in
manu pueri tui moysi: i die q̄ p̄cepisti ei scri
bē legē tuā corā filijs isrl̄ dicens: Si n̄ audie
ritis vocē meā: mltitudo hec magna ɔuer
tet in minimam gētē: qm̄ eos dispgam: q2
scio q᷑ me nō audiet pplus. Ppl̄s ē.n. dura
ceruice. Et ɔuertetur ad cor suum i t̄ra cap
tiuitatis sue: ꝛ sciēt q2 ego sū dn̄s de⁹ eoruz.
Et dabo eis cor ꝛ itelligent: ꝛ aures ꝛ audi
ent. Et laudabūt me i t̄ra captiuitatis sue:
ꝛ mēores erūt nois mei. Et auertēt se a dor
so suo duro: ꝛ a malignitatib⁹ suis: q2 remi
scēt viam patrū suorū: q̄ peccauert i me. Et
reuocabo illos i t̄raz quā iuraui pr̄ib⁹ eorū
abraā isac ꝛ iacob: ꝛ dn̄abūt ei⁹. Et mltipli
cabo eos: ꝛ n̄ mīorabūtur. Et statuam illis
testamētum alterum sempit̄nū: ut sim illis
i deuz: ꝛ ipsi erūt mihi i ppl̄m. Et non mo
uebo āpli⁹ ppl̄m meū filios isrl̄ a t̄ra quam
dedi eis.

.III.

Et nūc dn̄e oīpotēs de⁹ isrl̄: aīa i angu
stijs ꝛ sp̄s anxius clamat ad te: Audi
dn̄e ꝛ miserere: q2 de⁹ es mis̄icors: ꝛ miserē
nr̄i: q2 peccauim⁹ ante te. Quia tu sedes i sē
piternū: ꝛ nos pibim⁹ i euum. Dn̄e oīpotēs
deus isrl̄: audi nūc oratōem mortuorū isrl̄
ꝛ filiorū ipsorum: q̄ peccauerūt āte te: ꝛ nō
audierūt vocē dn̄i dei sui: ꝛ agglutinata sūt
nobis mala. Noli mēinisse iniq̄tatū patruz
nr̄orum: s3 mem̄to man⁹ tue ꝛ nois tui i tpe
isto: q2 tu es dn̄s de⁹ nr̄: ꝛ laudabim⁹ te dn̄e:
q2 ppt̄ hoc dedisti timorē tuū i cordib⁹ nr̄is
ꝛ ut iuocem⁹ nomē tuū ꝛ laudem⁹ te in cap
tiuitate nr̄a: q2 ɔuertimur ab iniquitate pa
trū nr̄orū: q̄ peccauerūt āte te. Et ecce nos i
captiuitate nr̄a sum⁹ hodie: q̄ nos dispsisti
in improperiū ꝛ in maledictum: ꝛ in pc̄m
s̄m oēs iniq̄tates patrū nr̄orum: q̄ discesse
rūt a te dn̄e de⁹ nr̄. Audi isrl̄ mādata vite:
aurib⁹ p̄cipe: ut scias prudētiā. Quid ē isrl̄:
q᷑ in t̄ra inimicorū es? Inueterasti in terra
aliena: coinq̄natus es cū mortuis. Deputa
tus es cū descēdētibus in infernū: dereliq̄sti
fōtē sapie. Nā si in uia dei āmbulasses: habi
tasses utiq3 in pace sup t̄ram. Disce ubi sit
prudētia: ubi sit v̄tus ubi sit intellect⁹: ut sci
as simul ubi sit lōgiturnitas vite ꝛ victus:
ubi sit lumē ocl̄orū ꝛ pax. Quis inuenit lo
cū ei⁹? Et q̄s intrauit i thesauros eius? Ubi
st̄ p̄ncipes gētiū: ꝛ q̄ dn̄ant sup bestias: q̄ st̄
sup t̄ra? Qui in auib⁹ celi ludūt: q̄ argētum
thesauriçāt ꝛ aurū: in q̄ ɔfidūt hoies: ꝛ n̄ ē
finis acq̄sitōis eorū. Qui argētū fabricāt ꝛ
solliciti st̄: nec ē inuētio operū illorū. Exter
minati st̄ ꝛ ad inferos descēdert: ꝛ alij loco
eorum exsurrexert. Iuuenes vidert lumē: ꝛ
habitauerūt sup terrā. Uiam āt discipline
ig̃rauerunt: n3 intellexerunt semitas eius:
neq3 filij eorū suscepert eam. A facie ipsorū

lōge facta ē. Nō ē audita i t̄ra chanaan: nꝫ
uisa ē i theman. Filij ꝗꝫ agar: q̄ exq̄sierūt pru
dētiā: q̄ de t̄ra ē: negociatores tre ⁊ theman
⁊ fabulatores ⁊ exq̄sitores prudētie ⁊ itelli-
gētie: viā aūt sapie nescierūt: nꝫ cōmēorati sūt
semitas ei⁹. O isrl' q̄ magna est dom⁹ dei: et
igens loc⁹ possessiōis ei⁹. Magn⁹ ē ⁊ n̄ hꝫ fi-
nem: excelsus ⁊ imēsus. Ibi fuerūt gigātes
noiati: illi q̄ ab iitio fuerūt statura magna sci
ētes bellū. Nō hos elegit dn̄s: nꝫ viā discipli
ne iuenerūt: ꝓptea perierūt. Et qm̄ n̄ habuerūt
sapiam: iterierūt ꝓpter suā isipientiā. Quis
ascēdit in celū ⁊ accepit eā ⁊ eduxit eam de
nubib⁹? Quis trāsfretauit mare ⁊ inuenit
illā: ⁊ attulit illā sup aurū electū? Nō ē qui
possit scire vias ei⁹: nꝫ q̄ exq̄rat sēitas eius.
Sꝫ q̄ scit uniuersa nouit eā: ⁊ adiuenit eaꝫ
prudētia sua. Qui p̄parauit t̄rā i etno tp̄e:
⁊ repleuit eā bipedib⁹ ⁊ q̄drupedibus. Qui
emittit lumē ⁊ vadit: ⁊ vocauit illud: ⁊ obe
dit illi i tremore. Stelle aūt dederūt lumē i cu-
stodijs suis: ⁊ letate sūt. Vocate sūt ⁊ dixe-
rūt: Adsum⁹. Et luxerūt ei cū iocūditate: q̄
fecit illas. Hic ē de⁹ nr̄ ⁊ n̄ estimabit ali⁹ ad-
uersus eū. Hic adiuenit ōem viā disciplie: ⁊
tradidit illā iacob puero suo: ⁊ isrl' dilecto
suo. P⁹ hec i t̄ris visus ē: et cum hominib⁹
ꝯuersat⁹ est.

C.IIII.

Hic liber mādatoꝝ dei: ⁊ lex q̄ ē i etnū.
Oēs q̄ tenent eā: ꝑuenięt ad uitā: qui
aūt derelīq̄rūt eā i mortē. Conuertere iacob ⁊ ap-
p̄bende eam: ābula p viā ad splēdorē ei⁹ cō
tra lumen ei⁹. Ne tradas alteri glām tuā: ⁊
dignitatē tuā gēti aliene. Beati sum⁹ isrl': qꝛ
q̄ deo placent māifesta sūt nob̄. Animeq̄oꝛ
esto ppl's dei memorabil' isrl'. Venūdati estis
gētib⁹ n̄ i ꝑditiōem: sed ꝓpter q̄d i ira ad ira
cūdiā ꝓuocastis dn̄m: tradītiq̄ꝫ estis aduersa
rijs. Exacerbastis.n. eū q̄ fecit uos deū eter
num: immolātes demonijs ⁊ non deo. Ob
liti.n. estis eum: q̄ nutriuit uos: ⁊ ꝯtristastis
nutricē vr̄am irl'm. Vidit.n. iracūdiā a deo
veniētē vobis: ⁊ dixit: Audite ꝯfines syon.
Adduxit.n. mihi de⁹ luctū magnum. Vidi
eteni captiuitatem ppl'i mei filioꝝ meoruꝫ
filiaruꝫ: quā sup̄duxit ill' eternus. Nutriui
eniꝫ illos cū iocūditate: dimisi aūt illos cū fle
tu ⁊ luctu. Nemo gaudeat sup me viduam
⁊ desolatā: a mľtis derelicta sū ꝓpter pc̄ca fi-
liorū meorū: qꝛ declinauerūt a lege dei. Iu-
stitias aūt ipsi⁹ nescierūt: nec ābulauerūt p vi-
as mādatorū dei: nꝫ p semitas veritatis eius
cū iustitia igressi sūt. Veniāt ꝯfines syon: et
mēorētur captiuitatē filiorū ⁊ filiarū mearuꝫ:
quā sup̄duxit illis etern⁹. Adduxit.n. super
illos gētē de lōginq̄: gētē iprobā ⁊ alteri⁹ lin-
gue: q̄ n̄ sūt reueriti senem: nꝫ puerorū miserti
sūt. Et abduxerūt dilectos vidue ⁊ a filijs
vnicā desolauerūt. Ego aūt q̄d possū adiuua-
re vos? Qui.n. adduxit sup vos mala: ipse
uos eripiet de manib⁹ īimicorū vr̄orū. Am-
bulate filij ābulate: ego.n. derelicta sū sola.
Exui me stola pacis: idui aūt me sacco obse-
cratōis: ⁊ clamabo ad altissimū i dieb⁹ meis.
Animeq̄ores estote filij: clamate ad dn̄m ⁊
eripiet vos d̄ māu p̄ncipū īimicorū. Ego.n.
spaui i etnū salutem vr̄am ⁊ vēit mihi gau-
diū a sancto sup mīa: q̄ veniet vob̄ ab etno
salutari nr̄o. Emisi.n. uos cum luctu ⁊ plo
ratu: reducet aūt uos mihi dn̄s cū gaudio et
iocūditate i sempit'nū. Sicut.n. viderunt vici
ne syon captiuitatem vr̄am a deo: sic vide-
būt et i celeritate salutem vr̄am i deo: q̄ sup
ueniet uob̄ cū honore magno ⁊ splēdore et'-
no. Filij patiēter sustinete irā: q̄ sup̄uēit vo-
bis. Persecut⁹ ē.n. te īimic⁹ tu⁹: sed cito vide
bis ꝑditōem ipsi⁹ ⁊ sup ceruices ipsi⁹ ascen-
des. Delicati mei ābulauerūt vias aspas: duc
ti sūt.n. ut grex direpť ab īimicis. Aieq̄ores
estote filij: ⁊ ꝓclamate ad dn̄ꝫ. Erit.n. mēo-
ria vr̄a ab eo: q̄ duxit vos. Sicut eni fuit sēsus
vr̄: ut erraretis a deo: decies tm̄ iterū ꝯuertē-
tes reqretis eū. Qui.n. iduxit vob̄ mala: ipse
rursū adducet uobis sēpiternā iocūditateꝫ
cuꝫ salute vr̄a. Aieq̄oꝛ esto irl'm. Exhortat
eni te: q̄ te noiauit. Nocētes peribūt: qui te
vexauerūt: ⁊ q̄ gratłati sūt i tua ruina puniē
tur. Ciuitates: q̄b⁹ seruierūt filij tui p̄nietur: ⁊
q̄ accepit filios tuos. Sicut enim gauisa est
i tua ruina ⁊ letata ē i casu tuo: sic ꝯtristabit
i sua desolatione. Et āputabitur exultatio
mľtitudis ei⁹: ⁊ gaudimoniū ei⁹ erit i luctū.
Ignis.n. sup̄ueniet ei ab eterno i logiturnis
dieb⁹: ⁊ habitabit a demonijs i mľtitudine
tp̄is. Circūspice irl'm ad oriētē: ⁊ vide iocū
ditatē a deo t' veniētē. Ecce.n. vēiūt filij tui:
q̄s dimisistis dispsos: veniūt collecti ab ori-
ente usq̄ꝫ ad occidētem i v'bo sācti gauden-
tes i honorem dei.

Exue te ierl'm stola luct' ⁊ vexati .V.
onis tue: ⁊ idue te decore ⁊ honore: q̄
a deo t' ē sēpitna glīa. Circūdabit te de' di-
ploide iustitie: ⁊ imponet mitrā capiti tuo
honoris eterni. De'.n.ostēdet splēdorē suū
i te: q̄ sub celo ē. Noiabit.n.t' nomen tuū a
deo i sempitnum: pax iustitie ⁊ honor pieta-
tis. Exurge ierl'm ⁊ sta i excelso: ⁊ circūspice
ad oriētē ⁊ uide collectos filios tuos ab ori-
ente sole usqꝫ ad occidētē i v'bo scī gauden-
tes dei mēoria. Exierūt.n. abs te pedib' ducti
ab iimicis: adducet āt illos dn̄s ad te porta-
tos i honorē sicut filios regni. Cōstituit.n.
de' humiliare oēm montē excelsum ⁊ ru-
pes pēnes: ⁊ ↄualles replē i eq̄litatem t're:
ut ābulet isrl' diligēt' i honorē dei. Obūbra-
uerūt āt silue: ⁊ oē lignū suauitat' isrl' man-
dato dei. Adducet.n. deus isrl' cum iocūdi-
tate i lu'ie maiestati' sue: cum mia ⁊ iusticia
q̄ est ex ipso. ¶ Incipit exemplum epistole
eiusdeꝫ: quā misit hieremias ad abductos
captiuos i babyloniam a rege babyloniorꝫ:
ut annunciaret illis secundum qḋ p̄ceptū ē
illi a deo.

.VI.

Propter pccā q̄ peccast' āte deū: abdu-
cemini i babyloniam captiui a nabu-
chodonosor rege babyloniorꝫ. Ingressi ita-
qꝫ i babylonē erit': ibi ān̄is plurimis ⁊ tpi-
b' lōgi usqꝫ ad generatōes septē: p' hoc autē
educā vos ide cū pace. Nūc āt videbit' i ba-
bylonia deos aureos ⁊ argēteos ⁊ lapideos
⁊ ligneos i hūer' portari: ostētātes metū gē-
tib'. Uidete ḡ ne ⁊ uos siīes efficiamini f'cis
alienis ⁊ metuatis: ⁊ met' vos capiat i ip̄is.
Uisa itaqꝫ turba de retro ⁊ ab āte: adoran-
tes dicite i cordib' v̄ris: Te oꝫ adorari dn̄e.
Angelus āt me' vobiscū ē. Ipse āt exq̄ram
aīas v̄ras. Nam ligna ipsorꝫ polita a fabro
ipsa ēt iaurata ⁊ iargētata falsa sunt: ⁊ non
pn̄t loq̄. Et sicut virgini amāti ornamenta
ita accepta auro fabricata sūt. Coronas cer-
te aureas hn̄t super capita sua dij illorꝫ: vn̄
subtrahūt sacerdotes ab eis aurum ⁊ argē-
tum: ⁊ erogant illud i semetipsis. Da auteꝫ
⁊ ex ipso p̄stitut' ⁊ merētces ornāt: ⁊ iteruꝫ
cū ceperit illud a mētricib' ornāt deos suos.
Hi āt n̄ liberāt ab erugine ⁊ tinea. Optis āt
illis veste purpurea extergēt faciē ipsorum
p̄pter puluerē dom': q̄ ē plurim' inter eos.

Sceptrū āt hꝫ ut hō: sicut iudex regiōis: q̄
i se peccātē n̄ iterficit. Habet ēt i manu gla-
dium ⁊ securim: se āt de bello ⁊ a latronib'
n̄ liberat. Un̄ vobis notū sit: q2 nō sunt dij.
Non ḡ reueremini eos. Sicut.n. vas hois
ↄfractuꝫ inutile efficit': tales sūt ⁊ dij illorꝫ.
Cōstitutis illis i domo oculi eorꝫ plen' sūt
puluere a pedibus itroeuntiuꝫ. Et sicut ali-
cui q̄ regem offendit circūsepte sunt ianue:
aut sicut ad sepulchrū adductum mortuū:
ita tutāt sacerdotes ostia clausur' ⁊ ser': ne
a latronib' expoliēt'. Lucernas accendūt ill':
⁊ q̄dem multas: ex q̄bus nullam vidē pn̄t.
Sūt āt sicut trabes i domo. Corda v'o eorꝫ
dicūt elingē s'pentes: q̄ de terra sūt: dū cōe-
dūt eos ⁊ vestimētū ipsorꝫ: ⁊ n̄ sentiūt. Ni-
gre fiūt facies eorꝫ a fumo: q̄ i domo fit. Su-
pra corp' eorꝫ ⁊ supra caput eorꝫ volāt noc-
tue ⁊ hirūdies: ⁊ aues ēt siīit' ⁊ catte. Unde
sciat': q2 n̄ sūt dij. Ne ḡ timueritis eos. Au-
rū ēt qḋ hn̄t ad specimen: nisi aliq̄s exterse-
rit eruginē: n̄ fulgebūt. Neqꝫ.n. dū ↄflarēt
sentiebāt. Ex oī p̄cio empta sūt: i quib' sp̄s
non est in ipsis. Sine pedib' i hūeri portāt':
ostētātes igbilitatem suam hoib'. Cōfūdāt'
ēt q̄ colūt ea. Propt'ea si ceciderit i t'ram a
semetipsis n̄ ↄsurgūt: neqꝫ siq̄s eū statuerit
rectuꝫ p semetipsū stabit: sed sicut mortuis
humeri illis apponēt'. Hostias illorꝫ vēdūt
sacerdotes ipsorꝫ ⁊ abutūt': siīiter ⁊ mlieres
eorꝫ decerpentes neqꝫ ifirmo neqꝫ mēdicāti
aliq̄d ip̄tiūt: de sacrificijs eorꝫ fete ⁊ mēstru-
ate cōtingunt. Sciētes itaqꝫ ex his: q2 n̄ sūt
dij: ne timeatis eos. Un̄.n. vocāt' dij: Quia
mulieres apponūt dijs argēteis ⁊ aureis ⁊
ligneis: ⁊ i domib' eorꝫ sacerdotes sedēt hn̄-
tes tunicas scissas ⁊ capita ⁊ barbā rasam:
q̄rū capita nuda sunt. Rugiūt āt clamātes
ↄtra deos suos: sicut i cena mortui. Uestim̄-
ta eorꝫ auferūt sacerdotes: ⁊ vestiūt vxōes
suas ⁊ filios suos. Neqꝫ siq̄d mali patiūtur
ab aliq̄ neqꝫ siq̄d bōi: poterunt retribuē: nꝫ
regem ↄstituere pn̄t neqꝫ auferre. Similiter
neqꝫ dare diuitias pn̄t: neqꝫ malū retribuē.
Siq̄s illis votum vouerit ⁊ nō reddiderit:
neqꝫ hoc req̄runt. Hoieꝫ a morte n̄ liberāt:
neqꝫ ifirmum a potentiore eripiūt. Hoiem
cecum ad visum n̄ restituūt: de necessitate
hoiem non liberabunt. Uidue non misere-
buntur: neqꝫ orphanis benefacient. Lapidi-
b' de mōte siīes sūt dij illorꝫ lignei ⁊ lapidei
⁊ aurei ⁊ argentei. Qui autem colunt ea

ↄſudēt. Quō ḡ eſtimādū ē aut dicēdū illos eē deos? Adhuc.n.ipſis chaldeis nō hono rātib⁹ea:q̄ cū audierit mutū ñ poſſe loq̄ offerunt illud ad bel:poſtulātes ab eo loq̄:q̄ſi poſſint ſentire:q̄ ñ hñt motū. Et ipſi cū intellexerit:relinquēt ea. Senſū.n.ñ hñt ipi dij illoꝝ. Mlieres āt circūdate funib⁹ i vijs ſedēt:ſuccēdētes oſſa oliuarū. Cū āt aliq̄ ex ipſis abſtracta ab aliq̄ trāſeunte dormierit cū eo:ꝓxīe ſue exprobrat:ꝙ ea nō ſit digna habita ſicut ipa:nz funis ei⁹ dirupt⁹ ſit. Oia āt q̄ illis fiūt falſa ſūt. Quō eſtimandū aut dicēdū ē illos eē deos? A fabrl āt ⁊ ab aurificib⁹ fc̄a ſūt. Nihil aliud erūt:niſi id qđ volūt eē ſacerdotes. Aurifices ēt ipſi:q̄ ea faciunt ñ ſūt mlti tp̄is. Nunq̄d ḡ pñt ea q̄ fabricata ſūt ab ipis eē dij? Reliq̄rūt āt falſa ⁊ opprobriū poſtea futurl. Nā cū ſupuenerit illꝭ ꝑliū ⁊ mala:cogitāt ſacerdotes:ubi ſe abſcōdāt cū illꝭ. Quō ḡ ſentiri debeāt:qm̄ dij ſūt: q̄ nec d̄ bello ſe liberāt:nz de malꝭ ſe eripiūt? Nā cū ſint lignea ⁊ iaurata ⁊ iargētata:ſcietur poſtea:q₂ falſa ſunt ab vniuerſis gētib⁹ ⁊ regib⁹: q̄ manifeſta ſūt:q₂ ñ ſūt dij:ſ₃ opa manuū hoīum:⁊ nullū op⁹ dei cū illꝭ. Unde ḡ notū ē:q₂ ñ ſūt dij:ſed opa manuū hoīuz ⁊ nullū dei op⁹ i ipſis ē? Regē regiōi ñ ſuſcitāt:nz pluuiā hoib⁹ dabūt. Judiciū q̄₃ ñ diſcernēt:nz regiōes libabūt ab iniuria:q₂ nihil pñt:ſic cornicule iter mediū celi ⁊ t̄re. Et eni cū iciderit ignis i domū deoꝝ ligneoꝝ ⁊ argēteoꝝ ⁊ aureoꝝ:ſacerdotes q̄dem ipſorū fugiāt ⁊ liberabūt:ipſi v̄o ſicut trabes in medio cōburēt. Regi āt ⁊ bello nō reſiſtent. Quō ḡ eſtimādū ē aut recipiēdū:q₂ dij ſūt? Nō a furib⁹ nz a latronib⁹ ſe libabunt dij lignei ⁊ lapidei ⁊ iaurati ⁊ iargētati:qb⁹ iiqui fortiores ſūt. Aurū ⁊ argētū ⁊ veſtimētū q̄ opti ſūt auferēt illis ⁊ abibūt:nec ſibi auxiliū ferent. Itaq₃ meli⁹ ē eē regē oſtētātē v̄tutē ſuā:aut vas i domo utile:i q̄ glat q̄ poſſidet illud:ꝟ oſtiū i domo:qđ cuſtodit q̄ i pace ſūt:q̄ꝫ falſi dij. Sol q̄dē ⁊ luna ac ſidera cū ſit ſplēdida ⁊ emiſſa ad utilitates obaudiūt:ſilr ⁊ fulgur cū apparuerit ꝑſpicuū ē. Idipſū āt ⁊ ſp̄s i oī regiōe ſpirat:⁊ nubes q̄b⁹ cū ipatū fuerit a deo pābulare i vniuerſū orbē:ꝑficiūt qđ ipatū ē eis. Ignis ēt miſſus deſup:ut ↄſumat mōtes ⁊ ſiluas:fac̄ qđ p̄ceptuz eſt ei. Hec autem nz ſpeb⁹ nz v̄tutib⁹ vni eoꝝ ſilia ſunt. Unde neq₃ eſtimādum ē neq₃ dicēdū illos eſſe deos:qñ nō pñt neq₃ iudicium iudicare neq₃ facē hoīb⁹. Scientes itaq₃ q₂ non ſūt dij:neq₃ ḡ timuerit eos. Neq₃ .n. regib⁹ maledicent:nz benedicent. Signa.n.in celo gētib⁹ ñ oſtendunt:neq₃ ut ſol lucebūt:nz illūiabūt ut luna. Beſtie meliōes ſūt illis:q̄ pñt fugē ſub tectū ac ꝓdeſſe ſibi. Nullo itaq₃ mō nob̄ ē manifeſtū:q₂ ſīt dij:ꝓpt̄ qđ ne timeatl eos. Nā ſic̄ i cucumerario:formido nihil cuſtodit:ita ſūt dij illorum lignei ⁊ argentei ⁊ inaurati. Eodē mō ⁊ i horto ſpina alba:ſupra quā omnis auis ſedet. Silr ⁊ mortūo ꝓiecto i tenebris:ſiles ſūt dij illoꝝ lignei ⁊ inaurati ⁊ iargētati. A purpura q̄₃ ⁊ marmore:q̄ ſupra illos tenent:ſcietis itaq₃ q₂ ñ ſūt dij. Ipſi ēt poſtrēo comedūt:⁊ erit opprobriū i regione. Melior ē hō iuſtus q̄ h₃ ñ ſimulacra:nā erit lōge ab opprobrijs.

Explicit liber baruch. Incipit ꝓlogus i ezechielem ꝓpheta.

Ezechiel ꝓpheta cū ioachiz rege iuda captiu⁹ duct⁹ ē i babylōem:ibiq₃ his q̄ cuz eo captiui fuerant ꝓphetauit pēitētib⁹:ꝙ ad hierēie vaticiniū ſe ultro aduerſarijs tradidiſſent:⁊ viderēt adhuc urbē hierosolymā ſtare:quā ille caſurā eē p̄dixerat. Triceſimo āt etatl ſue āno ⁊ captiuitatl q̄nto:exorſus ē ad ↄcaptiuos loq̄. Et eodē tp̄e l₃ poſterior hic i chaldea:hierēias in iudea ꝓphetauerūt. Sermo ei⁹ nec ſatl diſertus nec admodū ruſtic⁹ ē:ſed ex utroq₃ medie tēꝑat⁹. Sacerdos ⁊ ipſe fuit ſic̄ hieremias p̄ncipia voluminis ⁊ finē magnis hñs obſcuritatib⁹ iuoluta. S₃ ⁊ vulgata ei⁹ editio ñ mltū diſtat ab hebraico. Uñ ſatis miror quid cauſe extiterit:ut ſi eoſdē i vniuerſis libris hēm⁹ iterp̄tes:i alijs eadē i alijs diuerſa trāſtulerit. Legite igi ⁊ hunc iuxta trāſlatōem nr̄am:qm̄ p cola ſcript⁹ ⁊ cōmata māifeſtiorē legentib⁹ ſenſū tribuit. Si āt amici mei ⁊ hūc ſubſānauerit:dicite eis ꝙ nemo eos cōpellat ut ſcribāt. S₃ vereor ne illud eis eueniat:qđ grece ſignificāti⁹ dr̄:ut vocēt fagolidori:qđ ē māducātes ſenecias.

Explicit ꝓlogus.

Incipit ezechiel ꝓpheta. Caplm .I.

ET factum est in tricesimo āno i quarto in qnta mēsis: cū eem in medio captiuoꝝ iuxta fluuiū chobar: apti sūt celi: ⁊ uidi visiones dei. In qnta mēsis: ipse ē anꝰ qntꝰ trāsmigratiōis regl ioachī: fcm ē vbū dñi ad ezechielem filium buzi sacerdotē i tra chaldeoꝛuz: secꝰ flumē chobar. Et fca ē sup eum ibi manꝰ dñi. Et uidi: ⁊ ecce vētꝰ turbinis vēiebat ab aqlōe: ⁊ nubes magna ⁊ ignis inuoluēs. Et splēdoꝛ i circuitu eiꝰ: ⁊ d medio eiꝰ qsi species electri. i. de medio ignis. Et i medio eiꝰ silitudo qttuoꝛ aialiū: ⁊ hic aspectus coꝝ. Silitudo hois in eis. Et qttuoꝛ facies vni: ⁊ qttuoꝛ pēne vni. Et pedes coꝝ pedes recti: ⁊ plāta pedis coꝝ: qsi plāta pedis vituli: ⁊ scintille: qsi aspectꝰ eris cādētis. Et manus hois sub pēnis coꝝ in qttuoꝛ ptibꝰ: ⁊ facies ⁊ pēnas p qttuoꝛ ptes hēbāt: iūcteqꝫ erāt pēne coꝝ alteriꝰ ad alterū. Nō reuertebāt cuz icederēt: sz vnūqdqꝫ an faciē suā gradiebat. Silitudo āt vultꝰ coꝝ: facies hois ⁊ facies leonis a dextris ipsoꝝ qttuoꝛ: facies āt bouis a sinistris ipsoꝝ qttuoꝛ: ⁊ facies aquile desup ipsoꝝ qttuoꝛ: ⁊ facies coꝝ ⁊ pēne coꝝ extēte desup. Due pēne singuloꝝ iūgebātur: ⁊ due tegebāt cōpoa coꝝ. Et vnūqdqꝫ coꝝ corā facie sua āmbulabat. Ubi erāt ipetꝰ sps: illuc gradiebāt: nec reuertebāt cū ābularēt. Et silitudo aialiū ⁊ aspectus coꝝ qsi carbonū ignis ardētiū: ⁊ qsi aspectꝰ lāpadarū. Hec erat uisio discurrēs i medio aialiū splēdoꝛ ignis: ⁊ de igne fulgur egrediēs. Et aialia ibāt ⁊ reuertebāt i silitudinem fulguris coꝛuscātis. Cūqꝫ aspicerē aialia apparuit rota vna sup trā iuxta aialia: hñs qttuoꝛ facies. Et aspectꝰ rotaꝝ ⁊ opꝰ earuz qsi uisio maris: ⁊ vna silitudo ipsaꝝ qttuoꝛ: ⁊ aspectꝰ eaꝝ ⁊ opa: qsi sit rota in medio rote. Per qttuoꝛ ptes eaꝝ eūtes ibāt: ⁊ n reuertebant cū āmbularēt. Statura qꝫ erat rotis ⁊ altitudo ⁊ horribilis aspectꝰ: ⁊ totū corpꝰ oculis plenū i circuitu ipaꝝ qttuoꝛ. Cūqꝫ āmbularēt aialia: āmbulabāt parit ⁊ rote iuxta ea: ⁊ cū eleuarētur aialia de tra: eleuabant sil ⁊ rote. Quocūqꝫ ibat sps: illuc eūte spu: ⁊ rote parit eleuabāt sequētes eū. Sps. n. vite erat i rotis. Cū eūtibꝰ ibāt: ⁊ cū stātibꝰ stabāt: ⁊ cū eleuatis a tra parit eleuabāt ⁊ rote seqntes ea: qa sps uite erat i rotis. Et silitudo sup caput aialiū firmamēti: qsi aspectꝰ crystalli horribilis ⁊ extēti sup capita coꝝ desup. Sub firmamēto āt pēne coꝝ recte alteriꝰ ad alteꝝ. Unūqdqꝫ duabꝰ al velabat cōpꝰ suū: ⁊ alteꝝ silr velabat. Et audiebā sonū alaꝝ: qsi sonū aqrū mltaꝝ: qsi sonū sublimis dei. Cū āmbularēt qsi sonꝰ erat mltitudis: ut sonꝰ castroꝝ. Cūqꝫ starēt: demittebāt pēne coꝝ. Nā cum fieret vox sup firmamtū: qd erat sup caput coꝝ: stabāt ⁊ submittebāt alas suas. Et sup firmamētū qd erat iminēs capiti coꝝ: qsi aspectꝰ lapidis sapphiri: silitudo throni: ⁊ sup silitudinez throni silitudo quasi aspectus hois desup. Et vidi quasi spez electri: velut aspectū ignis itrisecꝰ p circuitū eiꝰ a lūbis eiꝰ ⁊ desup: ⁊ a lūbis eiꝰ usqꝫ deorsū vidi quasi speciē ignis splēdētis i circuitu velut aspectū arcꝰ cū fuerit i nube i die pluuie. Hic erat aspectus splendoꝛis per gyrum.

C. II.

HEc uisio silitudis glē dñi. Et uidi ⁊ cecidi in faciem meam: ⁊ audiui vocem loquentis. Et dixit ad me: Fili hois sta sup pedes tuos: ⁊ loquar tecū. Et igressus est i me sps pꝰqꝫ locutꝰ ē mihi: ⁊ statuit me supra pedes meos. Et audiui loquētem ad me et dicētem: Fili hois: mitto ego te ad filios isrl ad gētes apostatrices: que recesserūt a me. Pres coꝝ pu aricati sūt pactum meū usqꝫ ad diē hāc: ⁊ filij dura facie ⁊ idomabili corde sūt: ad qs ego mitto te. Et dices ad eos: Hec dic dñs deꝰ: Si forte ul ipsi audiāt: ⁊ si forte qescāt: qm domꝰ exasperās ē: ⁊ sciēt qꝛ ꝓpheta fuerit in medio coꝝ. Tu g fili hois ne timeas eos: neqꝫ smōes coꝝ metuas: qm icreduli ⁊ subuersoꝛes sūt tecū: ⁊ cū scorpionibꝰ habitas. Uerba coꝝ ne timeas: ⁊ vultus coꝝ ne formides: qꝛ domꝰ exasperās ē. Loqris g vba mea ad eos si forte audiāt ⁊ qescāt: qm irritatoꝛes sūt. Tu āt fili hois audi qcūqꝫ loqr ad te: ⁊ noli eē exasperās: sic domꝰ exasperatrix est. Aperi os tuū: ⁊ cōmede qcūqꝫ ego do tibi. Et uidi: ⁊ ecce manꝰ missa ad me: in qua erat iuolutꝰ liber: ⁊ expādit illū corā me: q erat scriptus itus ⁊ foris: ⁊ scripte erāt i eo lamētatōes ⁊ carmen ⁊ ve.

C.III.

Et dixit ad me: Fili hoīs: qđ-
cūq3 inueneris comede. Comede volu
mē istud: ⁊ vadēs loq̄re ad filios isrl̄. Et ape
rui os meū: ⁊ cibauit me volumine illo. Et
dixit ad me: Fili hoīs: vēter tu⁹ comedet: et
viscera tua cōplebunt volumie isto: qđ ego
do tibi. Et comedi illud: ⁊ fcm̄ ē i ore meo:
sicut mel dulce. Et dixit ad me: Fili hoīs va
de ad domū isrl̄: ⁊ loq̄ris v̄ba mea ad eos.
Nō.n. ad pplm̄ pfūdi s̄mōis ⁊ ignote ligue
tu mitteris ad domū isrl̄: n3 ad pplos mltos
pfūdi s̄mōis ⁊ ignote ligue: q̄rū n̄ possis au
dire s̄mōes. Et si ad illos mittereris: ipi audi-
rēt te. Dom⁹ āt isrl̄ nolūt audire te: q2 nolūt
audire me. Ois q̄ppe dom⁹ isrl̄ attrita fron
te ē ⁊ duro corde. Ecce dedi faciē tuā valēti-
orē faciēb⁹ eorū: ⁊ frōtem tuā duriorem frō-
tib⁹ eorū: ut adamātē: ⁊ ut silicē dedi facie3
tuā. Ne timeas eos n3 metuas a facie eoꝝ:
q2 domus exasperās ē. Et dixit ad me: Fili
hoīs: oēs s̄mōes meos: q̄s ego loq̄r ad te: as
sume i corde tuo: ⁊ aurib⁹ tuis audi: ⁊ vade
ingredē ad trāsmigrationem ad filios ppl̄i
mei: ⁊ loq̄ris ad eos: ⁊ dices eis: Hec dic dn̄s
de⁹: si forte audiāt ⁊ q̄escāt. Et assūpsit me
sps: ⁊ audiui p⁹ me vocē cōmotiōis magne:
bn̄dicta gl̄a dn̄i d̄ loco suo: ⁊ vocē alaꝝ aia
liū pcutiētiū alterā ad alterā: vocē rotaꝝ se
quētiū aialia ⁊ vocem cōmotionis magne.
Sps q̄3 leuauit me ⁊ assumpsit me: ⁊ abij
amarus i indignatione sps mei. Man⁹ eni3
dn̄i erat ꝯfortans me. Et ueni ad trāsmigra
tōem ad aceruū nouarū frugū ad eos q̄ ha-
bitabāt iuxta flum̄ chobar: ⁊ sedi ubi illi se
debant: ⁊ māsi ibi septem dieb⁹ merens in
medio eoꝝ. Cū āt ptrāsissent septē dies: fc̄3
ē v̄bū dn̄i ad me dicēs: Fili hoīs: speculato-
re3 dedi te domui isrl̄: ⁊ audies de ore meo
v̄bū: ⁊ ānūciabis eis ex me. Si dicēte me ad
impium morte morieris n̄ annūciaueris ei:
neq3 locut⁹ fueris: ut auertatur a via sua i-
pia ⁊ viuat: ipse impius i iīq̄tate sua mōiet:
sāguinem āt eius de manu tua req̄ram. Si
āt tu ānūciaueris impio: ⁊ ille n̄ fuerit cōuer-
sus ab impietate sua ⁊ a via sua impia: ipe
q̄dē i ipietate sua moriet: tu āt aiam tuā li-
berasti. S3 ⁊ si ꝯuersus iustus a iustitia sua
fuerit: ⁊ fecerit iīq̄tate3: ponā offendiculu3
coram eo. Ipse moriet: q2 n̄ ānūciasti ei. In
pcc̄o suo moriet: ⁊ n̄ erūt i memoria iustitie
eius q̄s fecit: sāguinem vero eius de manu
Hec dic̄ dn̄s: Sup trib⁹ scelerib⁹ moab: ⁊ sup q̄ttuō n̄ ꝯuertā eū: eo q̄ īcēderit ossa regl̄ idumee usq̄ ad cinerē. Et mittam ignem ī moab: ⁊ deuorabit edes carioth: ⁊ morieť ī sonitu moab ī clāgore tube: ⁊ dispdā iudicē de medio ei⁹: ⁊ oēs ꝑncipes eius īterficiā cū eo dic̄ dn̄s. Hec dicit dn̄s: Super trib⁹ scelerib⁹ iuda ⁊ sꝫ q̄ttuor n̄ ꝯuertā euꝫ: eo q̄ abiecerit legē dn̄i: ⁊ mandata ei⁹ n̄ custodierīt. Deceperīt. n. eos idola sua: p⁹ q̄ abierāt p̄res eoꝝ. Et mittā ignē ī iuda: ⁊ deuorabit edes irlꝫ. Hec dicit dn̄s: Sup trib⁹ scelerib⁹ isrl̄: ⁊ sup q̄ttuor nō ꝯuertā eū: ꝓ eo q̄ vēdiderit ꝓ argēto iustū: ⁊ pauperē ꝓ calciamētl̄. Qui ꝯterūt sꝫ puluerē t̄re capita pauperꝝ: ⁊ viā hūiliū declināt. Et fili⁹ ac p̄r eius ierūt ad puellā: ut violarēt nomē scm̄ meū: ⁊ sꝫ vestimētis pignerat̄l accubuerīt iuxta oē altare: ⁊ vinū dānatoꝝ bibebāt ī domo dei sui. Ego āt extīmiaui āmorreū a facie eoꝝ: cui⁹ altitudo cedroꝝ altitudo ei⁹: ⁊ fortl̄ ipse q̄si querc⁹. Et ꝯtriui fructū ei⁹ desup: ⁊ radices eius subt̄. Ego sū q̄ ascēdē vos feci đ terra egypti: ⁊ eduxi vos ī desertū q̄dragita annis: ut possideretl̄ t̄rā āmorrei: ⁊ suscitaui đ filijs v̄ris ī ꝓphetas: ⁊ de iuuenib⁹ v̄ris nazareos. Nūq̄d n̄ ita est filij isrl̄ dic̄ dn̄s: Et ꝓpinabitl̄ nazareis vinū: ⁊ ꝓphetl̄ mādabatis dicētes: ne ꝓphetetl̄. Ecce ego stridebo subt̄ vos: sicut stridet plaustrū onustū feno. Et ꝑibit fuga a veloce: ⁊ fortl̄ n̄ obtīebit v̄tutē suā: ⁊ robust⁹ n̄ saluabit aīam suā. Et tenēs arcū n̄ stabit: ⁊ velox pedib⁹ suis n̄ saluabit ⁊ ascēsor eq̄ n̄ saluabit aīam suā: ⁊ robust⁹ cōde it̄ fortes nud⁹ fugiet ī illa die dic̄ dn̄s.

.III.

Audite verbum qđ locutus ē dn̄s sup vos filij isrl̄ super oēm cognationem: quam eduxi de terra egypti dicens: Tantū modo vos cognoui ex oīb⁹ cognatiōib⁹ t̄re

Jcirco visitabo sup vos oēs iīqtates vr̄as.
Nunqd ābulabunt duo parit: nisi ꝯuenerit
eis: Nūqd rugiet leo i saltu: nisi habuerit p̄
dā: Nūqd dabit catul⁹ leonis vocē d̄ cubili
suo: nisi aliqd apphēderit: Nūqd cadet a
uis i laquz tre absq; aucupe: Nūqd auferet
laqus de tra: āteq̄ qd cepit: Si claget tuba
i ciuitate: ⁊ ppls n̄ expauescet: Si erit malū
i ciuitate: qd dn̄us nō fecerit: Quia n̄ faciet
dn̄s de⁹ v̄bū: nisi reuelauerit secretū suū ad
seruos suos pphetas. Leo rugiet: qs n̄ time-
bit: Dn̄s de⁹ locut⁹ ē: qs n̄ pphetabit: Audi-
tum facite i edib⁹ azoti: ⁊ i edib⁹ tre egypti: ⁊
dicite: Cōgregamini sr̄ mōtes samarie: ⁊ ui
dete isanias mltas i medio eius: ⁊ calūniaz
patiētes in penetralib⁹ ei⁹. Et nesciēt facere
rectum dic dn̄s: thesauriçātes iīqtatez: ⁊ ra
pinas i edib⁹ suis. Propt̄ea hec dic dn̄s de⁹:
Tribulabit ⁊ circuiet tra: ⁊ detrahet ex te
fortitudo tua: ⁊ diripiēt edes tue. Hec dicit
dn̄s: Quō si eruat pastor de ore leonis duo
crura aut extremū auricle: sic eruēt filij isrl̄:
q̄ hitāt i samariā i plaga lectuli ⁊ i damasci
grabato. Audite ⁊ ꝯtestami in domo iacob
dic dn̄s de⁹ exercituū: q: i die cū visitare ce-
pero p̄uaricatiōes isrl̄ sr̄ eū visitabo: ⁊ sr̄ al-
taria bethel: ⁊ āputabūt cornua altaris ⁊ ca-
dēt i trā: ⁊ pcutiā domū hyemalē cū domo
estiua: ⁊ peribūt dom⁹ eburnee: ⁊ dissipabū-
tur edes mlte dicit dn̄s.

.IIII.

Audite v̄bū hoc vacce pigues: q̄ estis in
mōte samarie: q̄ calūniā facitis egenis:
⁊ ꝯfrigitis paupes. Que dicitis dn̄is v̄ris: af-
ferte ⁊ bibem⁹. Jurauit dn̄s de⁹ i s̄co suo: q:
ecce dies veniēt sr̄ vos: ⁊ leuabūt vos i cōtis:
⁊ reliqas v̄ras i ollis feruētib⁹. Et p aptas
exibitis alta ꝯtra alterā: ⁊ p̄iciemini i armon
dic dn̄us: Uenite ad bethel ⁊ ipie agite ad
galgalā: ⁊ mltiplicate p̄uaricatiōem. Et of-
ferte mane victias v̄ras: trib⁹ dieb⁹ decimas
v̄ras. Et sacrificate de fermtato laudē: ⁊ vo
cate volūtarias oblatiōes: ⁊ ānūciate. Sic
.n. voluistis filij isrl̄ dic dn̄s de⁹. Unde ⁊ ego
dedi vob̄ stuporez dētiū i cūctis urbib⁹ v̄ris: ⁊
idigētiā panū in oib⁹ locis v̄ris: ⁊ n̄ estis reuersi
ad me dic dn̄s: Ego q̄z ꝓhibui a vob̄ imbrē
cū adhuc tres meses supessēt usq; ad messē:
⁊ plui sr̄ vnā ciuitatē: ⁊ sr̄ altam ciuitatē nō
plui. Pars vna cōpluta ē: ⁊ ps sr̄ quam nō
plui aruit. Et veneēt due ⁊ tres ciuitates ad
vnā ciuitatē: ut biberēt aquā: ⁊ n̄ sut satiate
⁊ n̄ redistis ad me dic dn̄s. Percussi vos i uē-
to urēte ⁊ i aurugie: mltitudiez hortoꝝ v̄ro
ruz ⁊ vineaꝝ v̄raꝝ: oliueta v̄ra ⁊ ficeta v̄ra
cōedit eruca: ⁊ n̄ redistis ad me dicit dn̄s. Mi-
si i uos mortē i via egypti: pcussi i gladio iu
uenes v̄ros usq; ad captiuitatē eq̄ꝝ v̄roꝝ: ⁊
ascēdē feci putredinē castroꝝ v̄roꝝ i nares
v̄ras: ⁊ n̄ redistis ad me dic dn̄us. Subuerti
vos sic subuertit de⁹ sodomā ⁊ gomorrā: et
f̄ci estis q̄si torris rapt⁹ ab icēdio: ⁊ n̄ redistis
ad me dicit dn̄s. Quapropt̄ hec faciā t̄ isrl̄.
P⁹q̄ āt hec fecero t̄: pparate i occursum dei
tui isrl̄. Quia ecce formās mōtes ⁊ creans
vētū: ⁊ ānūciās hōi eloqū suū: faciēs matu-
tinā nebulā: ⁊ gradiēs sr̄ excelsa tre: dn̄s de⁹
exercituū nomē ei⁹.

.V.

Audite v̄bū istud: qd ego leuo sup vos
plāctū. Dom⁹ isrl̄ cecidit: ⁊ n̄ adyciet:
ut resurgat. Uirgo isrl̄ piecta ē i traz suā: n̄
ē q̄ suscitet eā. Quia hec dic dn̄s de⁹: Urbs
d̄ q̄ egrediebāt mille: reliquēt i ea cētū: ⁊ d̄ q̄
egrediebāt cētū: reliqnt i ea decem in domo
isrl̄: q: hec dic dn̄s de⁹ domui isrl̄: Querite
me ⁊ viuetis: ⁊ nolite q̄rē bethel. Jn galgalā
nolite itrare: ⁊ i bersabee n̄ trāsibitis: q: gal-
gala captiua ducet ⁊ bethel erit inutil̄. Que-
rite dn̄uz ⁊ viuite: ne forte cōburat ut ignis
dom⁹ ioseph: ⁊ deuorabit: ⁊ n̄ erit q̄ extin-
guat bethel. Qui ꝯuertitis i absinthiū iudici
uz: ⁊ iustitiā i tra relinq̄tis: faciētē arcturū ⁊ o
rionē ⁊ ꝯuertētē i mane tenebras: ⁊ diez in
noctē mutātē. Qui vocat aq̄s maris: ⁊ effū-
dit eas sr̄ faciē tre: dn̄s nomē ē ei⁹. Qui sub
ridet vastitatē sr̄ robustū: ⁊ depopulationē
sr̄ potētē affert. Odio habuerūt corripiētē i
porta: ⁊ loq̄ntē pfecte abomiati sūt. Jccirco
p eo q̄ diripiebatis paupē: ⁊ p̄dā electā tolle-
batis ab eo: domos q̄dro lapide edificabitis: ⁊
n̄ habitabitis i eis. Uineas plātabitis amantis-
simas: ⁊ n̄ bibetis vinū eaꝝ: q: cog̃ui mlta sce
lera v̄ra: ⁊ fortia pc̄ca v̄ra. Hostes iusti acci-
piētes mun⁹: ⁊ paupes dep̄mētes i porta. Jō
prudēs i t̄pe illo tacebit: q: t̄ps malum est.
Querite bonū ⁊ nō malū ut viuatis: ⁊ erit
dn̄s de⁹ exercituū vobiscū: sic dixistis. Odite
malum ⁊ diligite bonū: ⁊ cōstituite i porta
iudicium: si forte misereat dn̄s de⁹ exercituuz
reliquijs ioseph. Propt̄ea hec dic dn̄s deus

exercituū dn̄ator. In oīb' plateis plāct': ⁊ i cūctꝭ q̄ forꝭ sūt dicēt ve ve. Et vocabūt agricolā ad luctū: ⁊ ad plāctū eos q̄ sciūt plāgē. Et i omnib' vījs erit plāct': q: ptrāsibo i medio tui dic̄ dn̄s: Ue desiderātib' diē dn̄i. Ad q̄d eā vobis? Dies dn̄i ista tenebre ⁊ nō lux. Quō si fugiat vir a facie leonis: ⁊ occurrat ei vrsus: ⁊ igrediat̄ domū ⁊ initat̄ māu sua sup parietē: ⁊ mordeat eū coluber. Nūq̄d n̄ tenebre dies dn̄i: ⁊ n̄ lux ⁊ caligo ⁊ n̄ splēdō i ea? Odi ⁊ pieci festiuitates vr̄as: ⁊ n̄ capiā odorē cetuū vr̄oꝝ. Q: si obtulerit mihi holocaustomata ⁊ mūera vr̄a n̄ suscipiā: ⁊ vota piguiū vr̄oꝝ n̄ respiciā. Aufer a me tumlt̄ū carminū tuoꝝ: ⁊ cantica lyre tue n̄ audiā. Et reuelabit̄ q̄si aq̄ iudiciū: ⁊ iustitia q̄si torrēs fortis. Nūq̄d hostias ⁊ sacrificiū obtulistꝭ mihi i deſto q̄dragita ānis dom' isrl̄? Et portastꝭ tabernaculū moloch deo vr̄o: ⁊ imaginē idoloꝝ vr̄oꝝ: sidus dei vr̄i rēpha: figuras q̄s fecistꝭ vob' adōare eas. Et migrare vos faciā trās damascū dixit dn̄s de' exercituū nomē eius.

¶ .VI.

Ne vobis q̄ opulētí estꝭ i syon: ⁊ ɔfiditꝭ i monte samarie: optiates capita populoꝝ: igrediētes pōpatice domū isrl̄. Trāsite i calane ⁊ videte: ⁊ ite īde in emath magnam: ⁊ descēdite i geth palestinorum: ⁊ ad optia q̄q; regna hoꝝ: si latior t̄min' eoꝝ t̄mino vr̄o ē. Qui sepati estꝭ i diē malū: ⁊ appropīq̄tꝭ solio iīq̄tatꝭ. Qui dormitꝭ in lectꝭ eburneis: ⁊ lasciuitꝭ i stratꝭ vr̄is. Qui comeditis agnū de grege: ⁊ vitulos de medio armēti: q̄ canitꝭ ad vocē psalterij. Sic dauid putauerūt se hr̄e vasa cātici: bibētes vinū i phialis ⁊ optimo vnguēto delibuti: ⁊ nihil patiebātur sup cōtritōe ioseph. Quapropt̄ nūc migrabūt i capite trāsmigrātiū: ⁊ aufēt̄ factio lasciuiētiū. Iurauit dn̄us de' i aīa sua: dicit dn̄s de' exercituū. Detestō ego supbiā iacob ⁊ domos ei' odi: ⁊ tradā ciuitatē cū hitatorib' suis. Q: si reliq̄ fuerit decē viri in domo vna ⁊ ipsi morient̄. Et tollet eū ppiqu' suus: ⁊ cōburet eū: ut efferat ossa de domo: ⁊ dicet ei: q̄ i penetralib' dom' ē: Nūq̄d adhuc ē penes te? Et r̄spōdebit: Finis ē. Et dicet ei: Tace ⁊ n̄ recordꝭ nōis dn̄i. Quia ecce dn̄s mādauit: ⁊ pcutiet domū maiorē ruinis: et domū miorē scissiōib'. Nūq̄d currē queūt i petris eq̄: aut arari pōt i bubalꝭ? Q: ɔuer-

tistis i amaritudinē iudiciū: ⁊ fructū iustitie i absinthiū: q̄ letamini i nihilo: q̄ dicitꝭ: Nūq̄d n̄ i fortitudie nr̄a assūpsim' nob' cōnua? Ecce. n. suscitabo sup vos dom' isrl̄: dic̄ dn̄s de' exercituū gētē: ⁊ cōteret uos ab introitu emath usq; ad torrētē deserti.

¶ .VII.

Hec ōn̄dit mihi dn̄s de': Et ecce fictor locuste in pncipio germinātiū serotini imbris: ⁊ ecce serotin' post tōsiōem regꝭ. Et fc̄m ē cū consumasset comedē herbā tre dixi: Dn̄e de' ppiti' esto obsecro. Quis suscitabit iacob: q: paruu' ē? Mist' ē dn̄s s̄; hoc. Nō erit dixit dn̄s: Hec ōn̄dit mihi dn̄s de'. Et ecce uocauit iudiciū ad ignē dn̄us de': et deuōabit abyssū mltā: ⁊ comedet simlꝭ ptē. Et dixi: Dn̄e de' q̄esce obsecro. Quis suscitabit iacob: q: paruul' ē? Mistus ē dn̄s s̄; hoc. S; ⁊ istud n̄ erit dixit dn̄s de': Hec ōn̄dit mihi dn̄s deus. Et ecce dn̄s stās sup murū litū: ⁊ i manu eius trulla cementarij. Et dixit dn̄s ad me: Quid tu uides amos? Et dixi: Trullā cementarij. Et dixit dn̄s: Ecce ego ponā trullā i medio ppl̄i mei isrl̄. Non abijciā ultra supinducē eū: ⁊ demolient̄ excelsa idoli: ⁊ sāctificatōes isrl̄ desolabūt: ⁊ consurgā sup domū hieroboā in gladio. Et misit amasias sacerdos bethel ad hieroboā regē isrl̄ dicēs: Rebellauit cōtra te amos i medio dom' isrl̄. Nō potit t̄ra sustiere uniuisos s̄mones eius. Hec. n. dicit amos: In gladio morient̄ hieroboā: ⁊ isrl̄ captiu' migrabit de t̄ra sua. Et dixit amasias ad amos: Qui uides gradē: fuge i t̄rā iuda: ⁊ comede ibi panē ⁊ pphetab' ibi: ⁊ i bethel n̄ adijcies ultra ut pphetes: q: scīficatio regꝭ ē ⁊ domus regni ē. R̄n̄ditq; amos: ⁊ dixit ad amasiam: Nō sū ppheta: ⁊ n̄ sū fili' pphete: s; armentari' ego sū vellicās sycomoros. Et tulit me dn̄s de': cū seq̄rer gregē: ⁊ dixit dn̄s ad me: Uade ppheta ad ppl̄z meū isrl̄. Et nc̄ audi v̄bū dn̄i: Tu dicꝭ n̄ pphetab' s̄; isrl̄: ⁊ n̄ stillabis s̄; domū idoli. Propt̄ hoc hec dic̄ dn̄s: Uxor tua in ciuitate fornicabitur: ⁊ filij tui ⁊ filie tue i gladio cadēt: ⁊ hum' tua funiculo metiet̄. Et tu i t̄ra polluta mōieꝭ: ⁊ isrl̄ captiu' migrauit de t̄ra sua.

¶ .VIII.

Hec ōn̄dit mihi dn̄s de'. Et ecce vncin' pomorum. Et dixit: Quid tu vides amos? Et dixi: Uncinum pomorum. Et dixit dominus ad me: Uenit finis super pplm

meĩ isrl'. Nõ adijciã ultra ut ptrãseã eũ: Et
stridebũt cardines tẽpli i die illa dicit dñs
de'. Multi moriẽt: i oi loco proijciet silẽtiũ
Audite hoc q̃ ɔteritis paupẽ: ⁊ deficere facitis
egenos terre dicẽtes: Qñ trãsibit messis ⁊
venũdabim' merces: ⁊ sabbatũ ⁊ apiemus
frumẽtũ: ut iminuam' mẽsurã ⁊ augeam' si
clũ: ⁊ supponam' stateras dolosas: ut possi
deam' i argẽto egenos ⁊ paupes p calciam
tis: ⁊ q̃sq̃lias frumti uẽdam'? Jurauit dñs
i supbiã iacob: Si oblit' fuero usq̃ ad finẽ
oĩa opa eoꝝ. Nũq̃d sup isto nõ cõmouebit
tra ⁊ lugebit oĩs hitator ei'? Et ascẽdet q̃si
fluui' uniuersus ⁊ eijciet ⁊ defluet q̃si riuus
egypti: ⁊ erit i die illa dic̃ dñs: occidet sol me
ridie: ⁊ tenebrascere faciã terrã i die lumis.
Et cõuertã festiuitates v̄ras i luctũ: ⁊ oĩa cã
tica v̄ra i plãctũ ⁊ iducã sup õẽ dorsum v̄ꝝ
saccum: ⁊ super omne caput caluitiũ: ⁊ po
nã eã q̃si luctũ unigeniti ⁊ nouissima ei' q̃si
diẽ amarũ. Et ecce dies ueniũt dicit dñs: ⁊ e
mittã famẽ i terrã: nõ famẽ panis neq̃ siti
aque: sed audiẽdi uerbũ dñi: ⁊ ɔmouebunt
a mari usq̃ ad mare: ⁊ ab aquilone usq̃ ad
oriẽtẽ circuibũt q̃rẽtes v̄bũ dñi ⁊ ñ iueniẽt.
Jn die illa deficiẽt uirgines pulchre ⁊ adole
scẽtes i siti: q̃ iurãt in delicto samarie ⁊ di
cũt: Uiuit deus tuus dan: ⁊ viuit uia bersa
bee: ⁊ cadẽt ⁊ nõ resurgẽt ultra.

IX.

Uidi dñz stãtẽ sup altare ⁊ dixit: Per
cute cardinẽ: ⁊ ɔmoueãt sup limiaria
Auaricia. n. i capite oĩuz ⁊ nouissimũ eorũ
i gladio iterficiã. Nõ erit fuga eis ⁊ q̃ fugẽit
ex eis nõ saluabit. Si descẽderit usq̃ ad ifer
nũ: inde man' mea educet eos: ⁊ si ascẽderit
usq̃ i celũ: inde detrahã eos: Et si abscõditi
fuerit i uertice carmeli: inde scrutãs auferã
eos: ⁊ si celauerit se ab oculis meis i pfũdo
maris ibi mãdabo serpẽti ⁊ mordebit eos:
⁊ si abierit i captiuitatẽ corã ĩimicis suis ibi
mãdabo gladio ⁊ occidet eos: Et ponã ocu
los meos sup eos i malũ ⁊ nõ i bonũ: ⁊ dñs
de' exercituũ qui tãgit terrã ⁊ tabescit: ⁊ lu
gebũt oẽs habitãtes i ea: ⁊ ascẽdet sicut ri
uus oĩs: ⁊ defluet sicut fluuius egypti. Qui
edificat i celo ascẽsionẽ suã: ⁊ fasciculũ suũ
super terrã fũdauit. Qui uocat aq̃s maris
⁊ effundit eas super faciem terre. Dñs no
men eius. Nũquid nõ ut filij ethiopuz uos
estis mihi filij isrl' ait dominus? Nunquid
isrl' ascẽdere feci de tra egypti: ⁊ palestinos
de cappadocia ⁊ syros de cyrene? Ecce ocli
dñi dei sup regnũ peccãs: ⁊ ɔterã illud a fa
cie tre. Uerũtñ ɔterẽs nõ ɔteraz domuz ia
cob dic̃ dñs. Ecce. n. mãdabo ego ⁊ ɔcutiaz
i oĩb' gẽtib' domũ isrl' sic cõcutit triticũ i cri
bro: ⁊ nõ cadet lapillus sup trã. Jn gladio
moriẽt oẽs pccõres ppli mei q̃ dicũt nõ ap
ppiq̃bit ⁊ ñ ueniet sup uos maluz. Jn die
illa suscitabo tabernaclũz dauid: qd̃ cecidit
⁊ reedificabo apturas muroꝝ ei': ⁊ ea q̃ cor
ruerãt istaurabo: ⁊ reedificabo eũ sicut i di
eb' ãtiquis: ut possideãt r̃liquias idumee ⁊
oẽs natiões eo q̃ iuocatũ sit nomen meum
sup eos: dicit dñs faciẽs hec. Ecce dies ueni
ent dicit dñs: ⁊ ɔprehẽdet arator messorẽ: ⁊
calcator uue mittẽtẽ semen: Et stillabunt
mõtes dulcedinẽ: ⁊ oẽs colles culti erũt: Et
cõuertã captiuitatẽ ppli mei isrl': ⁊ edifica
bũt ciuitates desertas: ⁊ ihitabũt ⁊ planta
bũt uineas: ⁊ bibẽt uinũ earũ ⁊ facient hor
tos ⁊ cõedẽt fruct' eorũ: Et plãtabo eos su
per humũ suã: ⁊ nõ euellã eos vltra de ter
ra sua: quã dedi eis dicit domin' de' tuus.

Explicit Amos propheta. Incipit
prologus in Abdiam prophetam.

IAcob patriarcha habuit fra
trẽ esau q̃ ob ruborẽ corpõis
sui edom hebrea ligua appel
lat' ẽ: qd̃ latine sãguine' dicit.
Js memoratũ fratrẽ suũ qui
isrl' nom̃ accepat: graui odio ɔmot' ĩtimere
conat' ẽ. Qua de cã oẽs q̃ pplm isrl'. i. filios
patriarche iacob p̃dicti esau odiũ imitati p
secuti sũt: esau ⁊ edõ appellati sũt. Et q̃r po
pls isrl' de captiuitate chaldeoꝝ p cyrũ r̃gẽ
persarũ nutu dei reuocatus i irl'm: ab alio r̃
gno grauit' afflict' atq̃ opp̃ssus ẽ: ideo hoc
regnũ qd̃ more esau p̃dictũ pplz psecutũ ẽ:
p denũciationẽ abdie pphete icrepat: qd̃ ñ
dei idignatiõe sed sua virtute pplm supatũ
gl'iabat. De quo regno oli p dauid i ps. cẽte
simo trigesimosexto dictũ est: Memorare
dñe filioꝝ edom in die irl'm. Nã reliq̃ lecti
one cõp̃hẽsa futurũ i gentes iudiciũ ob cãs
lectione comprehensas: regnũq̃ dei i ppl'o
israel significat. Hebrei hunc dictum esse q̃
sub rege samarie achab ⁊ impijssima ieça
bel pauit centum prophetas in specubus:
qui non curuauerũt genu ante baal ⁊ de se
ptẽ milib' erant quos helias arguit igrasse:

Sepulchrū q̃z eiꝰ vſq̃z hodie cū mauſeolo heliſei pphete: ⁊ baptiſte ioannis i ſebaſte veneratōi habet: q̄ oli ſamaria dicebat. Hanc herodes rex antipatris filiꝰ i honore augu ſti ceſaris greco noie vocauit auguſtā. Hic igit q̄ cētū pphetas pauerat: accepit gratiā pphetalē: ⁊ d̄ duce exercitꝰ fuit dux eccleſie. Tūc i ſamaria puū gregē pauerat: nūc i toto orbe chriſti paſcit eccl'ias. Et ſic̄ ſtephanꝰ coronā meruit paſſiōis: ſic hic d̄ ſuitutꝭ dei cū paulo apl'o noie gl'iat: q2 abdias ſuꝰ dn̄i in noſtro ſonat eloquio.

Explicit plogus. Incipit argumētū.

Abdias q̄ interptat ſuꝰ dn̄i pſōat ꝯtra edom: ſanguineū t̄renūq̃z fratrē: fratri q̃z iacob ſemp emuluz haſta pcutit ſpiritali.

Explicit argumentū. Incipit Abdias ppheta. Capl'm .I.

Viſio Abdie. hec dicit dn̄s deꝰ ad edom: Auditū audiuimꝰ a dn̄o: ⁊ legatū ad gentes miſit: Surgite: ⁊ ꝯſurgamꝰ aduerſus eū i pliū. Ecce puulū d̄di te i gētibuſ. Cōtēptibil' tu es valde. Supbia cordis tui extulit te hitātē i ſciſſurꝭ petrarꝝ: exaltātē ſoliū tuū. Qui dicꝭ i cōde tuo: Quis d̄trahet me i t'rā? Si exaltatꝰ fuerꝭ vt aq̄la: ⁊ ſi int' ſydra poſuerꝭ nidū tuū: ide d̄trahā te dic̄ dn̄s. Si fures itroiſſēt ad te ſi latrones p noctē: quō cōticuiſſes? Nōne furati ēent ſufficientia ſibi? Si videmiatores itroiſſēt ad te: nū q̄d faltē racemū reliq̄ſſent tibi? Quō ſcrutati ſūt eſau? Inueſtigauerūt abſcōdita eiꝰ. Vſq̃z ad t'minū emiſerūt te: ōes viri federꝭ tui illuſerūt tibi: Inualuerūt aduerſū te viri pacꝭ tue. Qui comedūt tecū: ponēt iſidias ſubter te. Nō ē prudētia i eo. Nūq̄d nō i die illa dicit dn̄s: pdā ſapiētes de idumea ⁊ prudentiaꝫ d̄ mōte eſau? Et timebūt fortes tui a meridie: vt intereat uir de monte eſau. Propt' iterfectionē ⁊ pp iniq̄tatē i fratrē tuū iacob opiet te ꝯfuſio: ⁊ pibiſ i eternū. In die cū ſtares aduerſus eū q̄n capiebāt alieni exercitū eiꝰ ⁊ extranei igrediebant portas eiꝰ: ⁊ ſuper irl'm mittebant ſortē: tu quoq̃z eras quaſi vnus ex eis. Et nō deſpicies i die f'ris tui: i die peregrinatōis eiꝰ. Et nō letaberꝭ ſup filios iuda i die pditōis eorꝝ: ⁊ nō magnificabꝭ os tuuz i die āguſtie. Nꝫ igredierꝭ portā ppl'i mei i die ruine eorꝝ: nꝫ deſpicies ⁊ tu i malis eiꝰ in die vaſtitatꝭ illiꝰ. Et n̄ emitterꝭ adv'ſuſ exercitū eiꝰ i die vaſtitatꝭ illiꝰ: nꝫ ſtabis i exitibꝰ ut interficias eos qui fugerint. Et non claudes reliq̄s eiꝰ in die tribulatiōis: q̄m iuſta eſt dies dn̄i ſup ōes gentes. Sicut feciſti fiet tibi: ↄtributionē tuā ꝯuertā in caput tuū. Q̄uō.n. bibiſti ſup mōtē ſcm̄ meū: bibent ōes gentes iugit': ⁊ bibēt ⁊ abſorbebūt: ⁊ erūt q̄i non ſint. Et i monte ſyon erit ſaluatio: ⁊ erit ſcūs. Et poſſidebit domꝰ iacob eos q̄ poſſederāt. Et erit domꝰ iacob ignis: ⁊ domꝰ ioſeph flāma: ⁊ domꝰ eſau ſtipula. Et ſuccendent i eis ⁊ d̄uorabūt eos: ⁊ nō erūt reliq̄e domꝰ eſau: q̄a dn̄s locutꝰ ē. Et hēditabūt hi q̄ ad auſtrū ſt mōtē eſau: ⁊ q̄ i cāpeſtribꝰ philiſtijm: ⁊ poſſidebūt regionē ephraim ⁊ regionē ſamarie. Et beniami poſſidebit galaad: ⁊ trāſmigratio exercitus huius filiorꝝ iſrl' oia loca chananeorꝝ vſq̃z ad ſareptā: ⁊ trāſmigratio irl'm q̄ i boſtoro ē poſſidebit ciuitates auſtri. Et aſcēdēt ſaluatores i montem ſyon iudicare montem eſau: ⁊ erit domino regnū.

Explicit Abdias ppheta. Incipit prologus in Jonam prophetam.

Ionā ſcm̄ hebrei affirmant filium fuiſſe mulieris vidue ſareptane: quem helias ppheta mortuum ſuſcitauit: matre poſtea dicente ad eū: nunc cognoui q2 vir dei es tu: ⁊ v'buꝫ dei in ore tuo veritas eſt. Ob hanc etiā cām ipſū puerꝝ ſic vocauit amathi: Amathi.n. i n'ra ligua veritatē ſonat. Et ex eo q' verꝝ helias locutꝰ ē: ille q̄ ſuſcitatꝰ ē filius ēe dicitur veritatꝭ. Ideo de veritate colūba naſcit': q̄a ionas colūbam ſonat. In condēnationē āt iſrl' ionas ad gentē mittit': q' niniue agēte penitētiā: illi i malicia pſeuerāt. Tēpōibꝰ q̄ppe hieroboā regis iſrl' qui deo relicto: cū pplo ſuo i ſamaria idolis ſacrificabat: ionā pphetam fuiſſe quartus liber regū indicat. Is cū pphetia illuminante peccatores ciuitatis niniue dei miſicordiā ꝯſecutos vidēt: ne falſa p̄dicare videret': ad denunciandū interitum eiuſdē ciuitatis ire volebat. Naꝫ ſicut deus

ad abraā de īpietate sodomoꝝ ꝛ gomorreo
rū locut⁹ ē: clamor sodomoꝝ ꝛ gomorreoꝝ
puenit ad me. Ita ꝛ de niniue dicit: eo ꝙ a-
scēderit clamō malitie ei⁹ ad deū. Et q̄a sētē
tia dei de sodomis facta: minime reuocata
ē: ita ꝛ ionas aduersū niniuē ꝓlatā sētētiaȝ
reuocari nolebat: dīne dispēsatōis ignarus
q̄ salutē hoīuȝ ad se ꝯuertētiū mag⁹ vult ꝙ̄ i
teritū. Hoc illi acciderat ꝙ ꝛ scō heliseo: q̄ fi
liū sunamitidis mulieri mortuū īgrauit. Jō
a ꝯspectu dei fugē se ionas putabat: huma-
nū aliq̄d passus: dicente dauid: Quo ibo a
spū tuo: ꝛ a facie tua quo fugiā?

Explicit ꝓlogus. Incipit argumētū.

Jonas colūba pulcherrima: naufragio
suo passionē dn̄i ꝑfigurās: mundū ad
pēitētiā reuocat: ꝛ sub noīe niniue sa-
lutem gentibus denunciat.

Explicit argumētū. Incipit
Jonas ꝓpheta. Caplm .I.

Et factuȝ est uer-
bū dn̄i ad ionā filiū ama
thi dicēs: Surge: ꝛ vađ i
niniuē ciuitatē grādē: ꝛ
ꝑdica i ea: q̄a ascēdit ma
litia ei⁹ corā me. Et surrexit ionas: vt fugēt i
tharsis a facie dn̄i. Et descēdit ioppen: ꝛ iue
nit nauē eūtē i tharsis. Et dedit naulū eius
ꝛ descēdit i eā ut iret cū eis ī tharsis a facie
dn̄i. Dn̄s āt misit uētū magnū i mare: ꝛ fc̄a
ē tēpestas magna i mari: ꝛ nauis piclitabat
cōteri. Et timuerūt naute: ꝛ clamauerūt viri
ad deū suū: ꝛ misērt uasa q̄ erāt i naui i ma-
re: ut alleuiaret ab eis. Et ionas descēdit ad
inferiora nauis: ꝛ dormiebat sopore graui.
Et accessit ad eū gubnator: ꝛ dixit ei: Quid
tu sopore depmeris? Surge iuoca deū tuū: si
forte recogitet de⁹ de nobis ꝛ n̄ peream⁹. Et
dixit uir ad collegā suū: Uenite ꝛ mittamus
sortes: ꝛ sciam⁹ q̄re hoc malū sit nob̄. Et mi
serūt sortes: ꝛ cecidit sors sup ionā. Et dixe
rūt ad eū: Indica nob̄: cui⁹ cā malū istud sit
nobis. Qđ ē op⁹ tuū: q̄ t̄ra tua: ꝛ q̄ uadis: vł
ex q̄ pplo es tu? Et dixit ad eos: Hebre⁹ ego
sū: ꝛ dn̄m deum celi ego timeo: q̄ fecit mare
ꝛ aridā. Et timuerunt uiri timore magno:
ꝛ dixerunt ad eum: Quid hoc fecisti? Cog-
uerūt eni viri ꝙ a facie dn̄i fugeret: quia idi
nauerat eis. Et dixerunt ad eū: Quid facie
mus tibi: ꝛ cessabit mare a nob̄. Quia mař
ibat ꝛ itumescebat. Et dixit ad eos: Tollite
me ꝛ mittite i mare ꝛ cessabit mare a vobis.
Scio .n. ego q̄m ꝑꝑ me tēpestas hec grādis
uenit sup uos. Et remigabant uiri ut reuer-
terent ad aridā ꝛ nō valebant: q̄ȝ mare ibat
ꝛ intumescebat sup eos. Et clamauerūt ad
dn̄m: ꝛ dixerūt: Quesumus dn̄e ne peream⁹
i aīa viri isti⁹: ꝛ ne des sup nos sanguinē ino
cētē: q̄ȝ tu dn̄e sicut uoluisti fecisti. Et tulerūt
ionā ꝛ miserūt i mare: ꝛ stetit mare a feruo
re suo. Et timuerunt uiri timore magno do
minum: ꝛ immolauerunt hostias domino:
et vouerunt vota.

.II.

Et ꝑparauit dn̄s piscē grādē: ut ꝺglu-
tiret ionā. Et erat ionas i ventre piscis
tribus dieb⁹ ꝛ tribus noctibus. Et orauit io
nas ad dn̄ȝ deū suū đ vētre piscis. Et dixit:
Clamaui de tribulatōe mea ad dn̄m ꝛ exau
diuit me. De vētre iferi clamaui: ꝛ exaudisti
uocē meā. Et ꝓiecisti me i ꝓfūdū i corde ma
ris: ꝛ flumē circūdedit me. Omnes gurgites
tui ꝛ fluctus tui sup me trāsierūt. Et ego di
xi: Abiectus sū a ꝯspectu oculoꝝ tuorum.
Uerūtn̄ rursus videbo tēplū sāctū tuū. Cir
cūdederūt me aq̄ vsq; ad aīaȝ abyssus valla
uit me: pelagus operuit caput meū. Ad ex-
trema mōtiū descēdi: t̄re vectes ꝯcluserūt me
i et̄nū: ꝛ subleuabis de corruptiōe vitā meā
dn̄e deus meus. Cū āgustiaret in me anima
mea dn̄i recordat⁹ sū vt vēiat ad te orō mea
ad tēplū sāctū tuū. Qui custodiūt vāitates:
frustra mīīcōdiā suā dereliquūt. Ego autē
i voce laudis īmolabo tibi: q̄cunq; voui red
daȝ pro salute mea dn̄o. Et dixit dn̄s pisci:
Et euomuit ionā i aridam.

.III.

Et factū ē v̄bū dn̄i ad ionā secundo di
cens: Surge: ꝛ vade i niniuen ciuitatē
magnā: ꝛ ꝑdica i ea ꝑdicationē quā ego lo-
quor ad te. Et surrexit ionas ꝛ abijt in nini
uen iuxta verbū dn̄i. Et niniue erat ciuitas
magna itinē triū dieꝝ. Et cepit ionas introi
re ciuitatē itinē diei vnius: ꝛ clamauit ꝛ di-
xit: Adhuc q̄dragita dies: ꝛ niniue s̄uertet.
Et crediderūt viri niniuite i dn̄o: ꝛ ꝑdicaue
runt ieiuniuȝ: ꝛ vestiti sunt saccis a maiore
vsq; ad minorē. Et peruenit verbū ad regeȝ
niniue. Et surrexit de solio suo: et abiecit

vestimētū suū a se: ⁊ idut᷒ ē sacco: ⁊ sedit ī ci
nere: ⁊ clamauit ⁊ dixit ī niniue ex ore regis
⁊ ꝑncipū ei᷒ dicēs: Hoīes ⁊ iumēta ⁊ boues
⁊ pecora nō gustēt q̄cq̄ȝ nec pascāt: ⁊ aquā n̄
bibāt: ⁊ operiant saccis hoīes: ⁊ iumenta cla-
mēt ad dn̄m ī fortitudīe: ⁊ ꝯuertat vir a via
sua mala ⁊ ab iniq̄tate: que ē ī manib᷒ eoꝝ.
Quis scit si cōuertat ⁊ ignoscat deus: ⁊ re-
uertat a furore ire sue: ⁊ non ꝑibimus? Et
vidit deus opa eoꝝ: q2 ꝯuersi sūt de uia sua
mala: ⁊ misert᷒ ē sup maliciā: quā locut᷒ fue
rat ut faceret eis: ⁊ nō fecit.

.IIII.

Et afflictus ē ionas afflictiōe magna:
⁊ iratus ē ⁊ orauit ad dn̄ȝ: ⁊ dixit: Ob
secro dn̄e: nūq̄d nō hoc ē verbū meū cuȝ ad
huc ēēȝ ī t̄ra mea? Propt̄ hoc ꝑoccupaui ut
fugerē ī tharsis. Scio .n. q̄a tu de᷒ clemēs et
mīsericors es: patiēs ⁊ multe mīsationis ⁊ ig-
scēs sup malitia. Et nūc dn̄e tolle q̄so aīam
meā a me: q2 meliō ē mihi mors q̄ȝ vita. Et
dixit dn̄s: Putasne bn̄ irasceris tu? Et egres
sus ē ionas de ciuitate: ⁊ sedit ꝯtra orienteȝ
ciuitatis. Et fecit sibimet vmbraculū ibi: et
sedebat subt̄ illud ī vmbra: donec vidēt q̄d
accideret ciuitati. Et ꝑparauit dn̄s de᷒ ede-
rā: ⁊ ascēdit sup caput ione: ut esset vmbra
sup caput ei᷒: ⁊ ꝓtegeret eū. Laborauerat .n.
Et letat᷒ ē ionas sup edrā leticia magna. Et
parauit de᷒ v̄mē ascēsu diluculi ī crastinū: ⁊
ꝑcussit ederā ⁊ exaruit. Et cū ortus fuisset
sol ꝑcepit dn̄s vēto calido ⁊ vrenti ⁊ ꝑcussit
sol sup caput iōe: ⁊ estuabat. Et petiuit aīe
sue ut moreret̄. Et dixit: Melius ē mihi mo
ri q̄ȝ viuē. Et dixit dn̄s ad ionam: Putasne
bn̄ irasceris tu sup edrā? Et dixit: Bn̄ irascō
ego usq3 ad mortē. Et dixit dn̄s: Tu doles
sup ederā ī q̄ nō laborasti neq3 fecisti ut cre-
sceret: q̄ sub vna nocte nata ē ⁊ sub vna no-
cte perijt: ⁊ ego nō parcā niniue ciuitati ma
gne: in q̄ sūt plus q̄ȝ cētū viginti milia hoīuȝ:
q̄ nesciūt quid sit int̄ dexteram ⁊ sinistram
suam: ⁊ iumenta multa.

Explicit Jonas ꝓpheta. Incipit
prologus in Micheā ꝓphetā.

Tempoīb᷒ ioathe ⁊ achaz
⁊ ezechie rēgū iuda micheā
ꝓphetā ad hāc ꝓphetiam
spū scō ēpletū fuisse lectio
ipa dēmōstrat. Sȝ ō supra
dicto numero rēgū ioathā ⁊ ezechiā deo ob
religionē placuisse: histōia libri q̄rti rēgū: ⁊ se
cūdi paralipomenō īdicat. Achaz v̄o ēlicto
deo: idola samarie q̄b᷒ ēt filios suos ī sacrifi
ciū igni ꝯcremādos obtl̄erat: coluisse ꝯstat.
Quāobrē de᷒ samariā q̄ rēges isrl̄ ⁊ iuda me
moratoꝝ simłacroꝝ supstitōe fefellerat īcre
pās īdignationē suā ī eā ꝓcessurā ꝯmiat᷒ ē.
Populo etiā isrl̄ ꝑuaricatōi ⁊ ꝑncipib᷒ ei᷒ q̄
eundē ppl̄m fallaci suasione ad collēda ido
la īpulerāt: v̄bis īsequētib᷒ captiuitatē ⁊ in
teritū ad futurū denunciauit.

Explicit ꝓlogus. Incipit argumētuȝ.

Micheas ō morasthi coheres christi
uastationē ānūciat filie latronis: et
obsidionē pōit ꝯtra eā: q2 maxillā
ꝑcusserit iudicis isrl̄.

Explicit argumētū. Incipit
Micheas ꝓpheta. Capl̄m .I.

Verbum domini
qō fcm̄ ē ad micheā mo
rasthitē ī dieb᷒ ioathā a
chaz ⁊ ezechie rēgū iuda:
qō uidit sup samariā ⁊
irl̄ȝ. Audite ppl̄i oēs: ⁊ attēdat t̄ra ⁊ plēitu-
do ei᷒: ⁊ sit dn̄s de᷒ vob̄ ī testē: dn̄s ō tēplo
scō suo. Q2 ecce dn̄s egredieť de loco suo: et
descēdet ⁊ calcabit sup excelsa t̄re. Et ꝯsum
tur mōtes subt᷒ eū: ⁊ ualles scindēť sic cera
a facie ignis: sicut aq̄ que decurrūt ī ꝑceps.
In scelere iacob oē istud: ⁊ ī pc̄cis dom᷒ isrl̄.
Qō scel᷒ iacob? Nōne samaria? Et q̄ excelsa
iude? Nōne irl̄ȝ? Et ponā samariā q̄i aceruū
lapidū ī agro cū plātat uinea: ⁊ detrahā in
uallē lapides ei᷒. Et fūdamenta eius reuela
bo: ⁊ oīa sculptilia eius concidentur. Et oēs
mercedes eius comburent igni: ⁊ oīa idola
eius ponā ī perditionē: q2 de mercedib᷒ mē
tricis ꝯgregata sūt: ⁊ usq3 ad mercedē mere
tricis ēuertēť. Sup hoc plāgā ⁊ ululabo: ua
dā spoliat᷒ ⁊ nudus. Faciā plāctū uelut dra
conū: ⁊ luctū q̄i strutionū: quia desperata ē
plaga ei᷒: q̄a uenit usq3 ad iudam: tetigit pō
taȝ populi mei usq3 ad irl̄m. In geth nolite
ānunciare: lachrymis ne ploretis. In domo
puluer̄ puluere uos conspgite ⁊ trāsite uo
bis habitatio pulchra: confusa ignominia.

Nõ est egressa q̄ habitat in exitu. Plāctum dom⁹ vicina accipiet ex uob' q̄ stetit sibimet: q̄ īfirmata ē i bonū que habitat i amaritudinib⁹. Quia descēdit malū a dño i portaȝ irl'm: tumultus quadrige stuporis habitāti lachis. Pricipiū pcc̄i ē filie syō: q2 in te inuē ta sūt scelera isrl'. Propterea dabit emissarios sup hēditatē geth: domos mēdacij i ꝺceptio nē regib' isrl'. Adhuc heredē adducaȝ tibi q̄ habitas i maresa: vsq3 odollā veniet gloria isrl'. Decaluare ⁊ tōdere super filios delicia rū tuaꝝ: dilata caluiciū tuū sicut aquila: q̄ niam captiui ducti sūt ex te.

.II.

Ve q̄ cogitatis iutile: ⁊ operamini malū iu cubilib⁹ vr̄is. In luce matutia faciūt illud: qm̄ ꝯtra dn̄m ē manus eoꝝ. Et ꝯcupierūt agros ⁊ uiolent' tuleīt ⁊ rapuerūt domos: ⁊ calūniabātur uirū ⁊ domū ei⁹: virū ⁊ hereditatē ei⁹. Iccirco hec dicit dn̄s: Ecce ego cogito sup familiā istā malū vnde nō auferetis colla vr̄a: ⁊ non ambulabitꝭ supbi: qm̄ tp̄s pessimū ē. In die illa sumet' sup vos parabola: ⁊ cantabit' cāticū cū suauitate dicentiū: Depopulatōe vastati sumus. Pars ppl'i mei cōmutata ē. Quō recedis a me: cū reuertat' q̄ regiōes nr̄as diuidat? Propt' hoc nō erit tibi mittēs fuīculū sortis i cetu dn̄i o isrl'. Ne loq̄mini loquētes. Nō stillabit sup istos: nō ꝯphendet cōfusio: dic̄ dom⁹ iacob. Nūq̄d abbreuiat⁹ ē sp̄s dn̄i: aut tales sūt cogitatiōes eius? Nōne v̄ba mea bona sūt cū eo q̄ recte gradit'? Et ꝯtrario pp̄l'us me⁹ in aduersariū ꝯsurrexit. Desup tunicā palliuȝ sustulistis: ⁊ eos q̄ trāsiebāt siplicit' conuerti stis i bellū. Mulieres ppl'i mei eiecistis ꝺ domo deliciaꝝ suaꝝ: a puulis earū tulistꝭ laudē meā i ppetuū. Surgite ⁊ ite: q2 nō habetis hic reqē. Propt' imūdiciā ei⁹ corrūpet' putredine pessima. Utinā nō essē vir hn̄s sp̄m: ⁊ mēdaciu3 potius loq̄rer. Stillabo tibi in vinū ⁊ i ebrietatē: ⁊ erit sup quē stillat' ppl's iste. Cōgregatōe ꝯgregabo iacob totū te: in vnū ꝯducā reliq̄as isrl'. Parit' ponā illū q̄si gregē i ouili: q̄si pecus i medio caulaꝝ. Tumultuabūt a multitudie hoiu3. Ascēdet .n. pādēs iter ante eos. Diuidet ⁊ trāsibūt portā: ⁊ egrediet' p eā. Et trāsibit rex eoꝝ coraȝ eis: ⁊ dn̄s in capite eoꝝ.

.III.

Et dixi: Audite pricipes iacob: ⁊ duces domus isrl'. Nūq̄d nō vestrū est scire iudiciu3: q̄ odio habetis bonū ⁊ diligitꝭ malum: q̄ uiolent' tollitꝭ pelles eoꝝ desup eis: et carnē eoꝝ desup ossib⁹ eoꝝ? Qui comederīt carnē ppl'i mei: ⁊ pellē eoꝝ desup excoriauerūt: ⁊ ossa eoꝝ ꝯfregerīt: ⁊ conciderunt sicut i lebete ⁊ q̄si carnē i medio olle. Tūc clamabunt ad dn̄m ⁊ nō exaudiet eos: ⁊ abscōdet faciē suā ab eis i tp̄e illo: sicut neq̄t' egerūt i adinuentionib⁹ suis. Hec dic̄ dn̄s: sup ꝓphetas q̄ seducūt pplm̄ meū: q̄ mordent dētib⁹ suis ⁊ p̄dicāt pacē. Et siq̄s nō dederit in ore eoꝝ q̄ppiā: sctificāt sup eū ꝓliū. Propterea nox vobis ꝓ uisiōe erit: ⁊ tenebre vobis pro diuinatiōe. Et occūbet sol sꝫ ꝓphetas: ⁊ obtenebrabit' sup eos dies. Et cōfūdēt' q̄ vidēt uisiōes: ⁊ ꝯfūdēt' diuini. Et opient oēs ult⁹ suos: q2 nō ē respōsū dei. Uerūtn̄ ego repletus sū fortitudie sp̄s dn̄i: iudicio ⁊ uirtute: ut ān̄uciem iacob scelus suū: ⁊ isrl' pcc̄ȝ suū. Audite hoc p̄ncipes dom⁹ iacob: ⁊ iudices dom⁹ isrl': q̄ abominamini iudiciū: ⁊ oia recta puertitꝭ. Qui edificatꝭ syon i sāguinib⁹: ⁊ irl'm i iniq̄tate. Principes eius in mūerib⁹ iudicabāt: ⁊ sacerdotes ei⁹ i mercedꝺ docebāt. Et ꝓphete ei⁹ i pecunia diuinabāt: ⁊ sup dn̄ȝ req̄escebāt dicētes: Nūq̄d n̄ dn̄s i medio nostrū? Nō ueniēt sup nos mala. Propt' hoc cā ur̄i syon q̄si ager arabit': ⁊ irl'm q̄i aceru⁹ lapidū erit: ⁊ mons tēpli i excelsa siluaꝝ.

.IIII.

Et erit i nouissimo dieꝝ: erit mōs domus dn̄i p̄pat⁹ i uertice mōtiū: ⁊ sublimis sup colles. Et fluent ad eū popl'i ⁊ ꝓperabūt gētes multe ⁊ dicēt: Uenite ascēdamus ad mōtē dn̄i: ⁊ ad domū dei iacob. Et docebit nos ꝺ uijs suis: ⁊ ibim⁹ i semitꝭ ei⁹. Quia ꝺ syō egrediet' lex: ⁊ v̄bū dn̄i de irl'm. Et iudicabit int' ppl'os multos: ⁊ corripiet gentes fortes usq3 i lōgiquū. Et concident gladios suos i uomeres: ⁊ hastas suas in ligōes. Nō sumet gens aduersū gētē gladiū: ⁊ nō discēt ultra belligerare. Et sedebit uir subtus uieā suā: ⁊ subtus ficu3 suam: ⁊ non erit qui deterreat: quia os dn̄i exercituum locutum est. Quia omnes populi ambulabunt unusq̄sq3 i noie dei sui: nos autē ambulabimus in noie dei nr̄i in eternū ⁊ ultra. In die illa dic̄ dn̄s cōgregabo claudicātē: ⁊ eā quam eiecerā colligā: ⁊ quā afflixerā cōsolabor. Et ponā claudicātē i reliquias: ⁊ eā que laborauerat i gētē robustā. Et regnabit dn̄s super eos i mōte syon: ex hoc nunc ⁊ usq3 in eternu3.

Et tu turris gregis nebulosa filia syon: vsq ad te veniet: ꝛ veniet ptās ꝑma regnū filie irl'm. Nūc q̄re merorē cōtraheris? Nūq̄d rex nō ē tibi: aut cōsiliari⁹ tu⁹ ꝑijt: q: cōp̄hēdit te dolor sicut parturiētē? Dole ꝛ satage filia syon quasi pturiens: q: nūc egredieris de ciuitate: ꝛ habitabis i regiōe: ꝛ venies vsq ad babylonē. Ibi liberaberis: ibi redimet te dn̄s ð manu inimicoꝝ tuoꝝ. Et nūc ꝯgregate sunt sup te gētes mlte: q̄ dicūt lapidet: ꝛ aspiciat i syon oclus nr̄. Ipi āt nō cognouerunt cogitatiōes dn̄i: ꝛ nō itellexerunt ꝯsiliū ei⁹: q: cōgregauit eos q̄i fenū aree. Surge ꝛ tritura filia syon: q: cornu tuū ponā ferreū: ꝛ vngulas tuas ponā ereas. Et cōminues poplos multos ꝛ interficies dn̄o rapinas eoꝝ: ꝛ fortitudinē eoꝝ dn̄o vniuerse t̄re.

.V.

Tunc vastaberis filia latrōis. Obsidionē posuerūt sup nos: i v̄ga pcutiēt maxillā iudicis isrl'. Et tu bethleē effrata puulus es i milibus iuda. Ex te egredieť q̄ sit dn̄atō i isrl': ꝛ egressus eius ab initio a diebus eternitatis. Propť hoc dabit eos vsq ad tēpus i q̄ pturiēs pariet. Et reliq̄e fratꝝ ei⁹ cōuertent ad filios isrl'. Et stabit ꝛ pascet i fortitudine dn̄i: i sublimitate nois dn̄i dei sui. Et ꝯuertēť: q: nūc magnificabiť usq ad t̄minos terre. Et erit iste pax assyrijs cū uenerit i terrā nr̄az: ꝛ qn̄ calcauerit i domibus nostris. Et suscitabim⁹ sup eū septē pastores: ꝛ octo ꝑmates hoies. Et pascēt t̄rā assur i gladio: ꝛ t̄rā nēroth i lāceis ei⁹. Et liberabit ab assur cū uenerit i t̄rā nr̄az: ꝛ cū calcauerit i finib⁹ nr̄is. Et erūt reliq̄e iacob i medio populoꝝ mltoꝝ q̄si ros a dn̄o: ꝛ q̄i stille sup herbā q̄ nō expectat uiꝝ: ꝛ non p̄stolať filios hoiū. Et erūt reliq̄e iacob i gētibus i medio populoꝝ multoꝝ q̄i leo i iumētis siluaꝝ ꝛ q̄i catulus leonis i gregib⁹ pecoꝝ. Qui cū trāsierit ꝛ cōculcauerit ꝛ cepit: nō ē q̄ eruat. Et exaltabiť man⁹ tua sup hostes tuos: ꝛ oēs inimici tui iteribūt. Et erit i die illa dic̄ dn̄s: auferā eq̄s tuos de medio tui: ꝛ dispdā q̄drigas tuas. Et pdā ciuitates t̄re tue: ꝛ destruā oēs munitiōes tuas. Et auferā maleficia de manu tua: ꝛ diuiatōes n̄ erūt i te. Et pire faciā sculptilia tua: ꝛ statuas tuas de medio tui. Et n̄ adorab' ultra opa manuū tuaꝝ: ꝛ euellā lucos tuos ð medio tui. Et ꝯterā ciuitates tuas: ꝛ faciā i furorē ꝛ idignatōe ultionē i oib⁹ gētib⁹ q̄ nō audierūt.

.VI.

Audite q̄ dn̄s loq̄ť. Surge cōtēde iudicio aduersū mōtes: ꝛ audiāt colles uocē tuā. Audiāt mōtes iudiciū dn̄i ꝛ fortia fūdamēta terre: q: iudiciū dn̄i cū pplo suo: et cū isrl' diiudicabiť. Popule meus q̄d feci ť: aut q̄d molest⁹ fui tibi? Respōde mihi. Q: eduxi te de t̄ra egypti: ꝛ de domo seruiētiū liberaui te: ꝛ misi an̄ faciē tuā moysen ꝛ aaron ꝛ mariā. Popule meus memento q̄so q̄d cogitauerit ꝯtra te balach rex moab: et q̄d respōderit ei baalā fili⁹ beor: de sethi usq ad galgalā: ut cogñsceres iusticias dn̄i. Quid dignū offerā dn̄o? Curuabo genu deo excelso? Nūq̄d offerā ei holocaustomata ꝛ vitulos āniculos? Nūq̄d placari pōt dn̄s i milibus arietū: an in multis milib⁹ hircoꝝ pinguium? Nūq̄d dabo ꝑmogenitū meū p scelere meo: fructū uētris mei p peccato aīe mee? Indicabo tibi o homo quid sit bonū ꝛ q̄d dn̄s req̄rat a te. Utiq facere iudiciū ꝛ diligē misericordiā: ꝛ sollicitum ābulare cum deo tuo. Uox dn̄i ad ciuitatē clamat: ꝛ sal⁹ erit timētib⁹ nomē ei⁹. Audite trib⁹. Et q̄s app̄babit illud? Adhuc ignis i domo ipij: thesauri iniq̄tatis: ꝛ mēsura minor ire plena. Nūq̄d iustificabo staterā ipiā: ꝛ sacelli pōdera dolosa? In q̄bus diuites ei⁹ repleti sūt iniq̄tate: ꝛ hitātes i ea loq̄bāť mēdaciū: ꝛ ligua coꝝ fraudulēta i ore eoꝝ. Et ego ḡ cepi pcutē te pditōe sup pcc̄is tuis. Tu comedes ꝛ nō saturaberis: ꝛ humiliatio tua i medio tui. Et app̄hēdes ꝛ nō saluabis: ꝛ q̄s saluaueris: i gladiū dabo. Tu semiabis ꝛ nō metes: tu calcabis oliuā ꝛ nō vngeris oleo: ꝛ mustū ꝛ nō bibes uinū. Et custodisti p̄cepta amri ꝛ oē op⁹ domus achab: ꝛ ambulasti i uoluptab⁹ eoꝝ: ut darē te i pditionē: ꝛ hitātes i ea i sibilū: ꝛ opp̄briū ppl'i mei portabis.

.VII.

Ve mihi: q: fact⁹ sū sic̄ q̄ colligit i autūno racemos uindemie. Nō ē botr⁹ ad comedendū: p̄coquas ficus desiderauit aīa mea. Perijt sc̄s de t̄ra: ꝛ rectus in hoibus n̄ est. Oēs in sanguine insidianť: uir f̄rē suū ad mortem uenať. Malū manuum suarū dicūt bonū. Pr̄iceps postulat: ꝛ iudex i reddēdo est. Et magnus locutus ē ðsideriū aīe sue: ꝛ cōturbauerūt eā. Qui optim⁹ i eis est q̄i paliur⁹: ꝛ rectus q̄i spina ð sepe. Dies speculatiōis tue: uisitatio tua uenit. Nc̄ erit uastitas eoꝝ. Nolite credē amico: ꝛ nolite confidere i duce. Ab ea que dormit in sinu tuo

custodi claustra oris tui: q2 fili⁹ cõtumeliaȝ facit pr̄i: ⁊ filia ꝯsurget aduersus matrē suā: nurus aduersus socrū suaȝ: ⁊ inimici hoīs dōestici ei⁹: Ego āt ad dn̄m aspiciā: expectabo deū saluatorē meū. Audiet me de⁹ me⁹. Ne leteris iīmica mea sup me: q2 cecidi. Cōsurgā. Cū sedero i tenebris: dn̄s lux mea ē. Irā dn̄i portabo: qm̄ peccaui ei donec cām meā iudicet: ⁊ faciat iudiciū meum. Educet me i luceȝ: videbo iustitiā ei⁹. Et aspiciet inimica mea: ⁊ opiet cōfusiōe: que dicit ad me: Ubi ē dn̄s de⁹ tuus? Oculi mei videbūt i eā. Nunc erit i cōculcatione: ut lutū plateaꝝ. Dies: ut edificētur macerie tue. In die illa longe fiet lex. In die illa ⁊ vsq3 ad te veniet assur: ⁊ vsq3 ad ciuitates munitas: ⁊ a ciuitatib⁹ munitis vsq3 ad flumen: ⁊ ad mare ō mari: ⁊ ad montē de monte. Et terra erit in desolationē ꝑpter habitatores suos: ⁊ ꝑpt̄ fructū cogitationū eoꝝ. Pasce ppl'm tuum in virga tua: gregē hereditatꝭ tue: habitātes solos i saltu. In medio carmeli pascētur basan ⁊ galaad iuxta dies ātiquos: secūdū dies egressiōis tue de t̄ra egypti. Ondā ei mirabilia. Uidebūt gētes: ⁊ ꝯfūdēt sup oī fortitudine sua. Pōet manū sup os: aures eoꝝ surdē erūt. Lingent puluerē sicut serpentes: velut reptilia t̄re pturbabūt ō edib⁹ suis. Dn̄ȝ deum nostrū non desiderabūt: ⁊ timebunt te. Quis de⁹ silis tui q̄ aufers iīqtatē: ⁊ trāsis peccātum reliq̄aꝝ hereditatꝭ tue? Nō imittet vltra furorē suū: qm̄ volēs mi̅sicōdiā ē. Reuertet̄ ⁊ mi̅sebit n̄ri. Deponet iīqtates n̄ras: ⁊ ꝓiciet i ꝓfūdū maris oīa pcc̄a n̄ra. Dabꝭ vitatē iacob: mi̅sicordiā abraā: q̄ iurasti pr̄ib⁹ n̄ris a diebus antiquis.

Explicit Micheas ꝓpheta. Incipit ꝓlogus in Naum ꝓphetam.

NAū ꝓphetā añ aduētū regꝭ assyrioꝝ q̄ ppl'ȝ isrl' captiuū in suā rgionē transtulerat fuisse hebreoꝝ traditio confirmat. Siq̄dē i fine hui⁹ lectiōis predicti regis aduētū idē ꝓpheta āñūciare mōstrat. Sȝ cū habitatores niniue: iona iteritū ciuitatis ꝑdicāte: ne diuina ira denūciatū iteritū sustinerēt: pccōꝝ ⁊ ipietatꝭ pn̄itētiā egissēt: accepta dei mi̅sicōdia: grauioib⁹ se criminib⁹ iplicuert. Qua de cā memorat⁹ ꝓpheta spū sācto plen⁹: iudiciū dei āñūciās: ita locutus ē. De⁹ ȝelās: ⁊ vlcíscēs dn̄s ē ⁊ c. Iā.n. decē trib⁹ ab assyrijs ducte fuerāt i captiuitatē sub eȝechia rege iuda: sub q̄ ēt nūc i ꝯsolatione ppl'i trāsmigrati: aduersū niniuē visio cernit. Nec erat pua cōsolatio tam his qui iā assyrijs seruiebāt: q̄ reliq̄s q̄ sub eȝechia de tribu iuda ⁊ bēiami ab eisdē hostibus obsidiebāt: ut audirēt assyrios q̄ȝ a chaldeis eē capiēdos: sicut i sequētib⁹ libri huius demonstrabit. Sciendū q̄ niniue i n̄ra lingua de hebreo speciosā sonat. Speciosus āt hic mūdus dicit. Unde ⁊ apud grecos cosmos ab ornatu nomē accepit. Et q̄cq̄d nc̄ aduersū niniuē dicit: de mūdo figuralit̄ ꝑdicari sētiamus. Quā ob cāȝ ⁊ assūptio quā septuagita iterp̄tes dicūt apud hebreos massa pōit.i. graue onus: eo q̄ cū aduersus quā ꝓphetat ꝑmat: nec sinat eleuar̄ ceruicē. Simulq3 hoc attēdēdū: q̄ hec ipa l' assūptio: l' onus l' pōdus ꝓphete uisio sit. Nō.n. loq̄t ꝓpheta i extasi: ut mōtan⁹ ⁊ prescilla maximillaq3 ōlirant: sȝ qō ꝓphetat liber ē visiōis itelligētꝭ vniuersa q̄ loq̄t: ⁊ pondus hostiū faciētꝭ suo ppl'o visionē. De ꝯsūatione itaq3 mūdi secūdū anagogenā cōsolationē sāctoꝝ ꝓphetia texit: vt q̄cūq3 i mūdo vident: q̄ ꝑtereūtia ⁊ caduca cōtēnant: ⁊ ꝑparent se ad iudiciū diem: Ubi ultor aduersum uires assyrioꝝ affuturus est dn̄s.

Explicit ꝓlogus. Incipit argumentū.

NAum cōsolator orbis intp̄retatur. Increpat ciuitatē sanguinū: ⁊ post euersionē illius loq̄tur. Ecce super mōtes pedes euāgeliȝātis ⁊ āñūciātꝭ pacē.

Explicit argumētum. Incipit Naum propheta. Caplm .I.

ONus niniue. Liber uisiōis naū helchesei. De⁹ emulatō ⁊ ulciscens dn̄s u'ciscēs dn̄s ⁊ hn̄s furorē: vlciscēs dn̄s i hostes suos: ⁊ irascēs ipe iīmicꝭ suis. Dn̄s patiens ⁊ magn⁹ fortitudie: ⁊ mūdās n̄ faciet innocētē. Dn̄s i tēpestate ⁊ turbie vie ei⁹: ⁊ nebule pluis pedū ei⁹. Increpās mar̄ ⁊ exsiccās

illud: ⁊ oīa flumīa ad desertū deducens. In
firmatus ē basan ⁊ carmelus: ⁊ flos libani e
languit. Mōtes cōmoti sūt ab eo: ⁊ colles ō
solati sūt. Et cōtremuit t̄ra a facie eius: ⁊ or
bis: ⁊ oēs habitātes ī eo. Añ faciē indigna-
tionis ei⁹ q̄s stabit: ⁊ q̄s resistet ī ira furoris
eius? Indignatio ei⁹ effusa ē vt ignis: ⁊ petre
dissolute sūt ab eo. Bonus dn̄s ⁊ cōfortās ī
die tribulatōis: ⁊ sciēs sperātes ī se. Et ī di-
luuio p̄tereūte ꝯsumatōez faciet loci eius: ⁊
īimicos ei⁹ p̄sequēt tenebre. Quid cogitatꝭ ꝯ
tra dn̄z? Cōsūatiōez ipe faciet. Nō cōsurget
duplex t̄bulatio: qr sic̄ spie se inuicē ꝯplectū
tur: sic ꝯuiuiū coꝝ parit̄ potātiū. Cōsumēt
q̄si stipula ariditate plēa. Ex te. n. exibit cogi
tās ꝯtra dn̄z malitiā: mēte p̄tractās p̄uari-
cationē. Hec dic̄ dn̄s: Si p̄fecti fuerint ⁊ ita
plēs: sic q̄z attōdēt ⁊ p̄trāsibit. Afflixi te: et
nō affligā te vltra. Et nc̄ ꝯterā v̄gā ei⁹ de dor
so suo: ⁊ uiclā tua dirūpā. Et p̄cipiet sup te
dn̄s. Nō semiabit̄ ex noīe tuo āplius. De do
mo dei tui īterficiā. Sculptile ⁊ ꝯflatile po-
nā sepulchꝝ tuū: qr ihonorat⁹ es. Ecce sup
mōtes pedes euāgeliçātis: ⁊ ānūciātꝭ pacez.
Celebra iuda festiuitates tuas ⁊ redde vota
tua: qr n̄ adijciet vltra ut p̄trāseat ī te belial:
vniuersus interijt.

.II.

Ascēdit q̄ disp̄gat corā te: q̄ custodiat
obsidionē. Cōtēplare uiā: ꝯforta lum
bos: robora virtutē ualde. Quia sicut reddi
dit dn̄s supbiā iacob: sic supbiā isrl̄. Quia
vastatores dissipauerunt eos: ⁊ p̄pagies eo-
rū corruperūt. Clype⁹ fortiū ei⁹ ignit⁹: viri ex
ercitus ī coccineis. Ignee habene currus in
die p̄patiōis eius: ⁊ agitatores cōsopiti sūt.
In itinerib⁹ conturbati sūt: quadrige collise
sūt ī plateis. Aspectus coꝝ q̄si lāpades: q̄si
fulgura discurrētia. Recordabit̄ fortiū suo-
rū: ruēt ī itinerib⁹ suis. Velocit̄ ascendēt mu
ros ei⁹: ⁊ p̄pabit vmbraculū. Pōte fluuioꝝ
apte sūt: ⁊ tēplū ad solū dirutū. Et miles ca
ptiu⁹ duct⁹ ē: ⁊ ancille ei⁹ minabant̄ gemētes
ut colūbe: murmurātes ī cord b⁹ suis. Et ni-
niue q̄si piscia aq̄ꝝ aque eius: ipsi v̄o fugeūt.
State state: ⁊ non ē q̄ reuertat̄. Diripite ar-
gētū diripite auꝝ: ⁊ non ē finis diuitiaꝝ ex
oībus uasis desiderabilibus. Dissipata ē et
scissa ⁊ dilacerata: ⁊ cor tabescens: ⁊ dissolu
tio geniculorū: ⁊ defectio in cunctis renib⁹:
⁊ facies oīum sicut nigredo olle. Ubi ē ha-
bitaculū leonū: ⁊ pascua catulorū leonum?
Ad quā iuit leo ut igrederet̄ illuc: catul⁹ leo
nis: ⁊ nō ē q̄ extreat. Leo cepit sufficiēt̄ catu
lis suis: ⁊ necauit leenis suis. Et ipleuit pre-
da speluūcas suas: ⁊ cubile suū rapina. Ecce
ego ad te: dic̄ dn̄s exercituū: ⁊ succēdā usq̄
ad sūmū quadrigas tuas: ⁊ leūculos tuos
comedet gladius. Et extermiabo de t̄ra pre
dam tuam: ⁊ non audietur ultra vox nun-
ciorum tuorum

.III.

Ve ciuitas sanguinū: vniuersa mēdacij:
dilaceratione plena. Non recedet a te
rapina. Vox flagelli: ⁊ uox impetus rote: et
equi frementis: ⁊ quadrige feruētis ⁊ eq̄tis
ascēdētis: ⁊ micātis gladij: ⁊ fulgurātꝭ haste:
⁊ multitudinis īterfecte: ⁊ grauis ruine: nec
ē finis cadauerꝝ. Et corruēt in corporib⁹ suis
p̄p multitudinē fornicationū meretricꝭ spe-
ciose ⁊ grate ⁊ h̄ntꝭ maleficia: q̄ uendit gētes
ī fornicatiōib⁹ suis: ⁊ familias ī maleficijs su
is. Ecce ego ad te dic̄ dn̄s exercituū: ⁊ reuela
bo pudēda tua ī facie tua: ⁊ ondā ī gētibus
nuditatē tuā ⁊ regnis ignominiā tuā. Et p̄ij
ciam sup te abomiatōes: ⁊ cōtumelijs te af-
ficiā: ⁊ ponam te in exemplum. Et erit: oīs
q̄ viderit te resiliet a te: ⁊ dicet: Vastata ē ni
niue. Quis cōmouebit sup te caput? Unde
q̄rā cōsolatorē tibi? Nūq̄d melior es alexan
dria populoꝝ: q̄ habitat ī fluminibus? Aq̄
in circuitu eius: cuius diuitie mare: aq̄ mu-
ri eius. Ethiopia fortitudo eius ⁊ egypt⁹ ⁊ n̄
ē finis. Africa ⁊ libyes fuerūt ī auxilio tuo:
sz ⁊ ipa ī trāsmigratōe ducta ē ī captiuitatē.
Paruuli ei⁹ elisi sūt ī capite oīuz viaꝝ: ⁊ su
p̄ inclytos ei⁹ miserūt sortē: ⁊ oēs optimates
ei⁹ ꝯfixi st̄ ī ꝯpedib⁹. Et tu g̊ iebriaberis ⁊ eris ō
specta: ⁊ q̄res tu auxiliū ab īimico. Oēs mu
nitiōes tue sicut ficus cū grossis suis: si con-
cusse fuerit cadēt ī os comedētis. Ecce pp̄ls
tu⁹: mulieres ī medio tui. Inimicis tuis ad
aptionē pādēt pōte terre tue: deuorabit ignis
vectes tuos. Aquā propter obsidionē hau
ri tibi: extrue munitiōes tuas. Intra ī lucuz
⁊ calca: subigēs tene laterē. Ibi comedet te
ignis: p̄ibis gladio: deuorabit te ut brucus.
Cōgregare g̊ ut brucus: multiplicare ut lo-
custa. Plures fecisti negociationes tuas: q̄
stelle sint celi. Brucus expāsus ē: ⁊ auolauit.
Custodes tui q̄si locuste: ⁊ paruuli tui q̄i lo-
custe locustaꝝ: que consident ī sepibus in
die frigoris. Sol ortus est ⁊ auolauerunt ⁊
non est cognitus locus earum vbi fuerint.

Dormitauerūt pastores tui rex assur: sepeli
ent pncipes tui. Latitauit ppl's tu' i mōtib'
ꝛ nō ē q̄ cōgreget. Nō est obscura contritio
tua: pessima est plaga tua. Oēs q̄ audierūt
auditionē tuā: cōpsseꝛūt man' sup te: Quia
sup quē nō trāsit malicia tua semp?

Explicit Naū pphēta. Incipit
plogus i Abachuc pphetā.

Quattuor pphete i duodeci p
phetaꝝ volumie ꝯtinēt: e q̄b'
tres i pncipio lemna. i. pōdus
titulum hn̄t: naum abachuc
ꝛ malachias. Porro ȝacharias
i medio ꝛ circa finē duos huiuscemodi po
nit titulos: e quibus vnus ē: onus verbi dn̄i
i terra adrach ꝛ damasci requiei eius: alter
i fine. s. onus vbi dn̄i sup isrl'. De naum oꝛo
nibus tuis iā liber vn' edit' ē. De ȝacharia ꝛ
malachia: si vita comes fuerit: dissereť. Nūc
abachuc hēm' i māib' q̄ uel ex eo ꝙ amabi
lis deo ē: vocať āplexatio: l' ꝙ in certamen ꝛ
luctā ꝛ: ut ita dicā: āplexū cū deo ꝯgrediť: ā
plexātis. i. luctātis sortit' ē nomen. Nullus. n
tā audaci uoce ausus ē deū ad disceptatōez
iustitie ꝓuocaꝛ: ꝛ dicē ei: Cur i rebus huma
nis mūdi istius pōpa tāta reꝝ vsetur iiq̄tas?
Uociferabor ad te vim patiēs ꝛ nō saluab'?
Quaꝛ ōn̄disti mihi iiq̄tatē ꝛ laborē videre?
Lacerata ē lex: ꝛ n̄ ꝑueit vsꝫ ad finē iudiciū:
q: ipi' ꝑualet advsus iustū iō egredieť iudi
ciū ꝑuersū. Uides ꝙ̄ temeraria vox sit: ꝛ q̄
dāmō blassemātis creatorē suū ad iudiciuz
ꝓuocare: ꝛ vas fragile aduersus figulū: cur
tale l' tale factū sit disputare. Necnon ꝛ hoc
ē aduertēdū: ꝙ assumptio l' pōdus que gra
uia iā esse diximus: pphete visio est: ꝛ aduer
sū mōtani dogma ꝑuersū itelligit qđ videt:
nec ut amēs loq̄ť: nec more isanietiū feīarū
dat sine mēte sonū. Un̄ ꝛ apl's iubet ut si p
phetātibus alijs: alij fuerit reuelatū: taceat
q̄ pus loq̄bāť. Et stati: nō ē iq̄t dissēsiōis de'
sꝫ pacis. Ex q̄ itelligiť cū q̄s ex uolūtate re
ticet: ꝛ alijs locū dat ad loquēdū: possit loq̄
ꝛ tacē cū velit. Quia iā i extasi. i. iuit' loq̄ť:
nec tacē nec loq̄ i sua ptāte hꝫ. Illō q̄ꝫ disce:
q: semel a me uiolēť exigis: vt q̄si q̄sdā gra
dus ꝛ scalas altiōa itēti: historiā tibi itptēr:
pphetiā eē circa babylonē ꝛ nabuchodono
sor regem chaldeoꝝ: vt quō prior propheta
naum quē abachuc seq̄ť: vaticiniū hn̄it con
tra niniuen ꝛ assyrios q̄ vastauerūt decē tri
bus: q̄ vocāť isrl': ita abachuc pphetiā hēat
aduersus babylonē ꝛ nabuchodonosor: a q̄
bus iudas ꝛ irl'ꝫ tēpluq̄ꝫ sbuersa sī. Et vt sci
as eo tp̄e fuisse abachuc: q̄ iā duo tb': q̄ vo
baꝛ iuda: ducte erāť i captiuitatē: daniel do
cet: posit ad quē i lacū leonū abachuc cuꝫ
pradio mittiť: q̄ꝙ apud hebreos hec ipa n̄
legiť historia. Igr̄ siue q̄s recipiat scripturā
illā: siue nō r̄cipiat: vtrūq̄ꝫ p nob̄ ē. Aut. n.
iā recipit: ꝛ p' factā rē lib̄ abachuc texiť: aut
si n̄ r̄cipit: q̄i ppheta scribit q̄ uētura cogno
scit. Interi ſm l̄rāz causāť aduersū deū pro
pheta: cur nabuchodonosō tēplū dei uastet
ꝛ iudā: cur irl'ꝫ quōdā urbs dn̄i destruat: q̄r
clamet ppl'us ꝛ nō audiat: uociferet ad dn̄z
oppssus a chaldeis ꝛ nō saluet: q̄r ēt ipse p
pheta l' ppl'us ex cui' psona loq̄ť: ad hoc ui
xerit: ꝛ hucusq̄ꝫ pduct' sit: ut iiq̄tatē hostiū
ꝛ suū laborē viderit: cū i iusticia ꝑualeat ad
uersū se. Et hec dicit p̄ mētis angustia: nesciēs
aurū i igne ꝯflari: ꝛ tres pueros de camino
ignis puriores exisse ꝙ̄ itrauerāt. Sꝫ ꝛ hoc
generaliť accipe possum': ꝙ ex psōa hūane
ipatiētie loq̄ť: vt i q̄rulā vocē ꝛ plenā doloris
erūpat dicēs: Quaꝛ respicis ꝯtēptores: ꝛ ta
ces cōculcāte ipio iustiorē se? Hec āt loq̄ť: ne
sciēs iudicia dei iuestigabilia: ꝛ pfūdū diui
tiaꝛū sapie ꝛ scie eius: ꝙ nō ita vidat: videlꝫ
hō vt de'. Hō tm̄ p̄ntia respicit: de' futa ꝛ et̄
na coḡscit. Et quō si egrotās ꝛ estuans febri
b' aquā frigidā postulet ꝛ dicat ad medicū:
vim patior: crutior vror examior: vsq̄ꝫ q̄ me
dice clamabo ꝛ exaudies: ꝛ r̄ndeat ei sapien
tissimus ac clemētissim' medic': scio q̄ tēpōe
dare debeā qđ postulas: nō miseor mō: q̄a
misicōdia ista crudelitas ē: ꝛ volūtas tua ꝯ
tra te petit. Ita ꝛ deus nr̄ sciens clemētie sue
pōdera atq̄ꝫ mēsuras: interdū n̄ exaudit cla
mātē: vt eū pbet: ꝛ magis ꝓuocet eū ad ro
gādū: ꝛ q̄i igne excoctū iustiorē ꝛ puriorē fa
ciat. Qđ itelligēs apl's ſm id ꝙ misicordiā
ꝯsecut' ē a dn̄o: ait: Sꝫ n̄ ōficim'. Et bn̄dicit
dn̄z i oī tp̄e: Et scit ꝙ q̄ pseuerauerit vsq̄ꝫ in
finē hic salu' erit: ꝛ gl'iať i labore ꝛ doloꝛ. Et
cū hieremia dic̄: Tribulationē ꝛ misiā iuo
cabo: ut quō ali' iuocat deū: sic scūs uir et
bellatō iuict' ad exercēdū se ꝛ pbādū tribu
lationē ꝛ miseriā iuenire desiderat.

Explicit plogus: sequiť argumentū.

ABachuc luctator fortis ⁊ rigiꝰ stat sup custodiā suā: ⁊ figit gradū sup muītōez: ut christū i.cruce ꝯtēplet: ⁊ dicat: Opuit celos glīa eiꝰ: ⁊ laudis eiꝰ plena ē trā. Splēdō eꝰ ut lux erit: cōnua i manibus eiꝰ: ibi abscōdita ē fortitudo eius.

Explicit argumentū. Incipit Abachuc ꝑpheta. Caplm. .I.

uiter ferēs de his q̄ acciderāt: ꝯgregatis oc
toginta milib⁹ ꝛ eq̄tatu uniu̾so veniebat ad
uersū iudeos existimās se ciuitatē q̄dē cap
tā gentib⁹ hitaclm̄ facturū: tēplū v̾o i pecūie
q̄stum sicut cetera delubra gētiū hituꝝ: ꝛ
ꝑ singl̄os annos uenale sacerdotiū: nusquā
recogitās dei ꝑtatem: ſꝫ mēte effrenat⁹ i ml̄
titudine peditū ꝛ i milib⁹ eq̄tum ꝛ in octogi
ta elephantis ꝯfidebat. Ingressus aūt iude
am ꝛ appropiās bethsure q̄ erat i āgusto lo
co ab hierosolyma ituallo q̄nq̄ꝫ stadiorum
illud p̄sidiū expugnabat. Ut aūt machabe⁹
ꝛ q̄ cū eo erāt: cognoueꝛ̄t expugnari p̄sidia:
cū fletu ꝛ lachrymis rogabant dn̄m: ꝛ ōnis
turba sil̄: ut bonū angeluꝫ mitteret ad salu
tē isrl̄. Et ipse prim⁹ machabe⁹ sumptis ar
mis ceteros adhortat⁹ ē sil̄ secum ꝑicl̄m su
bire ꝛ ferre auxiliū f̄rib⁹ suis. Cūq̄ꝫ pariter
ꝓmpto aīo ꝓcederēt hierosolymis: apparu
it precedēs eos eques i ueste candida: armis
aureis hastā uibrās. Tūc ōes sil̄ bn̄dixerūt
mīſicordē dn̄m ꝛ cōualuerūt animis nō so
lū hoīes ſꝫ ꝛ bestias ferocissimas ꝛ muros
ferreos parati penetrare. Ibant igr̄ ꝓmpti:
de celo hn̄tes adiutorē ꝛ miserantē sup eos
dn̄m. Leonū āt more ipetu irruentes i ho
stes ꝓstrauerūt ex eis undeci milia peditū.
ꝛ eq̄tū mille sexcētos: uniuersos āt i fugam
uerteꝛ̄t: pl̄es āt ex eis uulnerati nudi euase
rūt. Sed ꝛ ipse lysias turpit̄ fugiens euasit.
Et q̄ꝛ nō isēsat⁹ erat: secū ipse reputās fc̄am
erga se diminutionē: ꝛ itelligēs iuictos esse
hebreos ōipotētis dei auxilio nitētes: misit
ad eos ꝓmisitq̄ꝫ se cōsensurū ōib⁹ q̄ iusta sīt:
ꝛ regem cōpulsurū amicū fieri. Annuit aūt
machabe⁹ precibus lysie: in ōibus utilitati
consulens. Et quecunq̄ꝫ machabeus scrip
sit lysie de iudeis: ea rex concessit. Naꝫ erāt
scripte iudeis ep̄le a lysia siquidē hunc moꝫ
continentes. Lysias ppl̄o iudeorū salutem.
Joannes ꝛ abessalon q̄ missi fuerāt a uobis
tradētes scripta postulabāt: ut ea q̄ ꝑ illos
significabāt: iplerē. Quecūq̄ꝫ igr̄ regi potue
rūt ꝑferri: exposui: ꝛ q̄ rex ꝑmittebat: cōsen
si. Si igr̄ i negocijs fidē conseruaueritis: et
deinceps bonoꝝ uob̄ cā eē tentabo: de cet̄is
aūt per singl̄a v̾ba mādaui ꝛ istis ꝛ his q̄ a
me missi sūt colloq̄ uobiscū. Bn̄ ualete. An
no centesimo q̄dragesimo octauo mēsis di
oscori die uicesima ꝛ q̄rta. Regꝭ āt ep̄la ista
contiebat. Rex ātiochus: lysie fratri salutē.
Pr̄e n̄ro inter deos translato: nos uolētes
eos q̄ sunt i regno n̄ro sine tumultu agere:
ꝛ rebus suis adhibē diligentiā: audiuimus
iudeos nō cōsēsisse patri meo: ut transferrē
tur ad ritū grecoꝝ: ſꝫ tenē uelle suū īstitutū:
ac ꝓpterea postulare a nob̄ cōcedi sibi legiti
ma sua. Uolentes igr̄ hāc q̄ꝫ gentē q̄etā eē:
statuētes iudicauim⁹ tēplū restitui illis: ut a
gerent ſm̄ suoꝝ maiorū cōsuetudinē. Bene
igitur feceris si miseris ad eos ꝛ dextram
dederis: ut cognita nostra uoluntate bono
aīo sint: ꝛ utilitatibus proprijs deseruiant.
Ad iudeos uero regꝭ ep̄la tal̄ erat. Rex ātio
ch⁹ senatui iudeorū et cet̄is iudeis salutē.
Si ualetis sic estis ut uolum⁹: ſꝫ ꝛ ipsi bene
ualem⁹. Adijt nos menela⁹ dicēs: uelle vos
descendē ad u̾ros q̄ sunt apud nos. His igr̄
q̄ cōmeāt usq̄ꝫ ad diē tricesimū mēſ xandi
ci damus dextras securitatis: ut iudaicis u
tāt cib̄ ꝛ legib⁹ suis sic̄ ꝛ ꝓus: ꝛ nemo eoruꝫ
ullo mō molestiā patiat̄ de his q̄ ꝑ ignoran
tiā gesta sīt. Misim⁹ āt ꝛ menelaum q̄ uos
alloq̄tur. Ualete. Anno centesimo q̄dragesi
mo octauo xandici mēſ q̄ntadecia die. Mi
serūt āt etiā romani ep̄l̄aꝫ ita se hn̄tē. Qui
tus mēmius ꝛ titus manili⁹ legati romano
ꝝ ppl̄o iudeoꝝ salutē. De his que lysias co
gnat⁹ regis cōcessit uobis: ꝛ nos cōcessim⁹:
de q̄b⁹ aūt ad regē iudicauit referēdū: cōfe
stim aliquē mittite diligēti⁹ int̄ uos cōferen
tes: ut decernam⁹ sicut cōgruit uobis. Nos
eīm ātiochiā accedim⁹. Ideoq̄ꝫ festinate re
scribere: ut nos q̄ꝫ sciam⁹ cui⁹ estis uolunta
tis. Bn̄ ualete. Anno cētesimo q̄dragesimo
octauo q̄ntadecima die mēsis xandici.

.XII.

HJs factis pactionibus lysias pergebat
ad regem: iudei autem agriculture o
peram dabant. Sed hi qui resederant timo
theus ꝛ apollonius gennei filius: sed et

hieronymus & demophō supbus & nicāor cypriarches nō sinebāt eos i silētio agē & q̄e te. Jopite vō tale quoddā flagitiū ppetrarūt. Rogauerūt iudeos cū q̄bus habitabāt: ascē dere scaphas q̄s pauerāt cū uxorib⁹ & filijs: q̄si nullis inimicitijs int̄ eos subiacētibus. Secūdū cōe itaq3 ↄcretū ciuitatis: & ipis ac q̄escētibus pacisq3 cā nihil suspectū hn̄tib⁹: cū i altū pcessissēt: submerserūt nō min⁹ du cētos. Quā credulitatē iudas i sue gentis ho mies factā ut cognouit: p̄cepit uiris q̄ erant cū ipso: & iuocato iusto iudice deo uenit ad uersus iterfectores fratrū: & portū q̄dē nocte succēdit: scaphas exussit: eos aūt q̄ ab igne refugerāt: gladio pemit. Et cū hec ita egisset discessit q̄si iterū reuersur⁹: & uniuersos iopi tas eradicatur⁹. Sz cū coguisset & eos q̄ erāt iamnie uelle pari mō facē habitātibus secū iudeis: iamnitis q3 nocte supuenit: & portuz cū nauib⁹ succēdit: ita ut lumē ignis apparēt hierosolymis ab stadijs ducētis q̄dragita. Inde cū iā abijssent nouē stadijs & iter face rent ad timotheū: cōmiserunt cū eo arabes q̄nq3 milia uiri & eq̄tes q̄ngēti. Cūq3 pugna ualida fieret & auxilio dei p̄spe cessisset: resi dui arabes uicti petebāt a iuda dextras sibi dari pmittētes se pascua daturos: & i cetis pfuturos. Judas āt arbitratus uere i multis eos utiles pmisit pacē: dextrisq3 acceptis di scessere ad tabnacula sua. Aggressus ē āt et ciuitatē quādā firmā: pontib⁹ murisq3 circū septā q̄ a turbis habitabat gētiū pmiscuarū: cui nomē casphin: hi vō q̄ intus erāt ↄfiden tes i stabilitate murorū & appatu alimonia rū remissi⁹ agebāt: maledictis lacescentes iu dā & blasphemātes: & loq̄ntes q̄ fas non est. Machabeus aūt iuocato magno mūdi p̄n cipe qui sine arietibus & machinis tēporib⁹ iesu pcipitauit hierico: irruit fortit̄ muris et capta ciuitate p dn̄i uolūtatē inumerabiles cedes fecit: ita ut adiacens stagnuz stadiorū duorū latitudinis sanguine interfectoruz flu ere uideretur. Inde discesserūt stadia septi genta quinquaginta & uenerūt in tharacha ad eos: qui dicuntur tibianei: iudeos & ti motheum quidem in illis locis non compre henderunt: nulloq3 negocio perfecto regres sus est: relicto in quodaz loco firmissimo p̄ sidio. Dositheus autem & sosipat̄ qui erant duces cum machabeo peremerunt a timo theo relictos in presidio decez milia uiros. At machabe⁹ ordinatus circū se sex milib⁹ & cōstitutis p cohortes: aduersus timotheū pcessit hn̄tē secū centū uigiti milia peditu3 eq̄tūq3 duo milia q̄ngentos. Cognito autez iude aduētu timothe⁹ p̄misit mulieres & fili os & reliquū apparatū i p̄sidiū q̄d carmon dr̄. Erat. n. iexpugnabile & accessu difficile: pp locorū angustias. Cūq3 cohors iud̄ p̄ma appuisset: timor hostib⁹ icussus ē ex p̄sentia dei q̄ uniuersa ↄspicit: & in fugā uersi sūt ali⁹ ab alio: ita ut magis a suis dejicerent: & gla diorū suorū ictibus debilitarēt. Judas āt ue hement̄ istabat puniēs pphanos & pstrauit ex eis trigita milia uirorū. Ipse vō timothe⁹ īcidit i ptes dosithei & sosipatris & multis pre cibus postulabat ut uiu⁹ dimittēt: eo q̄ mul torū ex iudeis parentes haberet ac frēs: q̄s morte eius decipi eueniret. Et cū fidē dedis set restiturū se eos s̄m cōstitutū: illesū eū di miserūt pp fratrū salutē. Judas aūt īgressus ē a carmon interfectis uigitiq̄nq3 milibus. Post horū fugā & necez mouit exercitū ad effron ciuitatē munitā i q̄ multitudo diuer sarū gētiū habitabat: & robusti iuuenes pro muris cōsistētes fortit̄ repugnabāt. In hac āt machīe multe: & telorū erat apparat⁹. Sz cū oipotētē iuocassent: q̄ potestate sua uires hostiū cōfringit: ceperūt ciuitatē: & ex eis q̄ int⁹ erāt uigitiq̄nq3 milia pstrauerūt. Inde ad ciuitatē scytharū abierūt: que ab hieroso lymis sexcētis stadijs aberat. Cōtestantib⁹ āt his q̄ apud scythopolitas erant iudeis: q̄ benigne ab eis haberēt: & tpibus infelicitatis q̄ modeste secū egerint: gratias agentes eis: & exhortati etiā de cetero erga genus suum benignos ēe: uenerūt hierosolymā die solēni septimarū instante. Et post penthecostē abie runt ↄtra gorgiā p̄positū idumee. Exiuit āt cū peditib⁹ trib⁹ milib⁹: & eq̄tibus quadrigē tis. Quibus cōgressis contigit paucos ruerē iudeorū. Dositheus vō q̄dā de bachenoris eques uir fortis gorgiā tenebat: & cū uellet illū cape uiuū: eques q̄dā de thracib⁹ irruit in eum: humerumq3 eius amputauit: atq3 ita gorgias effugit i maresa. At illis qui cuz esdrin erant diutius pugnantibus & fatiga tis: inuocant iudas dominum adiutorem & ducem belli fieri: incipiens uoce patria & cū hymnis clamorem extollens: fugam gorgie militibus incussit. Judas autem collecto exercitu uenit in ciuitatem odollam. Et cuz septima dies superueniret: secundum cōsue tudinem purificati: in eodem loco sabbatū

egerũt. Et sequẽti die uenit cũ suis iudas ut
corpora ꝓstratoꝝ tollẽt: ⁊ cũ parentib⁹ po-
neret i sepulchris patnis. Inuenerũt ãt sub
tunicꝭ infectoꝝ de donariȷs idoloꝝ q̄ apud
iamniã fuerunt: a q̄bus lex ꝓhibet iudeos.
Oib⁹ g̊ maĩfestũ factũ ẽ: ob hãc causã eos cõ
ruisse. Oẽs itaqꝫ bñdixerũt iustũ iudiciũ dñi:
q̄ occulta fecerat maĩfesta. Atqꝫ ita ad p̄ces
ↄuersi rogauerũt: ut id qđ fcm̃ erat ðlictũ obli
uiõi tradeẽt. At vo fortissim⁹ iudas hortabat
pplm̃ cõseruare se sine pcc̃o: sub ocul uiden
tes q̄ facta sũt ꝑ pcc̃is eoꝝ q̄ ꝓstrati sũt. Et
facta collatione: duodeciꝫ milia drachmas
argenti misit hierosolymã offerri ꝓ peccatꝭ
mortuoꝝ sacrificiũ: bñ ⁊ religiose ð resurre
ctione cogitãs. Nisi. n. eos q̄ ceciderãt resur
recturos speraret: sup̃fluũ uideret ⁊ uanuꝫ
orare ꝓ mortuis. Et q̄a cõsiderabat ꝙ hi q̄
cũ pietate dormitionẽ accepant: optimã ha
berẽt repositã gratiã. Sc̄a g̊ ⁊ salubris ẽ cogi
tatio ꝓ defũctꝭ exorare: ut a pcc̃is soluãt.

XIII.

IAnno centesimo quadragesimonono
cognouit iudas ãtiochũ eupatorẽ ue-
nire cuꝫ multitudine aduersus iudeã: ⁊ cuꝫ
eo lysiã ꝓcuratorẽ ⁊ p̄positũ negocioꝝ secũ
hñtẽ peditũ cẽtũ decẽ milia: ⁊ eq̄tũ q̄nqꝫ mi
lia: ⁊ elephãtes uigintiduos: curr⁹ cũ falcib⁹
trecẽtos. Cõmiscuit autẽ se illis ⁊ menelaus
⁊ cuꝫ multa fallacia dep̄cabat antiochũ nõ
ꝓ patrie salute: sꝫ sperãs se ↄstitui i p̄ncipa-
tuꝫ. Sꝫ rex regũ suscitauit aĩos antiochi in
peccatorẽ: ⁊ suggerẽte lysia hũc ẽe cãꝫ oium
maloꝝ: iussit ut eis est ↄsuetudo app̄hẽsuꝫ
i eodẽ loco necari. Erat ãt i eodẽ loco turrꝭ
q̄nq̄gita cubitoꝝ: aggestũ ũdiqꝫ hñs cinerꝭ.
Hec ꝓspectũ habebat i p̄ceps. Inde in cierẽ
deıci iussit sacrilegũ: oibus eũ ꝓpellentib⁹
ad iteritũ. Et tali lege p̄uaricatorẽ legꝭ ↄtigit
mori: nec t̃re dari menelaũ. Et q̄dẽ satꝭ iuste.
Nã q̄a multa erga arã dei delicta ↄmisit cu
ius ignis ⁊ cinis erat scũs: ipse i cinerꝭ mõte
dãnatus ẽ. Sꝫ rex mẽte effrenat⁹ ueiebat ne
q̄orẽ se p̃re suo iudeis ostẽsur⁹. Quib⁹ iudas
cognitꝭ p̄cepit pplo ut die ac nocte dominuꝫ
inuocarent: ꝙ sicut semp ⁊ nunc adiuuaret
eos: q̄ppe q̄ lege ⁊ patria scõqꝫ tẽplo priuari
uererẽt: ac pplm̃ q̄ nup paululũ r̃spirasset:
ne sinẽt blasphemis rursus natiõib⁹ subdi.
Oib⁹ itaqꝫ simul id faciẽtib⁹ ⁊ petẽtib⁹ a dño
miũicordiã cũ fletu ⁊ ieiuniȷs ꝑ triduũ cõti-
nuũ prostratis: hortatus ẽ eos iudas ut se
preparareẽt. Ipse uero cũ seniorib⁹ cogitauit
p̄usq̄ rex admoueret exercitũ ad iudeã ⁊ ob
tineret ciuitatẽ: exire: ⁊ dñi iudicio cõmittẽ
exitũ rei: dãs itaqꝫ potestatẽ oiuꝫ deo mũdi
creatori: ⁊ hortat⁹ suos ut fortit̃ dimicarẽt:
⁊ usqꝫ ad mortẽ ꝓ legib⁹ templo ciuitate pa
tria: ⁊ ciuib⁹ starẽt: circa modin exercitũ cõ
stituit. Et dato signo suis dei uictorie iuuẽi
bus fortissimis electis: nocte aggressus au
lã r̃giã i castrꝭ interfecit uiros q̄tuõdeci milia:
⁊ maximũ elephãtoꝝ cũ his q̄ suppositi fu
erãt. Sũmoqꝫ metu ac ꝑturbatiõe hostiuꝫ
castra replẽtes: rebusqꝫ ꝓspe gestis abierũt.
Hoc ãt factũ ẽ die illucescẽte: adiuuante eũ
dñi ꝓtectiõe. Sꝫ rex accepto gustu audacie
iudeoꝝ: arte difficultatẽ locoꝝ tẽptabat: et
bethsure q̄ erat iudeoꝝ p̄sidiũ mũitũ castra
amonebat: sꝫ fugabat ipingebat miorabat.
His ãt q̄ it⁹ erãt iudas necessaria mittebat.
Enunciauit aũt mysteria hostib⁹ rodochus
q̄dã ð iudaico exercitu: q̄ req̄situs ↄp̄hẽsus
ẽ ⁊ ↄclusus. Iterũ rex s̃monẽ habuit ad eos
q̄ erãt i bethsurꝭ: dextrã dedit accepit: abijt
cõmisit cũ iuda: supat⁹ ẽ. Ut ãt cognouit re-
bellasse philippũ antiochie q̄ relict⁹ erat sup
negocia: mẽte ↄsternatus iudeos dep̄cãs sb
ditusqꝫ eis iurat ð oib⁹ q̄b⁹ iustũ uisũ ẽ: ⁊ rcõ
ciliatus obtulit sacrificiũ: honorauit tẽpluꝫ
⁊ munera posuit: machabeũ ãplexat⁹ ẽ: ⁊ fe
cit eũ a ptolemaide usqꝫ ad gerrenos ducẽ
⁊ p̄ncipẽ. Ut ãt uenit ptolemaidã: grauiter
ferebãt ptolemẽses amicitie cõuẽtionẽ indi-
gnãtes: ne forte fedus irrũpent. Tũc ascẽdit
lysias tribunal: ⁊ exposuit rationẽ: ⁊ pplm̃
sedauit: regresusqꝫ ẽ antiochiã. Et hoc mõ
regis ꝓfectio ⁊ reditus pcessit.

XIIII.

SEd post trienniũ tp̄s cognit iudas ⁊ q̄
cũ eo erãt: demetriũ seleuci cũ mltitu-
dine ualida ⁊ nauibus ꝑ portũ tripol ascen
disse ad loca opportũa: ⁊ tenuisse regiões ad
uersus ãtiochũ ⁊ eius ducẽ lysiã. Alchim⁹
aũt q̄dã q̄ sũmus sacerdos fuerat: sꝫ uolũta
rie coiq̄nat⁹ ẽ tp̄ib⁹ ↄmixtiõis: ↄsiderãs nllo
mõ sibi ẽe salutẽ neqꝫ accessũ ad altare: uẽit
ad regẽ demetriũ cẽtesimo quinquagesimo
ãno offerẽs ei coronã aureã ⁊ palmã: super
hec ⁊ talos q̄ tẽpli ẽe uidebãt. Et ipa q̄dẽ die
siluit. Tp̄s ãt opportunũ demẽtie sue nact⁹
cõuocatus a demetrio ad ↄsiliũ: ⁊ interogat⁹
q̄bus reb⁹ ⁊ consiliȷs iudei niterentur r̃ndit:
Ipsi qui dicuntur assidei iudeoꝝ q̄b⁹ preest

iudas machabeus bella nutriūt ⁊ seditiões
mouēt: nec patiūt regnū ēe q̄etū. Nā ⁊ ego
ꝯfraudatus parētū gl'ia: dico āt sūmo sacer
tio huc ueni: ꝑmo q̄dē utilitatib' regis fidez
seruās: secūdo aūt etiā ciuibus consulens.
Nā illoꝝ prauitate uniuersū gen' nr̃m ñ mi
nime uexat. Sz oro his singul' o rex cognitꝭ:
⁊ regiõi ⁊ generi ſm humanitatē tuā ꝓmul-
gatā oīb' ꝓspice. Nā q̄diu superest iudas: i
possibile ē pacē ēe negocijs. Talibus aūt ab
hoc dictꝭ: ⁊ ceteri aīci hostilit' se habētes ad
uersus iudā: iſlāmauerūt ꝯmetriū. Qui sta
tim nicanorē ꝑpositū elephātoꝝ ducē misit
i iudeā: datis mandatis ut ipsū quidē iudā
caperet uiuū: eos uero q̄ cū illo erant dispge
ret: ⁊ cõstituēt alchimū maximi tēpli sūmū
sacerdotē. Tūc gētes q̄ de iudea fugerāt iu-
dā segregatiz se nicanori miscebāt: miserias
⁊ clades iudeoꝝ ꝓspitates reꝝ suaꝝ existi-
mātes. Audito itaq3 iudei nicanoris aduen
tu: ⁊ cõuentu nationū: ꝯspsi terra rogabant
eū q̄ ppl'm suuz ꝯstituit: in etnū custodiret:
quiq3 suā portionē signis euidētib' ꝓtegit.
Jmpante aūt duce stati inde mouerūt: ꝯue-
nerūtq3 ad castellū dessau. Symõ v̄o frater
iude comiserat cū nicanore: sz ꝯtritus ē ĩpē
tino aduētu aduersarioꝝ: nicanor tñ audiēs
v̄tutē comitū iude ⁊ aĩ magnitudinē quā ꝓ
patrie certamib' hēbāt: sanguie iudiciuz fa-
cē metuebat. Quāobrē ꝑmisit possidoniū:
⁊ theodotiū: ⁊ matthiā: ⁊ ut darēt dextras:
atq3 accipent. Et cū diu de his ꝯsiliū ageret
⁊ ipe dux ad multitudinē ĩtulisset: oĩuz una
fuit sētētia aicitijs ānuē. Jtaq3 diē ꝯstituert
qua secreto int' se agerēt: ⁊ singulis selle ꝓla
te sūt ⁊ posite. Precepit aūt iudas armatos
ēe locis opportunis: ne forte ab hostib' re
pente mali aliq̄d orirēt. Et cõgruū colloq̄ū
fecerūt. Mōabat aūt nicanor hierosolymis
nihilq3 iniq̄ agebat: gregesq3 turbaꝝ q̄ ꝯgre
gate fuerāt: dimisit. Habebat aūt iudā sēp
caꝝ ex aĩo: ⁊ erat uiro inclinatus. Rogauit
q3 eū ducē vxorē: filiosq3 procreat. Nuptias
fecit: q̄ete egit: cõiterq3 uiuebāt. Alchimus
autē uidens caritatē illoꝝ ad ĩuicē ⁊ cõuen-
tiones: uenit ad demetriū ⁊ dicebat nicano-
rē rebus alienis assentire. Judāq3 regni insi
diatorē successorē sibi destinasse. Jtaq3 rex
exaspatus ⁊ pessimis hui' crimīatiõib' irrita
tus scripsit nicāori dicēs grauit' q̄dē se ferī ꝯ
amicitie cõuētiõe: iubē tñ machabeuz citi'
uinctū mittē antiochiā. Quibus cognitꝭ ni
canor cõsternabat: ⁊ grauit' ferebat: si ea q̄ ꝯ
uenerāt: irrita faceret: nihil lesus a uiro: sed
q̄a regi resistere nõ poterat: opportunitatez
obſuabat: q̄ ꝑceptū ꝑficēt. At machabeus
uidēs secū austeri' agere nicanorē: ⁊ cõsuetū
occursū ferocius exhibētē ĩtelligēs nõ ex bo
no ēe austeritatē istā: paucis suoꝝ ꝯgregatꝭ
occultauit se a nicanore. Q cū ille cognouit
fortit' se a uiro preuentū: uenit ad maximuz
⁊ sanctissimū tēpluz: ⁊ sacerdotibus solitas
hostias offerētibus: iussit sibi tradi uirum.
Quib' cū iuramēto dicentib' nescire se ubi
esset: q̄ querebat: extēdēs manū ad tēplū iu
rauit dicēs: Nisi iudā mihi uictū tradideritꝭ:
istud dei phanū i planiciē deducā: ⁊ altare
effodiā: ⁊ tēpluz hoc libero patri ꝯsecrabo.
Et his dictis abijt. Sacerdotes autē ꝓtēdē
tes man' i celū iuocabāt eū q̄ sp ꝓpugnator
esset gentis ipsoꝝ: hec dicēres: Tu dñe uni-
uersoꝝ q̄ nullius idiges: uoluisti tēplū hita
tionis tue fieri i nobis. Et nūc sc̄e sc̄oꝝ oĩuz
dñe cõserua i eternū ipolutā domū istā q̄ nu
ꝑ mūdata ē. Razias aūt q̄dā de senioribus
ab hierosolymis ꝯlatus ē nicanori uir ama
tor ciuitatis ⁊ bene audiēs: qui ꝓ affectu pr̃
iudeoꝝ appellabat. Hic multis tp̄ib' ꝯtinen
tie propositū tenuit in iudaismo: corpusq3
⁊ animā tradē cõtent' ꝓ ꝑseuerātia. Uolēs
āt nicanor manifestare odiū qđ habebat in
iudeos misit milites q̄ngentos: ut eū cõphē
derēt. Putabat. n. si illū decepisset: sese cla-
dē iudeis maximā illaturuz. Turbis autez
irruere in domū eius ⁊ ianuam disrumpere
atq3 ignē amouere cupiētibus: cum iā ꝯpre-
henderetur: gladio se petijt: eligens nobilit'
mori potius: q̄ subditus fieri peccatoribus:
⁊ ꝯtra natales suos idignis iniurijs agi. Sz
cū ꝑ festinationē nõ certo ictu plagā ꝯdisset:
⁊ turbe int' hostia irrūpent: recurrēs audac
ter ad muꝝ: precipitauit semetipsū uiriliter
in turbas: quibus uelocit' locū dantibus ca
sui eius: uenit per mediam ceruicem. Et cū
adhuc spiraret accensus animo surrexit et
cum sanguis eius magno fluxu deflueret: ⁊
grauissimis uulneribus esset saucius: cursu
turbam pertransijt: ⁊ stans supra quandaz
petram preruptam ⁊ iam exanguis effectus:
complexus intestina sua utrisq3 manibus
proiecit super turbas inuocans dominato-
rem uite ac spiritus: ut hec illi iterum redde
ret: atq3 ita uita defunctus est.

.XV.

NIcanoꝛ aūt ut cōperit iudā ēe ī locꝭ sa-
marie: cogitauit cū oī īpetu die sabba
ti ꝯmittē bellū. Judeis vō qui illū ꝑ necessi-
tatē sequebāt dicētibus: ne ita ferocit̄ ⁊ bar
bare feceri: sꝫ honoꝛē tribue diei scificatōis:
⁊ honoꝛa eū q̄ uniuersa ꝯspicit: at ille īfelix
interrogauit si ē potēs ī celo q̄ impauit agi
diē sabbatoꝝ: ⁊ rn̄dētibꝰ illis: ē dn̄s viuꝰ ipe
ī celo potēs q̄ iussit agi septimā diem: at ille
ait: Et ego potens sū sup terrā: qui impero
sumi aꝛma ⁊ negocia regis ipleri. Tamē n̄
obtinuit: ut cōsiliū ꝑficeret. Et nicanoꝛ q̄dē
cū sūma supbia erectus cogitauerat cōe tro
pheū statuē ō iuda. Machabeus aūt semp
cōfidebat cū oī spe auxiliū sibi a dn̄o affutu
rū: ⁊ hoꝛtabāt suos ne foꝛmidarēt ad aduē
tū nationū sꝫ ī mente haberent adiutoꝛia si
bi facta de celo: ⁊ nūc sperarēt ab oipotente
sibi affuturā uictoꝛiā. Et allocutꝰ ē eos ō le
ge ⁊ ꝓphetis: āmonēs etiā certamīa que fe-
cerāt pꝛius: ꝓmptioꝛes cōstituit eos. Et ita
aīmis eoꝝ erectis: simul oñdebat gentiū fal
laciā: ⁊ iuramētoꝝ ꝑuaricationē. Singl'os
āt illoꝝ armauit n̄ clypei ⁊ haste munitiōe:
sꝫ ꝟmoīb' optimis ⁊ exhoꝛtatiōib' exposito
digno fide sōnio: ꝑ qd̄ vniuersos letificauit.
Erat aūt hꝰmōi visus. Oniā q̄ fuerat sūmꝰ
sacerdos viꝝ bonū ⁊ benignū: verecūdū vi
su modestū mōib': ⁊ eloq̄o decoꝛū: ⁊ q̄ a pu
ero ī uirtutibus exercitatus sit: manꝰ ꝓtēdē
tē: oꝛaī ꝓ oī ppl'o iudeoꝝ. Pꝰ hoc apparuis
se ⁊ aliū uirū etate ⁊ gloꝛia mirabilē: ⁊ ma-
gni decoꝛis habitudinē circa illū. Rn̄dentēꝫ
vō oniā dixisse: Hic ē fratꝝ amatoꝛ ⁊ popl'i
isrl': hic ē q̄ mltū oꝛat ꝓ ppl'o ⁊ uniuersa scā
ciuitate hieremias ꝓpheta dei. Extēdisse āt
hieremiā dextrā: ⁊ dedisse iude gladiū aure
um dicentē: Accipe scm̄ gladiū munꝰa deo:
ī q̄ deijcies aduersarios ppl'i mei isrl'. Exhō
tati itaqꝫ iude ꝟmonib' bōis ualde de q̄bus
extolli posset īpetus: ⁊ aī iuuenū ꝯfotari: sta
tuerūt dimicare ⁊ ꝯfligē foꝛtiter ut uirtus ō
negocijs iudicaret: eo ꝙ ciuitas scā ⁊ tēpluꝫ
ꝑiclitaret̄. Erat.n. ꝓ uxoꝛibus ⁊ filijs: itēqꝫ
ꝓ fr̄ib' ⁊ cognat̄is mioꝛ sollicitudo: maximꝰ
vō ⁊ ꝑmus ꝓ sc̄titate timoꝛ erat tēpli: sꝫ et
eos q̄ ī ciuitate erāt nō mīma sollicitudo hē
bat ꝓ his q̄ cōgressuri erāt. Et iā cū oēs spa
rēt iudiciū futuꝝ: hostesqꝫ adessēt atqꝫ exer
citus erat oꝛdinatus: bestie eq̄tesqꝫ oppoꝛtu
no loco cōpositi: ꝯsiderās machabeus aduē
tū multitudinis ⁊ apparatū uariū armoꝝ:
ac ferocitatē bestiaꝝ extēdēs manus ī celū:
pꝛodigia facientē dn̄m īuocauit: q̄ nō ꝟm ar-
moꝝ potētiā: sed ꝓ ut ipi placet dat dignis
uictoꝛiā. Dixit āt īuocās hoc mō: Tu dn̄e q̄
misisti angelū tuū sub ezechia rege iuda: ⁊ i
terfecisti de castr̄ sennacherib centū octogin
taq̄nqꝫ milia: ⁊ nūc dn̄atoꝛ celoꝛū mitte an-
gelū tuū bonū an̄ nos ī timoꝛe ⁊ tremoꝛ ma
gnitudinis brachij tui ut metuāt qui cū blas
phemia ueniūt aduersus sc̄tū ppl'm tuuꝫ.
Et hic q̄dē ita ꝑoꝛauit. Nicanoꝛ aūt ⁊ q̄ cuꝫ
ipo erāt cū tub' ⁊ cāticis admonebāt. Judas
vō ⁊ q̄ cū eo erāt: īuocato deo ꝑ oꝛōnes con
gressi sūt: mān q̄dē pugnātes sꝫ ⁊ dn̄m cōdi
bus oꝛantes pꝛostrauerūt non minus trigi-
taquinqꝫ milia ꝑsētia dei magnifice delecta
ti. Cūqꝫ cessassent ⁊ cū gaudio redirent: cog
uerunt nicanoꝛē ruisse cū armis suis. Facto
itaqꝫ clamoꝛe ⁊ perturbatione suscitata: pa
tria uoce oīpotētē dn̄m benedicebant. Pre-
cepit āt iudas qui per oīa coꝛpoꝛe ⁊ animo
moꝛi ꝓ ciuib' paratus erat: caput nicanoꝛis
⁊ manū cū humero abscisam hierosolimā
ꝑferri. Quo cū ꝑuenisset cōuocatis ꝯtribu-
libus ⁊ sacerdotib' ad altare: accersīt ⁊ eos
q̄ in arce erant. Et ostenso capite nicanoꝛis
⁊ manu nefaria quā extenderat contra do-
mū sanctā omnipotentis dei: magnifice glo
ꝛiatus est. Linguā etiā ipi' nicanoꝛis ꝑcisaꝫ
iussit particulatī auibus dari: manū autem
dement̄ ꝯtra tēplū suspēdi. Oēs igitur celi
bn̄dixerūt dn̄m dicētes: bn̄dictus qui locuꝫ
suū īcōtamiatū seruauit. Suspendit autem
nicanoꝛis caput ī sūma arce: ut euidēs esset
⁊ manifestū signū auxilij dei. Jtaqꝫ oēs cōi
cōsilio decreuerūt nullo modo diē istū absꝫ
celebꝛitate ꝑterire: habē āt celebꝛitatē tertia
decima die mensis adaꝛ: que dicit̄ uoce syꝛia
ca pꝛidie mardochei die. Jgit̄ his erga nica-
noꝛē gestis: ⁊ ex illis tꝑib' ab hebꝛeis ciuita
te possessa: ego q̄ꝫ ī his faciā finē sermonis.
Et siquidē bene ut histoꝛie cōpetit hoc ⁊ ipe
ueli: si aūt minꝰ digne: concedēdū ē mihi. Si
cut eni uinū semꝑ bibere aut semper aquaꝫ
contrariuꝫ est: alternis autem uti delectabi
bile: ita legētibus si semper exactus sit ꝟmo:
non erit gratus: hic ꝰ erit consumatus.

Explicit secundus liber Machabeoꝛum.

Incipit epistola beati Hieronymi ad Damasū papā ī q̄ttuoꝛ euangelistas.

Beatissimo pape damaso hieronymꝰ. Nouū opꝰ me facē cogis ex veti: vt post exēplaria scripturaꝝ toto orbe dispersa q̄si q̄dā arbiter sedeā: ⁊ q2 īt̄ se variāt: q̄ sint illa q̄ cū greca ꝯsentiāt veritate: decernā. Pius laboꝛ: sed ꝑiculosa presūptio: iudicare de ceteris ipsū ab oībꝰ iudicandū: senis mutare linguā: ⁊ canescentē mūdū ad initia retrahē paruuloꝝ. Quis eīz doctus parit̄ vl̄ indoctus: cū ī manꝰ volumē assūpserit: ⁊ a saliua quā semel imbibit viderit discrepare qd̄ lectitat: nō stati erūpat in vocē: me falsariū me clamans esse sacrilegū: q̄ audeā aliq̄d ī veteribꝰ librꝭ addere mutare corrigere: Aduersus quā inuidiam duplex causa me ꝯsolat̄: q2 ⁊ tu q̄ summꝰ sacerdos es fieri iubes: ⁊ veꝝ non eē qd̄ uariat: etiā maledicoꝝ testimōio cōprobat̄. Si enī latinis exēplaribꝰ fides ē adhibēda: respōdeāt quibꝰ tot sūt exēplaria pene quot codices. Sin aūt veritas ē querēda de plꝛibus: cur nō ad grecā originē reuertētes ea q̄ uel a uitiosis interp̄tibꝰ male edita vel a p̄sūptoribus impitis emēdata puersius vel a librarijs dormitātibus aut addita sunt aut mutata: corrigimus: Neq3 uero ego de ueteri disputo testamento: qd̄ a septuagita senioribus in grecam linguā uersū tertio gradu ad nos usq3 peruenit. Nō quero quid aq̄la quid symmachꝰ sapiāt: quare theodotion inter nouos ⁊ ueteres medius īcedat. Sit illa vera interpretatio: quā apostoli probauerunt. De nouo nūc loquoꝛ testamento: quod grecum esse non dubium est: excepto ap̄lo mattheo qui primꝰ in iudea euāgeliū christi hebraicis l̄rīs edidit. Hoc certe cū in nr̄o sermōe discoꝛdat: ⁊ diuersos riuuloꝝ tramites ducit: vno de fonte querēdus est. Pretermitto eos codices quos a luciāo ⁊ hesicio nūcupatoꝛes paucoꝝ hoīuz asserit puersa ꝯtentio: q̄bus utiq3 nec in ueteri instrumento post septuaginta interp̄tes emēdare quid licuit: nec in nouo pꝛofuit emendasse: cum multarū gentiū linguis scripta ante translata doceat falsa esse que addita sunt. Igitur hec pꝛesens pꝛefatiuncula pollicet̄ quattuoꝛ tm̄ euāgelia: q̄rū oꝛdo ē iste: matheꝰ: marcus: lucas: ioannes: codicū grecoꝝ emēdata collatiōe sed ueteruz q̄ ne multū a lectiōis latine ꝯsuetudīe discreparent: ita calamo imperauimꝰ: vt his tm̄ q̄ sensum uidebāt mutare correctis: reliqua manere pateremur ut fuerāt. Canones q̄3 quos eusebius cesariēsis ep̄us alexādrinū secutꝰ āmoniū ī decē numeros oꝛdinauit: sicut in greco habent̄ expressimꝰ. Qꝛ siq̄s de curiosis uoluerit nosse q̄ in euāgelijs ul̄ eadē ul̄ uicina uel sola sint: eoꝝ distictione cognoscet. Magnꝰ siq̄dē hic in nr̄is codicibus erroꝛ īoleuit: dū qd̄ in eadez re alius euāgelista plus dixit: ī alio q̄a minus putauerit: addiderūt: vel dū eundē sensū alius alit̄ expressit: ille q̄ unū e quattuoꝛ primuz legerat: ad eiꝰ exēpluz ceteros q̄3 estimauerit emēdādos. Uñ accidit: ut apud nos mixta sint oīa ⁊ ī marco plꝛa luce atq3 matthei. Rursū ī mattheo plura ioannis ⁊ marci: ⁊ in cet̄is reliquoꝝ q̄ in alijs ꝓpria sunt inueniāt̄. Cū itaq3 canones legeris q̄ subiecti st̄ ꝯfusiōis erroꝛe sublato ⁊ sīlia oīuz scies: ⁊ singulis sua queq3 restitues. In canone p̄mo ꝯcoꝛdāt q̄ttuoꝛ matheꝰ marcus lucas ioannes. In secūdo tres: matheꝰ marcus lucas. In t̄tio tres: matheꝰ lucas ioānes. In quarto tres: matheꝰ: marcꝰ: ioannes. In q̄nto duo: matheꝰ lucas. In sexto duo matheꝰ marcꝰ. In septīo duo: matheꝰ ioannes. In octauo duo: lucas marcus. In nono duo: lucas ioannes. In decīo ꝓpria unusquisq3 que nō habēt in alijs: edidert̄. Singulis uero euangelijs ab uno incipiēs usq3 ad finem libroꝝ dispar numerus accrescit. Hic nigro coloꝛ p̄scriptꝰ sub se habz aliū ex minio discoloꝛē numeꝝ: q̄ ad decez usq3 ꝓcedēs indicat pꝛioꝛ numerus in q̄ sit canone req̄rendꝰ. Cū ergo apto codice vbi gr̄a illud siue illud capl̄m scire uolu̇erꝭ cuiꝰ canōis sit: stati ex subiecto nūo doceberis: ⁊ recurrens ad pꝛincipia ī q̄bus canonum est distincta ꝯgeries: eodemq3 statim canōe ex titulo fontis īuento illū quē q̄rebas numerū eiusdē euāgelij: q̄ ⁊ ipse ex inscriptiōe signat̄ īuenies: atq3 e uicino ceteroꝝ tramitibꝰ inspectis: q̄s numeros e regione habeant adnotabis: ⁊ cū scieris recurres ad uolumina singuloꝝ: ⁊ ī sine moꝛa reptis nūerꝭ q̄s añ signaueras: reperies ⁊ loca in quibꝰ uel eadē uel uicina dixerūt. Opto ut ī xp̄o ualeas: ⁊ memineris mei papa beatissime.

Incipit alius prologus.

PLures fuisse qui euāgelia
scripserunt: lucas euange
lista testat̃ dicens: Qm̄ q̇
dem multi conati sunt or
dinare narrationē rerum
que in nobis cōplete sūt:
sicut tradiderunt nobis: qui ab initio ipsi
viderunt sermonē: ⁊ ministrauerunt ei: ⁊ p
seuerantia usq̧ ad presens tempus monu
menta declarant: que a diuersis auctorib᷒
edita diuersarū heresū fuere p̄ncipia: ut est
illud iuxta egyptios: ⁊ thomā ⁊ matthiā
⁊ bartholomeū duodeci q̊z aploꝝ: ⁊ basili
dis atq̧ appll'is: ac reliq̊ruz q̊s enumerare
lōgissimū ē: cū hoc tm̄ ip̄ntiaꝝ necesse sit
dicē: extitisse q̊sdā q̇ sin̄ spu ⁊ gr̄a ꝺi conati
sūt mag̃ ordīare narrationē q̄ꝫ historie te
xere vitatē. Quib᷒ iure pōt illud ꝓpheticū
coaptari: Ue q̇ ꝓferūt ꝺ corde suo q̇ ambu
lāt p᷒ spm suū: q̇ dicūt: hec dicit dn̄s: ⁊ dn̄s
nō misit eos. De q̇b᷒ ⁊ saluator i euangelio
ioannis loq̇t: Oēs q̇ an̄ me venerūt: fures
fuerūt ⁊ latrones. Qui venerūt: nō q̇ missi
sūt. Ipse. n. ait: Ueniebāt: ⁊ ego nō mittebā
eos. In ueniētib᷒ presūptio temeritatis: in
missis obseq̄ū fuitut̃ ē. Ecclesia aūt q̇ dn̄i
uoce supra petrā fundata ē: quā ītroduxit
rex i cubiculū suū: ⁊ ad quā p foramē descē
siōis occulte misit manū suā simil' damule
hinuloq̧ ceruoꝝ q̄ttuor volumia padisi in
star eructans q̄ttuor ⁊ āgulos ⁊ ānulos h₃
p q̊s q̄si archa testamēti ⁊ custos legis dn̄i
lignis mobilib᷒ vehit. Prim᷒ oīu₃ matthe᷒
est publicanus cognomīto leui: q̇ euāgeliū i
iudea hebreo s̄moē edidit: ob eoꝝ ul' maxi
me cām q̇ in iesum crediderant ex iudeis: ⁊
neq̄q̄ꝫ legis vmbra secedēte euāgelii verita
tem s̄uabāt. Secūdus marc᷒ ītpres apl'i pe
tri ⁊ alexandrie ecclesie prim᷒ ep̄us: q̇ do
minū q̇dē saluatorē ipse nō uidit: sed ea q̄
audierat mḡm p̄dicātē iuxta fidē mag̃ ge
stoꝝ narrauit q̄ꝫ ordinē. Terti᷒ lucas medi
cus natiōe syr᷒ ātiochēsis: cui᷒ laus i euāge
lio: q̇ ⁊ ip̄e discipulus apl'i pauli i achaie bi
thinieq̧ ptib᷒ volumē cōdidit: q̇dā alti᷒ re
petēs: ⁊ ut ip̄e i procmio ꝯfitet̃ audita mag̃
q̄ꝫ uisa describēs. Ultimus ioannes apl'us
euāgelista quē iesus amauit plurimū: q̇ s̄
pect᷒ dn̄i recūbēs purissima doctrinaꝝ flu
enta potauit: ⁊ q̇ sol᷒ ꝺ cruce meruit audir̄:
Ecce mater tua. Is cum esset in asia: ⁊ iam
tunc hereticorū semina pullularēt cherithi
ebionis ⁊ ceteroꝝ qui negant christū i carne
venisse: quos ⁊ ipse i epl'a sua antichristos
vocat: ⁊ apl'us paulus frequent̃ percutit:
coactus est ab oībus pene tunc asie ep̄is et
multarū ecclesiaꝝ legationibus de diuini
tate saluatoris altius scribere: et ad ip̄m ut
ita dicā dei verbū non tā audaci q̄ꝫ felici te
meritate ꝓrumpe: vt ecclesiastica narrat hi
storia: cum a f̄rib᷒ cogeret̃ ut scriberet: ita
factuꝝ se r̄ndisse si īdicto ieiunio i cōe oēs
deū deprecarēt. Quo expleto reuelatiōe sa
turatus in illud ꝓemiū celo veniens eructa
uit: In p̄ncipio erat v̄bū: ⁊ v̄buz erat apud
deū: ⁊ deus erat uerbū. hoc erat i principio
apud deū. Hec igit̃ quattuor euāgelia mul
to an̄ p̄dicta ezechielis q̊z volumē ꝓbat: i q̊
prima visio ita ꝯtexit̃: Et i medio sil'itudo
quattuor aīaliū ⁊ vult᷒ eoꝝ facies hōis ⁊
facies leonis ⁊ facies uituli ⁊ facies aq̇le.
Prīa hōis facies mattheū significat: q̇ q̄si
de hōie exorsus ē scribē: Liber generatiōis
iesu xp̄i filij dauid filij abraā. Secūda mar
cū: in q̊ uox leonis in heremo rugiētis au
dit̃: Uox clamātꝭ i deꝫto: parate uiā dn̄i: re
ctas facite semitas ei᷒. Tertia uituli: q̇ euā
gelistā lucā a zacharia sacerdote sumpsisse
initiū p̄figurat. Quarta ioānē euāgelistā: q̇
assūptis pēnis aq̇le ⁊ ad altiora festinās: ꝺ
verbo dei disputat. Cetera q̄ sequūt̃ in eun
dē₃ sensū ꝓficiūt. Crura eoꝝ recta ⁊ pēnati
pedes: ⁊ quocūq̧ sp̄us ibat: ibāt: ⁊ nō rev
tebāt: ⁊ dorsa eoꝝ plena oculis: ⁊ scintille
has lāpades in medio discurrētes: ⁊ rota i
rotā: ⁊ in singulis q̄ttuor facies. Un̄ ⁊ apo
calypsis ioānis p᷒ expositionē uigītiq̄ttuor
seniorū₃ qui tenentes citharas ⁊ phialas
adorātes agnū dei: introducit fulgura atq̧
tonitrua: ⁊ septē sp̄us discurrentes ⁊ mare
vitreū: ⁊ q̄ttuor aīalia plena oculis dicens:
Aīal p̄mu₃ sil'e leoni ⁊ s̄m sil'e uitulo ⁊ t̄tiū
sil'e homini ⁊ quartū sil'e aq̇le volāti. Et p᷒
paululū: Plena inq̇t erāt oculis: ⁊ req̇e₃ n̄
habebāt die ac nocte dicētia: Sāct᷒ sanct᷒
sanctus dn̄s de᷒ omnipotēs: q̇ erat ⁊ q̇ ē ⁊
q̇ ventur᷒ ē. Quibus cūctis p̄spicue ōndit̃
quattuor debere tm̄ euāgelia suscipi: ⁊ oēs
apocryphoꝝ nenias mortuis magis here
ticis q̄ꝫ ecclesiasticis viuis canendas.

Sequit̃ prologus in Mattheū.

MAttheꝰ cū primo p̄dicasset euāgeliū in iudea: volens transire ad gentes: primꝰ euangelium scripsit hebraice: quod fratribus a quibus ibat ad memoriam reliquit. Sicut enim necesse fuit ad confirmationē fidei euangeliū predicare: sic et cōtra hereticos scribi. Cum autez plures euangeliū scripserint: quattuor tantum habent auctoritatis testimoniū: quia per quattuō mundi partes fidem nunciant trinitatis: et sunt quasi quattuor rote in quadriga dn̄i que uehit eum per predicationē euangelij: ꝛ genus humanū quadrifida morte p̄ēptū eorū erat predicatione uiuificanduz. vnde ꝛ aliorū euangelia deciderunt: nec recepta sunt: quia nolebant prefinitū numez cassari ꝑpter uirtutē sacramenti. Designāt etiā euāgeliste quattuō figuris: q̄ n̄ sūt deceptorie sed iocūdi mysterij sibi cōscie. Mattheus i hoīe itelligit: q̄a circa humanitatē xp̄i p̄ncipalit̄ imorat̄. Marcꝰ i leone: q̄a agit d̄ resurrectiōe. Lucas i uitulo: agens de sacerdotio. Joānes i aq̄la: scribēs sacramēta diuinitatꝭ. Xp̄us vō quē describūt hō fuit de uirgie natꝰ: uitulus in imolatione leo, in resurrectione: aq̄la i ascensiōe: vel in homie humanitas: in uitulo sacerdotiū: in leōe regnū: in aq̄la exp̄mit̄ diuinitatꝭ sacramētū.

Incipit argumētū i euāgeliū s̄m Mattheū.

MAtthēꝰ ex iudea sicut i ordine p̄mꝰ ponit̄: ita euāgeliū in iudea primꝰ scripsit: cuius uocatio ad dominū ex publicanis actibꝰ fuit: duoꝝ i generatiōe xp̄i p̄ncipia p̄sumēs: vniꝰ cuiꝰ p̄ma circūcisio i carne: alteriꝰ cuiꝰ s̄m cor electio fuit. ex utrisq; enim p̄ribus xp̄s. Sicq; q̄terdenario nūo triformit̄ posito: principiū a credendi fide i electiōis tēpus porrigēs: ꝛ ex electiōe usq; i trāsmigrationis diē dirigēs: atq; a trāsmigratiōis die usq; i xp̄m definiēs decursā aduentus dn̄i ōndit generationē ꝛ nūo satisfaciens ꝛ tp̄i: ut ꝛ se qd̄ esset ōndēt: ꝛ dei in se opꝰ mōstrās: etiā i his q̄ꝝ genꝰ posuit: xp̄i operātis a p̄ncipio testimoniū nō negaret. Quaꝝ oīuz reꝝ tēpꝰ ordo numerꝰ dispositio uł ratio: qd̄ fide necessariū ē: deꝰ xp̄s ē: qui factꝰ ex muliere factus sub lege: natꝰ ex virgīe passus i carne: oīa i cruce fixit: ut triumphās ea i semetipso resurgēs i corpore: ꝛ p̄ris nomē i p̄ribus filio: ꝛ filij nomen p̄ri restituēs i filijs. sine p̄ncipio sine fine: ostendens vnū se cū p̄re eē q: vnꝰ ē. In q̄ euangelio utile ē desiderantibꝰ deuz: sic prima uel media uel p̄fecta cognoscē: ut ꝛ uocationez ap̄l'i ꝛ opꝰ euāgelij ꝛ dilectionē dei in carne nascētis ꝑ uniuersa legētes itelligāt: atq; id in eo i q̄ apprehēsi sūt ꝛ apprehēdere appetunt recognoscāt. Nobis. n. hoc i studio argumēti fuit: ꝛ fidē facte rei tradere: et operātis dei intelligendā diligent̄ esse dispositionem querentibus non tacere.

Explicit argumētū. Incipit euangeliū secundū mattheū.

LIber generationis iesu christi filij dauid filij abraam. Abraam genuit isaac. Isaac autem genuit iacob. Jacob autem genuit iudam et fratres eiꝰ. Judas aūt genuit phares et zarā de thamar. Phares aūt genuit esrom. Esrom āt genuit aram. Aram āt genuit aminadab. Aminadab aūt genuit naason. Naason aūt gēuit salmon. Salmō at genuit booz de raab. Booz aūt genuit obeth ex ruth. Obeth āt genuit iesse. Jesse aūt genuit dauid regem. Dauid aūt rex genuit salomōē ex ea q̄ fuit urie. Salomon āt genuit roboam. Roboā aūt genuit abiam. Abia āt genuit asa. Asa aūt genuit iosaphat. Josaphat autē genuit ioraz. Joram aūt genuit oziam. Ozias aūt genuit ioathan. Joathan āt genuit achaz. Achaz aūt genuit ezechiā. Ezechias āt genuit manassen. Manasses āt genuit amō. Amon aūt genuit iosiā. Josias aūt genuit iechoniā ꝛ f̄res eiꝰ ī trāsmigratione babylonis. Et post trāsmigrationē babylōis iechonias genuit salathiel. Salathiel āt genuit zorobabel. Zorobabel āt gēuit abiud. Abiud aūt genuit eliachim. Eliachim aūt genuit azor. Azor āt genuit sadoch. Sadoch āt genuit achim. Achim āt genuit eliud. Eliud aūt genuit eleazar. Eleazar aūt genuit matthan. Matthan āt gēuit iacob. Jacob aūt genuit ioseph virū marie: de qua natꝰ

est iesus qui uocat christ⁹. Oēs itaq3 gene-
rationes ab abraā usq3 ad dauid generatio
nes quattuordeci: ⁊ a dauid usq3 ad trāsmi
grationē babylōis generatiōes q̄ttuordeci:
⁊ a trāsmigratione babylonis usq3 ad xp̄m
generatiōes quattuordeci. Xp̄i aūt genera-
tio sic erat. Cū esset desponsata mater iesu
maria ioseph: an̄q̄ cōuenirēt: inuēta ē i vte
tero habēs de sp̄u sancto. Joseph aūt uir
ei⁹ cū esset iust⁹: ⁊ nollet eā traducē: voluit
occl'te dimittē eā. Hec aūt eo cogitāte: ecce
angel⁹ dn̄i apparuit i somnis ioseph dicēs:
Joseph fili dauid noli timē accipe marīā
cōiugē tuā. Qđ.n. in ea natū ē: đ sp̄u sācto
est. Pariet aūt filiū: ⁊ vocabis nomē eius
iesum. Ipse.n. saluū faciet populū suum a
peccatis eoꝝ. Hoc aūt totum factū ē: ut ad
impleret qđ dictū ē a dn̄o ꝑ ꝓphetā dicētē:
Ecce uirgo i utero habebit ⁊ pariet filiū: ⁊
vocabit nomē ei⁹ emanuel: qđ ē interp̄tatū
nobiscū de⁹. Exurgēs aūt ioseph a somno
fecit sicut p̄cepit ei angel⁹ dn̄i: ⁊ accepit ꝯiu
gē suā: Et n̄ cognoscebat eā donec pepit fi-
liū suū p̄mogēitū: ⁊ vocauit nom̄ ei⁹ iesū. II

Cum nat⁹ esset iesus in bethleē iude i
dieb⁹ herodis regis: ecce magi ab oriē
te uenerunt hierosolymā dicentes: Ubi est
qui natus est rex iudeoꝝ? Uidimus enim
stellā eius i oriēte: ⁊ venimus adorare eū.
Audiēs aūt herodes rex turbatus ē: ⁊ ōis
hierosolyma cū illo. Et cōgregās oēs p̄nci-
pes sacerdotū ⁊ scribas ppl'i: sciscitabat ab
eis ubi xp̄us nasceret. At illi dixerūt ei: In
bethleem iude. Sic.n. scriptū ē ꝑ ꝓphetā.
Et tu bethleem t̄ra iuda nequaq̄ minima
es in p̄ncipib⁹ iuda. Ex te.n. exiet dux q̄ re-
gat ppl'm meū isr̄l. Tūc herodes clā uoca-
tis magis diligēt didicit ab eis tēpus stelle
q̄ apparuit eis: ⁊ mittēs illos in bethleē di
xit: Ite ⁊ īnt̄rogate diligent̄ de puero: ⁊ cū
īueneritis renūciate mihi: ut ⁊ ego ueniens
adorē eū. Qui cū audissent regē abierūt. Et
ecce stella quā uiderāt i oriente: an̄tecedebat
eos usq3dū ueniēs staret supra ubi erat pu
er. Uidētes āt stellā: gauisi sūt gaudio ma-
gno ualde: Et īt̄rātes domū īuenerūt puerū
cū maria m̄re ei⁹: ⁊ p̄cidētes adorauerūt eū:
⁊ ap̄tis thesauris suis obtulerūt ei mūera auꝝ
thus ⁊ myrrhā. Et responso accepto i som
nis ne redirēt ad herodē: ꝑ aliā viā reuersi
sunt i regionē suā. Qui cū recessissēt: ecce
angelus dn̄i apparuit in somnis ioseph di-
cens: Surge ⁊ accipe puerū ⁊ matrē eius ⁊
fuge in egyptū: ⁊ esto ibi usq3dū dicā tibi.
Futurū ē.n. ut herodes querat puerum ad
ꝑdendū eū. Qui cōsurgēs accepit puerū ⁊
matrē ei⁹ nocte ⁊ secessit in egyptū: Et erat
ibi usq3 ad obitū herodis: ut adimpleretur
qđ dictū ē a dn̄o ꝑ ꝓphetā dicētē: Ex egyp-
to uocaui filiū meū. Tūc herodes uidens
qm̄ illusus esset a mag̃: irat⁹ ē ualde: ⁊ mit
tēs occidit oēs pueros q̄ erāt i bethleē ⁊ in
oibus finib⁹ ei⁹ a bimatu ⁊ infra: s̄m tp̄us
qđ exq̄sierat a magis. Tūc adimpletū ē qđ
dictū ē ꝑ hieremiam ꝓphetā dicentē: Uox
in rama audita ē: ploratus ⁊ vlulatus mul
tus: rachel plorans filios suos: ⁊ noluit cō
solari q̄a nō sūt. Defuncto aūt herode: ecce
angel⁹ dn̄i apparuit i somnis ioseph i egyp
to dicēs: Surge ⁊ accipe puerū et matrē ei⁹
⁊ uade i terrā isr̄l. Defūcti sūt eī q̄ q̄rebāt
aīā pueri. Qui cōsurgēs accepit puerū ⁊
matrē ei⁹: et uenit i terrā isr̄l. Audiens aūt
q̄ archelaus regnaret i iudea ꝑ herode p̄re
suo: timuit illo ire: ⁊ āmonitus i somnis se
cessit i partes galilee: Et ueniens habitauit
in ciuitate q̄ uocatur nazareth: ut adimple
ret qđ dictū est ꝑ prophetas: qm̄ nazaren⁹
uocabitur. III.

In dieb⁹ aūt illis uenit ioannes bapti
tista predicās in deſ̄to iudee: ⁊ dicēs:
Penitentiā agite. Appropinq̄bit.n. regnū
celoꝝ. Hic ē.n. de q̄ dictū ē ꝑ ysaiā ꝓphetā
dicentē: Uox clamātis i deſ̄to: parate uiam
dn̄i: rectas facite semitas ei⁹. Ipse aūt ioan
nes habebat uestimētū de pilis cameloꝝ ⁊
zonam pelliceā circa lūbos suos: Esca aūt
ei⁹ erat locusta ⁊ mel siluestre. Tūc exibat
ad eū hierosolyma ⁊ ōis iudea ⁊ ōis regio
circa iordanē: ⁊ baptizabāt ab eo i iordane
ꝯfitētes peccata sua. Uidēs āt m̄ltos pha-
riseoꝝ ⁊ saduceoꝝ ueniētes ad baptismū
suū: dixit eis: Progenies uiperaꝝ q̄s dēmō-
strabit vob̄ fugē a uētura ira? Facite ẽgo fru
ctū dignū pn̄ie. Et ne uelitis dicē ītra uos: pa
trē habem⁹ abraā. Dico.n. uob̄: qm̄ potēs
ē de⁹ de lapidib⁹ istis suscitare filios abrae.
Iā.n. securis ad radicē arboꝝ posita ē. Oīs
ergo arbor q̄ n̄ facit fructū bonū excidet: ⁊
in ignē mittet. Ego q̄dē baptizo uos i aq̄ in
pn̄iam: q̄ aūt p⁹ me uētur⁹ ē: fortior me est:
cui⁹ nō sū dign⁹ calciamenta portare. Ipse
uos baptizabit i sp̄u scō ⁊ igni. Cui⁹ uentila-
brū in manu sua: ⁊ p̄mūdabit areā suā: et

cõgregabit triticũ ĩ horreũ suũ: paleas autẽ
cõburet igni inextiguibili. Tũc uenit iesus
a galilea ĩ iordanẽ ad ioãnẽ ut baptizaret
ab eo. Joãnes aũt ꝓhibebat eũ dicẽs: Ego
a te debeo baptizari: ⁊ tu uenis ad me? Re-
spondẽs aũt iesus dixit ei: Sine mõ. Sic
eñ decet nos implere omnẽ iustitiã. Tunc
dimisit eũ. Baptizatus aũt iesus confestim
ascẽdit de aqua. Et ecce aperti sũt ei celi: et
uidit spm dei descendentẽ sicut colũbam ⁊
uenientem super se. Et ecce uox de celis di-
cens: Hic est filius meus dilectus ĩ quo mi
hi cõplacui.

.IIII.

Tunc iesus ductus est ĩ desertũ a spu
ut tẽtaret a diabolo: ⁊ cum ieiunasset
quadragita dieb⁹ ⁊ quadragita noctib⁹ po
stea esuriit. Et accedens tẽtator dixit ei: Si
filius dei es: dic ut lapides isti panes fiant.
Qui rñdens dixit: Scriptũ ẽ: Nõ ĩ solo pa
ne uiuit hõ: sed ĩ omni v̓bo qd̉ ꝓcedit d̉ ore
dei. Tũc assũpsit eũ diabol⁹ ĩ sãctã ciuitatẽ
⁊ statuit eũ supra pĩnaculũ tẽpli: ⁊ dixit ei:
Si fili⁹ dei es mitte te deorsũ. Scriptũ ẽ.n.
q̃a angelis suis mandauit de te: ⁊ ĩ manib⁹
tollẽt te: ne forte offendas ad lapidẽ pedem
tuũ. Ait illi iesus rursũ: Scriptũ ẽ: Nõ ten
tabis dñm deũ tuũ. Iterũ assũpsit eũ diabo
lus ĩ montẽ excelsũ ualde: ⁊ ondit ei oĩa re-
gna mũdi ⁊ gloriã eoꝝ: et dixit ei: Hec oĩa
tibi dabo si cadens adoraueris me. Tũc di
cit ei iesus: Uade sathana. Scriptũ est eñ:
Dñm deũ tuũ adorab̓ et illi soli ſuies. Tũc
reliq̃t eũ diabol⁹: ⁊ ecce angeli accesserũt et
mĩstrabãt ei. Cũ aũt audisset iesus q̓ ioan-
nes tradit⁹ esset: secessit in galileã: ⁊ relicta
ciuitate nazareth: vẽit ⁊ habitauit ĩ ciuita-
te capharnaũ maritima ĩ finib⁹ zabulon ⁊
neptalim: ut adimpleret qd̉ dictũ ẽ ꝑ isaiã
ꝓphetã: Terra zabulõ ⁊ t̃ra neptali uia ma
ris trãsiordanẽ galilee gẽtiũ: ppl̓s q̃ ãbula
bat ĩ tenebris uidit lucẽ magnã: ⁊ sedẽtib⁹ ĩ
regiõe umbre mort̃ lux orta ẽ eis. Exĩde ce
pit iesus p̃dicaꝛ̃ ⁊ dicẽ: Pñiã agite. Appro
pinq̃bit.n. regnũ celoꝝ. Ambulãs ãt iesus
iuxta mare galilee uidit duos fratres simo
nẽ q̃ uocat petr⁹: et andreã fratrẽ ei⁹ mittẽ-
tes rete ĩ mare. Erãt.n. piscatores: Et ait il
lis: uẽite p⁹ me ⁊ faciã uos fieri piscatores
hoĩuꝫ. At illi ꝯtiuo relict̃ retib⁹ secuti sunt
eũ: Et ꝓcedẽs ĩde uidit alios duos f̃res: ia
cobũ zebedi ⁊ ioãnẽ f̃reꝫ ei⁹ ĩ naui cũ zebedo
p̃re eoꝝ reficiẽtes retia sua: ⁊ uocauit eos.
Illi aũt statim relict̃ retib⁹ ⁊ p̃re secuti sunt
eũ. Et circuibat iesus totã galileã docẽs ĩ sy
nagogis eoꝝ ⁊ p̃dicãs euãgeliũ regni: ⁊ sa-
nãs omnẽ lãguorẽ ⁊ oẽꝫ ĩfirmitatẽ ĩ ppl̓o.
Et abiit opinio ei⁹ ĩ totã syriã: ⁊ obtulerũt
ei oẽs male hñtes varijs languorib⁹ et tor
mentis cõprehensos: ⁊ qui demonia habe-
bant ⁊ lunaticos ⁊ paralyticos: ⁊ curauit
eos. Et secute sunt eum turbe multe de gali
lea ⁊ de capoli ⁊ d̉ hierosolymis ⁊ d̉ iudea
⁊ de transiordanẽ.

.V.

Uidens aũt iesus turbas ascẽdit ĩ mõ-
tẽ: ⁊ cũ sedisset accesserũt ad eũ disci
pl̓i ei⁹: ⁊ aperiẽs os suũ docebat eos dicẽs:
Beati pauperes spu: qm̃ ipsoꝝ est regnum
celorũ. Beati mites: qm̃ ipsi possiđbũt t̃rã.
Beati q̃ lugẽt: qm̃ ipsi cõsolabunt. Beati q̃
esuriũt et sitiũt iustitiã: qm̃ ipsi saturabũt.
Beati misericordes: qm̃ ipi mĩĩcordiã ꝯse
q̃nt. Beati mũdo cõde: qm̃ ipi deũ uiđbũt.
Beati pacifici: qm̃ filij dei uocabunt. Beati
q̃ ꝑsecutionẽ patiũt ꝓpt̃ iustitiã: qm̃ ipoꝝ ẽ
regnũ celoꝝ. Beati estĩ cũ maledixerit uob̃
hoĩes et ꝑsecuti uos fuerit et dixerit oẽ ma
lũ adv̓sũ uos mentiẽtes ꝓpt̃ me. Gaudete
⁊ exultate: qm̃ merces v̄ra copiosa ẽ ĩ celis.
Sic.n. ꝑsecuti sũt ꝓphetas q̃ fuert̃ añ uos.
Uos estĩ sal t̃re. Qd̉ si sal euanuerit: ĩ q̃ sa-
lietꝛ̃? Ad nihilũ ualet ultra: nisi ut mittat fo
ras et ꝯculcet ab hoĩb⁹. Uos estĩ lux mũdi.
Nõ põt ciuitas abscõdi supra montẽ posi-
ta: neq3 accẽdũt lucernã ⁊ ponũt eã sub mo
dio: sed supra candelabrũ: ut luceat oĩb⁹ q̃
ĩ domo st̃. Sic luceat lux v̄ra corã hoĩb⁹ ut
uideãt opa v̄ra bõa: et glorificẽt p̃reꝫ v̄rũ q̃
ĩ cel̓ ẽ. Nolite putare qm̃ ueni soluere legẽ
aut prophetas: Non ueni soluere sed adim
plere. Amen quippe dico uobis: donec trã
seat celum et terra: iota unum aut apex
unus nõ preteribit a lege donec oĩa fiant.
Qui ergo soluerit unũ de mãdat̃ istis mi-
nimis et docuerit sic homines: minimus
uocabit ĩ regno celoꝝ: q̃ aũt fecerit et docu
erit: hic magn⁹ uocabit ĩ regno celoꝝ. Dico
ãt vob̃: q̃a nisi abũdavit iustitia v̄ra plusq̃
scribaꝝ et phariseoꝝ: nõ intrabitĩ ĩ regnũ
celorum. Audistis quia dictum est antiq̃s:
non occides: qui autem occiderit: reus erit
iudicio. Ego ãt dico vob̃: q2 oĩs q̃ irascit f̃ri
suo: re⁹ erit iudicio. Qui ãt dixerit f̃ri suo
racha: re⁹ erit ꝯcilio. Qui ãt dixerit fatue:
re⁹ erit gehẽne ignis. Si ergo offers mun⁹

tuū ad altare ⁊ ibi recordatꝰ fueris: q̃a frat
tuꝰ hꝫ aliq̃d aduersū te: relinq̃ ibi munus
tuū añ altare: ⁊ uade pˀus recōciliari fr̃i tuo
⁊ tūc ueniēs offeres munꝰ tuū. Esto ꝯsētiēs
aduersario tuo cito dū es ĩ uia cū eo: ne for
te tradat te aduersariꝰ iudici: ⁊ iudex tradat
te mĩstro: ⁊ ĩ carcerē mittaris. Amen dico
tibi: nō exies inde donec reddas nouissĩū
quadrantē. Audistis q̃a dictū ē antiq̃s: nō
mechaberis. Ego aũt dico uobis: q̃a oĩs q̃ vi
derit mulierē ad ꝯcupiscēdū eā: iā mechatꝰ
est eã in corde suo. Qȝ si oculus tuꝰ dexter
scãdalizat te: erue eum ⁊ ꝓice abs te. Expe
dit.n. tibi ut pereat unū mēbroꝝ tuoꝝ: q̃
totū corpꝰ tuū mittat ĩ gehēnā ignis. Et si
dextera manꝰ tua scãdalizat te: abscide eã
⁊ ꝓice abs te. Expedit.n. tibi ut pereat unū
mēbroꝝ tuoꝝ: q̃ totū corpꝰ tuū eat ĩ gehē
nā. Dictū ē aũt: q̃cūq̃ dimiserit uxorē suā: det
ei libellū repudij. Ego aũt dico uob: q2 oĩs q̃
dimiserit uxorē suā excepta fornicatiōis cau
sa: facit eā mecchari: ⁊ q̃ dimissam duxerit
adulterat. Iterũ audistis q̃a dictū ē ãtiq̃s: nō
ꝑiurabis: reddes aũt dño iuramenta tua.
Ego aũt dico uob: ñ iurare oĩo: neq̃ ꝑ celū
q̃a thronus dei ē: neq̃ ꝑ t̃rã q̃a scabellū ē
pedū eiꝰ: neq̃ ꝑ hierosolymã q̃a ciuitas est
magni regis: neq̃ ꝑ caput tuū iuraueris: q̃a
nō potes unū capillū albū facẽ aut nigrũ.
Sit aũt s̃mo v̄r: est est: nō nō: qđ aũt his abū
dantiꝰ ē a malo ē. Audistis q̃a dictū ē: ocu
lū ꝓ oculo: dentē ꝓ dente. Ego aũt dico uo
bis nō resistẽ malo: sed siq̃s te ꝑcusserit in
dexterã maxillã tuã: p̃be illi ⁊ alterã: ⁊ ei q̃
vult tecū ĩ iudicio ꝯtēdere ⁊ tunicã tuã tol
lere: dimitte ei ⁊ palliū: ⁊ q̃cūq̃ te angaria
uerit mille passus: vade cū illo et alia duo.
Qui aũt petit a te: da ei: ⁊ volēti mutuare
a te ne auertaris. Audistis q̃a dictū ē: diliges
ꝓximū tuū: ⁊ odio habebis ĩimicū tuū. Ego
aũt dico uobis: diligite inimicos v̄ros: bñ
facite his q̃ oderūt uos: ⁊ orate ꝓ ꝑsequēti
bus ⁊ calūniãtibꝰ uos: ut sitis filij p̄ris v̄ri
q̃ in celis ē: q̃ solē suū oriri facit sup bonos
⁊ malos: ⁊ pluit sup iustos ⁊ iniustos. Si
eñ diligitis eos q̃ uos diligūt: quã mercedē
habebitis? Nōne et publicani hoc faciunt?
Et si salutaueritis fratres uestros tm̃: quid
ampliꝰ facitis? Nōne et ethnici hoc faciūt?
Estote ergo uos perfecti sicut et pater u̅r ce
lestis perfectus est.

¶ .VI.

Attendite ne iusticiã vestrã faciatis co
rã hominibꝰ ut uideamini ab eis:
alioq̃n mercedē nō habebitis apud patrẽ
v̄rm q̃ in celis ē. Cū ergo facis elemosynã
noli tuba canẽ añ te sic̃ hypocrite faciūt ĩ sy
nagogis et ĩ uicis ut honorificēt ab hoĩbꝰ.
Amē dico uobis recepūt mercedē suã. Te
aũt faciēte elemosynã nesciat sinistra tua q̃d
faciat dext̃a tua: ut sit elemosyna tua in ab
scōdito: ⁊ p̄r tuꝰ q̃ uidet ĩ abscōdito reddet
tibi. Et cū oratis: ñ eritis sic̃ hypocrite q̃ amãt
in synagogis et ĩ ãgulꝰ plateaꝝ stãtes orare:
ut uideãt ab hoĩbꝰ. Amē dico uobis recepūt
mercedē suã. Tu aũt cū oraueris: itra in cubi
culū tuū: et clauso ostio ora p̄rẽ tuū in ab
scōdito: et p̄r tuꝰ q̃ uidet ĩ abscōdito reddet
tibi. Orãtes aũt nolite multū loq̃: sic̃ ethnici
faciūt. Putãt.n. q̃ ĩ multiloq̃o suo exaudi
ãt: Nolite ergo assimilari eis. Scit.n. p̄r v̄r
q̃d opꝰ sit uob añq̃ petatis eū. Sic ergo uos
orabitis: P̄r n̄r q̃ es ĩ celis: scĩficet nomē tuū.
Aduēiat regnū tuū: Fiat uolūtas tua: sicut
in celo et ĩ t̃ra. Panē n̄rm supsubstãtialem
da nobis hodie: Et dimitte nob debita n̄ra
sic̃ et nos dimittimꝰ debitoribꝰ n̄ris: Et ne
nos iducas ĩ tētationē: sed lib̃a nos a malo
amē. Si.n. dimiseritis hoĩbꝰ pc̄ca eoꝝ: dimit
tet et uob p̄r v̄r celestis delicta u̅ra. Si aũt ñ di
miseritis hoĩbꝰ: nec p̄r v̄r dimittet uob pc̄ca
v̄ra. Cū aũt ieiunatis nolite fieri sic̃ hypocrite
tristes. Exterminãt.n. facies suas: ut pareãt
hoĩbꝰ ieiunãtes. Amē dico uob q2 recepūt
mẽcedē suã. Tu aũt cū ieiunas ũge caput tu
ũ et faciē tuã laua: ne uidearis hoĩbꝰ ieiunãs
sed p̄ri tuo qui ē in abscōso: et p̄r tuꝰ qui vi
det in abscōso reddet tibi. Nolite thesauri
zare uob thesauros ĩ terra ubi erugo et ti
nea demolit̃: et vbi fures effodiūt et furãt.
Thesaurizate aũt uob thesauros ĩ celo: vbi
nec erugo nec tinea demolit̃: et vbi fures ñ
effodiūt nec furant̃. Ubi ē thesaurꝰ tuꝰ: ibi
est et cor tuū. Lucerna corporis tui ē oculꝰ
tuus. Si oculus tuus fuerit simplex: totũ
corpus tuū lucidū erit. Si aũt oculus tuꝰ
fuerit neq̃: totū corpus tuū tenebrosū erit.
Si ergo lumen qđ in te est tenebre sūt: ipse
tenebre quante erunt? Nemo potest duobꝰ
dñis seruire. Aut enim unũ odio habebit
et alterum diliget: aut unum sustinebit et
alterum contemnet. Non potestis deo ser
uire et mammone. Ideo dico uobis: ne sol
liciti sitis anime uestre quid manducetis

neq̄ cōpori vr̄o qd̄ iduami. Nōne aīa pl⁹ ē q̄ esca: ⁊ corp⁹ plus q̄ uestimētū? Respicite volatilia celi q̄ nō serūt neq̄ metūt neq̄ cōgregāt in horrea: ⁊ pr̄ vr̄ celestis pascit illa. Nōne uos mag̃ plur̃ estis illis? Quis aūt vr̄m cogitās pōt adijcē ad staturā suā cubitū unū? Et de uestimētis qd̄ solliciti estis? Cōsiderate lilia agri quō crescūt: Nō laborāt neq̄ nent. Dico āt vob̃: qm̄ nec salomō in oī glīa sua coopt⁹ ē sic unū ex istis. Si.n. fenū agri qd̄ hodie ē ⁊ cras ī clibanū mittit̃ de⁹ sic uestit: quāto mag̃ uos modice fidei? Nolite ergo solliciti eē dicētes qd̄ mānducabim⁹: aut qd̄ bibem⁹: aut q̄ opiēur. Hec.n. oīa gētes inq̄rūt. Scit.n. pr̄ vr̄ q̄ his oībus indiget̃. Querite ergo ꝑmū regnū dei ⁊ iustitiā ei⁹: ⁊ hec oīa adijciēt̃ vob̃. Nolite ergo solliciti eē ī crastinū. Crastin⁹.n. dies sollicit⁹ ērit sibi ipi. Sufficit diei malicia sua. VII.

Amice: quõ huc itrasti nõ hñs uestẽ nupti-
lẽ? At ille obmutuit. Tũc dixit rex mĩstris:
Ligatis manibꝰ ⁊ pedibꝰ eiꝰ mittite eũ i tene
bras exteriores: ibi erit fletꝰ ⁊ stridor dẽtiũ.
Multi ãt sũt uocati: pauci vo electi. Tunc
abeũtes pharisei ꝯsiliũ inierũt ut capẽt eũ
in ſmone. Et mittũt ei discipulos suos cuz
herodianis dicẽtes: Magister scimꝰ q̃a ue
rax es ⁊ uiã dei i ueritate doces: et nõ ẽ tibi
cura de aliq̃. Nõ. n. respicis ꝑsonã hoium.
Dic ergo nob̃ quid tibi uidet̃. Licet censuz
dari cesari aut nõ? Cognita ãt iesus neq̃tia

eoꝝ ait: Quid me tētatis hypocrite? Osten-
dite mihi nūmisma cēsus. At illi obtulerūt
ei denariū. Et ait illis iesus: Cuius ē imago
hec ⁊ supscriptio? Dīt ei: Cesaris. Tūc ait
illis: Reddite ergo q̄ sūt cesaris cesari: ⁊ q̄ sūt
dei deo. Et audiētes mirati sūt: ⁊ relicto eo
abierūt. In illo die accesserūt ad eū seducei:
q̄ dicūt nō eē resurrectionē: ⁊ itrogauerūt eū
dicētes: Magist: moyses dixit: siq̄s mortuus
fuerit nō habēs filiū: ut ducat frater eius uxorē il-
lius: ⁊ suscitet semē fratri suo. Erāt autē apud
nos septē fr̄es: et primus uxore ducta defunctus
est: et nō hn̄s semē reliquit vxorē suā fratri suo.
Similiter secūdus et tertius usq̄ ad septimū. Nouis-
sime aūt oīuz et mulier defūcta ē. In resur-
rectiōe ergo cuius erit de septē vxor? Oēs.n.
habuerūt eā. Rn̄dens aūt iesus ait illis: Er-
ratis nesciētes scripturas neq̄ uirtutē dei.
In resurrectiōe.n. neq̄ nubēt neq̄ nubēt:
sed erūt sicut āgeli dei i celo. De resurrecti-
one aūt mortuoꝝ nō legistis qd̄ dictū ē a deo
dicēte vobis: ego sū deus abraaz et deus isaac et
deus iacob? Nō ē deus mortuoꝝ: sed uiuētiū.
Et audiētes turbe mirabātur i doctrina eius. Pha
risei aūt audiētes q̄ silētiū iposuisset sedu-
ceis: ꝯuenerūt i vnū: ⁊ itrogauit eū vnus ex eis
legis doctor tētans eū: Magist: qd̄ ē māda
tū magnū i lege? Ait illi iesus: Diliges dn̄m
deū tuū ex toto corde tuo: ⁊ i tota aīa tua ⁊
in tota mēte tua. Hoc ē maximū ⁊ primū mā
datū. Secūdū aūt ē simile huic: Diliges proxiuz
tuū sicut teipm̄. In his duobus mādatis vni-
uersa lex pēdet ⁊ pphete. Cōgregatis āt pha
riseis introgauit eos iesus dicēs: Quid vo
bis videt de xpo: cuius filius ē? Dicūt ei: David.
Ait illis: Quō ergo dauid i spū uocat euz
dn̄m dicēs: Dixit dn̄s dn̄o meo sede a dex-
tris meis: donec ponā inimicos tuos sca-
bellū pedū tuoꝝ? Si ergo dauid vocat euz
dn̄m: quō filius eius ē? Et nemo poterat ei re
spondere uerbū: neq̄ ausus fuit q̄sq̄ ex illa
die eū amplius interrogare. C.XXIII.

Tunc iesus locutus est ad turbas ⁊ ad
discipulos suos dicens: Super cathe
dram moysi sederūt scribe ⁊ pharisei. Oia
ergo quecūq̄ dixerint vobis: seruate ⁊ faci
te: secundū opera vero eoꝝ nolite facē. Dicūt
eīz ⁊ nō faciūt. Alligāt aūt onera grauia et
importabilia: ⁊ iponūt i hūeros hoīuz: di-
gito aūt suo nolūt ea mouere. Oia vero opa
sua faciūt ut uideāt ab hoīb9. Dilatant eīz
phylateria sua: ⁊ magnificāt fibrias. Amāt
āt primos recubitus in cenis: ⁊ primas cathe-
dras i synagogis: ⁊ salutatiōes i foro: ⁊ vo-
cari ab hoīb9 rabbi. Vos aūt nolite uocari
rabbi. Unus ē eīz magist vr: oēs aūt uos fr̄es
estis. Et patrē nolite uocare uobis sup terrā:
vnus ē.n. pater vr q̄ i celis ē. Nec uocemini ma-
gistri: q2 magist vr unus ē xp̄s. Qui maior ē
vrm: erit minister vr. Qui āt se exaltauerit:
hūiliabit: ⁊ q̄ se hūiliauerit exaltabit. Ue
aūt vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite: q̄ clau
ditis regnū celoꝝ an̄ hoīes. Vos.n. nō itratis
nec introeūtes sinitis itrare. Ue uobis scribe ⁊
pharisei hypocrite: q̄ comeditis domos ui-
duaꝝ: orōnes lōgas orātes: ppt hoc āplius
accipietis iudiciū. Ue uobis scribe ⁊ pharisei
hypocrite: q̄ circuitis mare ⁊ aridā: ut faci
atis unū pselitū: ⁊ cū fuerit factus: facietis eū
filiū gehēne duplo q̄ uos. Ue uobis duces
ceci: q̄ dicitis q̄cūq̄ iurauerit p tēplū nihil ē:
q̄ āt iurauerit i auro tēpli debitor ē. Stulti
⁊ ceci q̄d eīz maius ē auꝝ: an tēplū qd̄ sc̄ificat
auꝝ? Et q̄cūq̄ iurauerit i altari nihil ē: q̄-
cūq̄ āt iurauerit i dono qd̄ ē sup illud: dz.
Ceci q̄d eīz maius ē: donū: an altare qd̄ san-
ctificat donū? Qui ergo iurat i altari: iurat
in eo ⁊ i oīb9 q̄ sup illud sūt. Et q̄cūq̄ iura
uerit i tēplo: iurat i illo ⁊ i eo q̄ habitat in
ipo. Et q̄ iurat i celo: iurat i throno dei ⁊ in
eo q̄ sedet sr eū. Ue uobis scribe ⁊ pharisei
hypocrite: q̄ decimatis mētā ⁊ anethū ⁊ cy-
minū ⁊ reliq̄stis q̄ grauiora sūt legis iudiciū ⁊
misericordiā ⁊ fidē. Hec oportuit facē ⁊ il-
la nō omittē. Duces ceci excolētes culicē: ca
melū āt glutiētes. Ue vobis scribe ⁊ phari-
sei hypocrite: q̄ mūdatis qd̄ deforis ē calicis
⁊ parassidis: intus aūt pleni estis rapina ⁊ imū
ditia. Pharisee cece: mūda prius qd̄ intus ē
calicis ⁊ parassidis: ut fiat ⁊ id qd̄ deforis ē
mundū. Ue uobis scribe ⁊ pharisei hypo-
crite: quia similes estis sepulchris dealbatis: q̄
a foris parent hoībus speciosa: intus uero
plena sunt ossibus mortuoꝝ ⁊ omni spur-
citia. Sic ⁊ uos a foris q̄dē paretis hoībus
iusti: intus aūt pleni estis hypocrisi ⁊ iniq̄ta
te. Ue uobis scribe ⁊ pharisei hypocrite: q̄
edificatis sepulchra pphetaꝝ ⁊ ornatis mo-
numenta iustoꝝ: ⁊ dicitis: Si fuissemus in
diebus patrū nostroꝝ: non essemus socij eoꝝ
in sanguine pphetaꝝ. Itaq̄ testimonio estis
vobismetipsis: q̄a filij estis eoꝝ q̄ pphetas
occiderūt. Et uos iplete mensurā patrum
vroꝝ. Serpētes genimina uiperaꝝ quō fu
gietis a iudicio gehēne? Ideo dico uobis:
Ecce ego mitto ad uos pphetas ⁊ sapiētes

⁊ scribas: ⁊ ex illis occidetis ⁊ crucifigetis ⁊
ex eis flagellabitis in synagogis uřis ⁊ pse-
quimini de ciuitate in ciuitatē ut ueniat sup
uos omnis sāguis iust' q effusus ē sup ter-
ram a sanguine abel iusti: usq3 ad sanguinē
zacharie filij barachie: quē occidistis int tē
plū ⁊ altare. Amē dico uobis: venient hec
omnia sup generationē istā. Hierusalē hie-
rusalem: que occidis prophetas ⁊ lapidas
eos qui ad te missi sunt: quotiens uolui cō
gregare filios tuos: queādmodum gallina
cōgregat pullos suos sub alas: et noluisti.
Ecce relinquetur vobis domus vestra de-
serta. Dico enim uobis non me uidebitis
amodo donec dicatis: Benedictus qui ve-
nit in nomine domini. ¶.XXIIII.

Et egressus iesus de templo ibat. Et
accesserunt discipuli eius ut ostende-
rent ei edificationes templi. Ipse autem re
spondens dixit illis: Uidetis hec omnia?
Amē dico vobis: ñ relinquet hic lapis sup
lapidē qui nō destruat. Sedēte aūt eo sup
montē oliueti: accesserūt ad eū discipuli se-
creto dicentes: Dic nobis qñ hec erūt: ⁊ qd
signū aduent' tui ⁊ cōsumatiōis seculi? Et
rñdens iesus dixit eis: Uidete ne qs uos se
ducat. Multi.n. ueniēt i noie meo dicētes:
ego sū xps: ⁊ multos seducēt. Audituri.n.
estis prelia ⁊ opiniōes pliorū: videte ne tur
bemini. Oportet eñ hec fieri: sed nōdū ē fi
nis. Cōsurget eñ gens in gentē: ⁊ regnū in
regnū: ⁊ erūt pestilētie ⁊ fames ⁊ terremot'
p loca. Hec aūt omnia initia sunt dolorū.
Tūc tradent vos in tribulationē ⁊ occidēt
uos: ⁊ eritis odio oibus gētibus ppt nomē
meū. Et tūc scandalizabunt multi: ⁊ inuicē
tradent ⁊ odio habebunt inuicem: ⁊ multi
pseudo pphete surgent ⁊ seducent multos
⁊ qm abūdabit iniqtas refrigescet caritas
multorū. Qui aūt pseuerauerit usq3 i finē:
hic saluus erit. Et pdicabit hoc euangeliū
regni in vniuso orbe in testimoniū oibus
gētib': ⁊ tūc vēiet cōsumatio. Cū ergo uide
ritis abominationē desolatiōis q dicta est
a daniele ppheta stante in loco sancto q le
git intelligat. Tūc qui in iudea sūt fugiant
ad montes: ⁊ qui in tecto nō descēdat tollē
aliqd de domo sua: ⁊ qui in agro nō reuer-
tat tollere tunicā suā. Ue aūt pregnātibus
⁊ nutriētib' in illis dieb'. Orate aūt ut nō
fiat fuga uestra hyeme uł sabbato. Erit.n.
tūc tribulatio magna: qlis nō fuit ab initio
mūdi usq3 modo neq3 fiet. et nisi breuiati
fuissēt dies illi: nō fieret salua omnis caro:
sed ppter electos breuiabunt dies illi. Tūc
siquis uobis dixerit: ecce hic est christ' aut
illic: nolite credere. Surgent enim pseudo
christi ⁊ pseudo pphete ⁊ dabunt signa ma
gna ⁊ prodigia: ita ut in errorem inducant
si fieri potest etiā electi. Ecce pdixi uobis.
Si ergo dixerint uobis: ecce in deserto est:
nolite exire: ecce i penetralibus: nolite cre
dere. Sicut enim fulgur exit ab oriente et
paret usq3 in occidentē: ita erit ⁊ aduentus
filij hominis. Ubicunq3 fuerit corpus illuc
congregabunt ⁊ aqle. Statiz aūt p' tribula
tionē dierū illorū sol obscurabit: et luna nō
dabit lumē suū: et stelle cadēt d celo et uir-
tutes celorū cōmouebūt: et tunc parebit si
gnū filij hois i celo. Et tūc plāgēt oēs trib'
tre et uidebūt filiū hois uēientē i nubib' ce
li cū uirtute mlta et maiestate. Et mittet ā-
gelos suos cū turba et uoce magna: et cōgre
gabūt electos ei' a qttuor uentis a sūmis ce
lorū usq3 ad tminos eorū. Ab arbore aūt fi
ci discite parabolā: cū iā ram' ei' tener fue-
rit et folia nata: scitis qa ppe ē estas: Ita et
uos cū uideritis hec oia: scitote qa ppe ē i ia
nuis. Amē dico uob: qa nō pteribit genera
tio hec donec oia fiāt. Celū et tra trāsibūt:
vba aūt mea ñ pteribūt. De die aūt illa et
hōa nemo scit: neq3 āgeli celorū nisi pr sol'.
Sic āt i dieb' noe: ita erit et aduēt' filij hois
Sicut.n. erāt i dieb' añ diluuiū comedētes
et bibētes nubētes et nuptui tradētes usq3
ad eū diē q itrauit noe i archā: et ñ cogno-
uerūt donec uēit diluuiū et tulit oēs: ita erit
et aduent' filij hois. Tūc duo erūt i agro:
vn' assumet et vn' relinqt. Due molētes in
mola vna assumet et vna relinqt. Duo in
lecto: vn' assumet et vn' reliqt. Uigilate er
go qa nescitis q hora dñs vr vētur' sit. Illd
aūt scitote: qm si sciret prfāilias q hora fur
uētur' eēt: vigilaret utiq3 et ñ sineret pfodi
domū suā. Ideo et uos estote parati: qa q
nescitis hora filius hois ventur' ē. Quis pu-
tas ē fidelis su' et prudēs: quē cōstituit dñs
supra familiā suā: ut det illis cibū i tpe: be
at' ille suus quē cū venerit dñs eius inuene
rit sic facientē. Amē dico vob: qm sup oia
bona sua cōstituet eū. Si aūt dixerit malus
su' ille i corde suo: morā facit dñs me' ve-
nire et ceperit percutere cōseruos suos: man
ducet aūt et bibat cuz ebriosis: veniet dñs

seruí illius in die qua non sperat: ⁊ hora q̃
ignorat: ⁊ diuidet eum: partem q̃ eius po-
net cum hypocritis: illic erit fletus ⁊ stri-
dor dentium.

XXV.

Tunc simile erit regnū celorū decē
uirginibus: que accipientes lāpa-
des suas exierunt obuiam sponso
⁊ sponse. Quinq̃ aūt ex eis erant fatue: ⁊
quinq̃ prudentes. Sed quīq̃ fatue accep-
tis lampadibus non sūpserunt oleū secū.
Prudentes vero acceperunt oleum in ua-
sis suis cum lampadibus. Moram autē
faciente spōso dormitauerūt omnes ⁊ dor-
mierunt. Media aūt nocte clamor factus
est: ecce sponsus uenit: exite obuiā ei. Tūc
surrexerūt omnes uirgīes ille: ⁊ ornauerūt
lampades suas. Fatue aūt sapientibꝰ dixe-
rūt: Date nobis de oleo uestro: quia lāpa-
des nostre extinguūtur. Responderūt pru-
dentes dicentes: Ne forte nō sufficiat nobꝫ
⁊ uobis: ite potius ad uēdentes ⁊ emite uo-
bis. Dum aūt irent emere: uenit sponsus: ⁊
que parate erant intrauerūt cū eo ad nup-
tias: ⁊ clausa est ianua. Nouissime vō ue-
niūt ⁊ relique uirgines dicentes: Domine
domine aperi nobis. At ille respōdēs ait:
Amē dico uobꝫ: nescio uos. Uigilate itaq̃
quia nescitis diem neq̃ horā. Sicut enim
homo peregre pficiscens uocauit suos su-
os: ⁊ tradidit illis bona sua: et vni dedit
q̄nq̃ talēta aliȷ̄ aūt duo aliȷ̄ uero vnū vni-
cuiq̃ secundū ppriā uirtutē: ⁊ pfectus est
statim. Abiȷ̄t autem qui quinq̃ talenta ac-
ceperat: ⁊ operatus ē in eis: ⁊ lucratus est
alia q̄nq̃. Silr̄ ꝗ duo acceperat: lucratus
est alia duo. Qui aūt vnū acceperat abiēs
fodit in terram: ⁊ abscondit pecuniam dn̄i
sui. Post multū vero tēporis venit dn̄s ser-
uorū illorū: ⁊ posuit rationem cum eis. Et
accedens qui quinq̃ talenta acceperat: ob-
tulit alia quinq̃ talenta dicens: Domine
q̄nq̃ talenta tradidisti mihi: ecce alia q̄nq̃
superlucratus sum. Ait illi dn̄s eiꝰ: Euge ser-
ue bone ⁊ fidelis: quia super pauca fuisti fi-
delis: super multa te constituā: intra ī gau-
dium dn̄i tui. Accessit aūt ⁊ qui duo talen-
ta acceperat: ⁊ ait: Dn̄e duo talenta tradi-
disti mihi: ecce alia duo lucratus sum. Ait
illi dn̄s eius: Euge serue bone ⁊ fidelis: q̄a
super pauca fuisti fidelis: super mlt̄a te cō-
stituam: intra in gaudiū dn̄i tui. Accedēs
autem ⁊ qui vnum talentū acceperat ait:
Dn̄e scio q̄a homo durus es: metis ubi nō
seminasti: ⁊ cōgregas ubi nō sparsisti: ⁊ ti-
mens abiȷ̄ ⁊ abscondi talentum tuū in t̄ra:
ecce habes quod tuū est. Respondēs autē
dominus eiꝰ dixit ei: Serue male ⁊ piger:
sciebas quia meto ubi non semino: ⁊ con-
grego ubi non sparsi. Oportuit ergo te cō-
mittere pecuniam meam nūmulariȷ̄s: ⁊ ue-
niens ego recepissem utiq̃ quod meum est
cum vsura. Tollite itaq̃ ab eo talentum: ⁊
date ei qui habet decem talenta. Omni eī
habenti dabitur ⁊ abundabit: ei autē qui
non habet: ⁊ quod uidetur habere: auferet
ab eo. Et inutilem seruū eiȷ̄cite in tenebras
exteriores: illic erit fletus ⁊ stridor dentiū.
Cum autem venerit filius hominis in ma-
iestate sua ⁊ omnes angeli cum eo: tunc se-
debit super sedem maiestatis sue: ⁊ congre-
gabuntur ante eum omnes gentes: ⁊ sepa-
rabit eos ab inuicem: sicut pastor segregat
oues ab hedis. Et statuet oues quidem a
dextris: hedos autem a sinistris. Tunc di-
cet rex his qui a dexteris eius erunt: Uenī-
te bn̄dicti p̄ris mei possidete paratum vo-
bis regnū a cōstitutione mūdi. Esuriui.n.
⁊ dedistis mihi manducare. Sitiui: ⁊ dedi-
stis mihi bibere. Hospes erā: ⁊ collegistis
me. Nudus: ⁊ operuistis me. Infirmus: ⁊
visitastis me. In carcere eram: ⁊ vēistis ad
me. Tunc r̄ndebunt ei iusti dicentes: Dn̄e
quādo te vidimus esurientē ⁊ pauimꝰ: siti-
entem ⁊ dedimus tibi potum? Quādo aūt
te uidimus hospitē ⁊ collegimus te: aut nu-
dū ⁊ cooperuimꝰ te? Aut qn̄ te vidimus in-
firmū aut in carcere: ⁊ venimꝰ ad te? Et re-
spōdēs rex dicet illis: Amē dico vobꝫ: q̄diu
fecistis vni de his fratribꝰ meis minimis:
mihi fecistis. Tunc dicet ⁊ his ꝗ a sinistris
erūt: Discedite a me maledicti in ignē eter-
num: qui paratus est diabolo ⁊ āgelis eiꝰ.
Esuriui enim: ⁊ non dedistis mihi mandu-
care. Sitiui: ⁊ nō dedistis mihi potū. Hos-
pes eram: ⁊ non collegistis me. Nudus: ⁊
non operuistis me. Infirmus ⁊ in carcere:
⁊ non visitastis me. Tūc respondebūt ei ⁊
ipsi dicentes: Dn̄e quādo te uidimꝰ esurien-
tem aut sitientē aut hospitem aut nudum
aut infirmū: aut in carcere: ⁊ non ministra-
uimꝰ tibi? Tūc respōdebit illis dicēs: Amē
dico vobis: q̄diu nō fecistis vni de minori-
bus his: nec mihi fecistis. Et ibunt hi ī sup-
plicium eternum: iusti autem ī uitā eternā.

C.XXVI.

ET factū ē cū ɔsumasset iesus sermones hos oēs: dixit discipu
lis suis: Scitis qꝫ post biduū pascha fiet: et
filius hoīs tradet ut crucifigat. Tunc ɔgre
gati sunt pncipes sacerdotū ⁊ seniores ppl'i
in atriū pncipis sacerdotū qui dicebat cay
phas: ⁊ consiliū fecerūt ut iesum dolo tene
rent ⁊ occiderēt. Dicebāt āt: Nō ī die festo
ne forte tumult' fieret in ppl'o. Cū aūt esset
iesus ī bethania in domo simonis leprosi:
accessit ad eū mulier hñs alabastrū vnguē
ti pciosi: ⁊ effudit sup caput ipsi' recūbentis.
Uidētes aūt discipuli īdignati sūt dicētes:
Ut quid pditio hec? Potuit.n. istud uenun
dari multo ⁊ dari paupibus. Sciēs aūt ie
sus ait illis: Quid molesti estis huic mulie
ri? Opus.n. bonū opata ē in me. Nā semp
paupes habetis uobiscū: me aūt nō sēp ha
bebitis. Mittēs.n. hec ūguētū hoc in corp'
meū: ad sepeliēdū me fecit. Amē dico uob':
vbicūqꝫ pdicatū fuerit hoc euāgeliū ī toto
mūdo dicet ⁊ qd̄ hoc fec ī mēoriā ei'. Tūc
abijt un' de duodecī q̄ dicebat iudas schari
oth ad pncipes sacerdotū: ⁊ ait illis: Quid
vultis mihi dare: ⁊ ego uob' eū tradā? At illi
ɔstituerūt ei trigita argēteos. Et exinde q̄re
bat opportunitatē ut eū tradēt. Prima aūt
die azimoꝝ accesserunt discipuli ad iesū di
cētes: Ubi uis parem' tibi comedē pasca?
At iesus dixit: Ite ī ciuitatē ad quēdam: et
dicite ei: Magister dic: tēp' meum ppe est:
apud te facio pascha cū discipl'is meis. Et
fecerūt discipuli sic̄ ɔstituerat illis iesus: ⁊ pa
rauerūt pascha. Uespe āt facto: discūbebat
cū duodecī discipulis suis. Et edentib' illis
dixit: Amē dico uob': qꝫ unus vr̄m me tra
diturus est. Et ɔtristati ualde ceperūt singu
li dicere: Nūq̄d ego sū dn̄e? At ipe rn̄dens
ait: Qui intingit mecū manū in parasside
hic me tradet. Filius q̄dem hoīs uadit sicut
scriptū ē de illo: ue aūt hoī illi p quē fili' ho
minis tradet. Bonū erat ei si natus non fu
isset hō ille. Rn̄dens āt iudas q̄ tradidit eū
dixit: Nūq̄d ego sū rabbi? Ait illi: Tu dixi
sti. Cenātib' autē eis: accepit iesus panem
⁊ bn̄dixit ac fregit: dixitqꝫ discipulis suis ⁊
ait: Accipite ⁊ comedite: hoc ē corp' meū.
Et accipiēs calicē gr̄as egit: ⁊ dedit ill' dicēs:
Bibite ex hoc oēs. Hic ē.n. sāguis me' noui
testamēti: q̄ p multis effūdet ī remissiōe pcco
rū. Dico aūt uobis: non bibam amodo de
hoc genimine vitis: usqꝫ in diem illum: cū
illud bibam uobiscum nouū in regno pa
tris mei. Et hymno dicto exierūt in montē
oliueti. Tunc dicit illis iesus: Omnes uos
scandalū patiemini ī me ī ista nocte. Scrip
tū est enim: percutiam pastorem: ⁊ disper
gent oues gregis. Postq̄ aūt īsurrexero pre
cedam uos in galileā. Rn̄dens āt petr' ait
illi: Et si oēs scādalizati fuerit ī te: ego nūq̄
scādalizabor. Ait illi iesus: Amē dico tibi:
qꝫ in hac nocte anteq̄ gallus cantet: ter me
negabis. Ait illi petrus: Etiā si oportuerit
me mori tecū: nō te negabo. Silr̄ ⁊ oēs di
scipl'i dixerūt. Tūc uenit iesus cū illis ī villā
q̄ dicit gethsemani. Et dixit discipulis suis.
Sedete hic: donec uadā illuc ⁊ orē. Et assū
pto petro ⁊ duob' filijs zebedei: cepit cōtri
stari ⁊ mest' esse. Tūc ait illis: Tristis ē aīa
mea usqꝫ ad mortē. Sustinete hic ⁊ uigila
te mecū. Et pgressus pusillū: pcidit ī faciē
suā: orās ⁊ dicēs: Pr̄ mi si possibile ē trāse
at a me calix iste. Uerūtn̄ nō sicut ego uolo
sed sic̄ tu. Et uenit ad discipulos suos ⁊ īue
nit eos dormiētes: ⁊ dicit petro: Sic nō po
tuistis una hora uigilare mecū? Uigilate et
orate: ut nō intretis in tētationē. Sp̄us q̄dē
pmpt' ē: caro aūt infirma. Iterū secundo
abijt: ⁊ orauit dicēs: Pat̄ mi si non pōt hic
calix trāsire nisi bibam illū: fiat uoluntas
tua. Et uenit iterū: ⁊ inuenit eos dormiētes.
Erāt.n. oculi eoꝝ grauati. Et relictis ill': iterū
abijt ⁊ orauit tertio eūdē s'monē dicēs. Tūc
uēit ad discipulos suos: ⁊ dixit illis: Dōmi
te iam ⁊ reqescite. Ecce appropinq̄bit hora
⁊ fili' hoīs tradet in man' pccoꝝ. Surgite
eam': Ecce appropinq̄bit q̄ me tradet. Ad
huc eo loq̄nte: ecce iudas un' de duodecim
venit: ⁊ cū eo turba m'lta cū gladiis ⁊ fusti
bus missi a pncipib' sacerdotū ⁊ seniorib'
ppl'i. Qui aūt tradidit eū: dedit illis signū
dicēs: Quēcūqꝫ osculat' fuero ipe ē tenete
eū. Et ɔfestim accedēs ad iesum dixit: Aue
rabbi: et osculat' est eū. Dixitqꝫ illi iesus:
Amice ad q̄d uenisti? Tūc accesserūt ⁊ man'
iniecerūt ī iesū: ⁊ tenuerūt eū. Et ecce unus ex
his q̄ erant cū iesu: extendēs manū exemit
gladium suum: ⁊ percutiens seruum princi
pis sacerdotum amputauit auriculam ei'.
Tunc ait illi iesus: Conuerte gladium tuū
in locum suum. Omnes enim qui accepe
rint gladium: gladio pibunt. An putas q̄a
nō possū rogare pr̄em meū: ⁊ exhibebit mi
hi modo pl' q̄ duodecī legiones āgelorū?

Quō ergo īplebunť scripture? Quia sic oꝫ fieri. In illa hora dixit iesus turb᷒. Tāq̄ ad latronē existis cū gladiis ⁊ fustib᷒ ꝯpreben dere me. Quotidie apud uos sedebā docēs ī tēplo: ⁊ nō me tenuistis. Hoc autē totum factū ē: ut adiplerētur scripture ꝓphetaꝝ. Tūc discipuli oēs relicto eo fugerūt. At illi tenētes iesū: duxerūt ad caypha pͥncipē sacerdotū: vbi scribe ⁊ seniores ꝯuenerāt. Petrus aūt seq̄bať eū a lōge usqꝫ ī atriū pͥncipis sacerdotū. Et īgressus intro sedebat cū ministris: ut uideret finē. Pͥcipes aūt sacerdotū ⁊ ōe ꝯciliū q̄rebāt falsū testimoniū cōtra iesū: ut eū morti traderēt: ⁊ ñ īuenerūt: cū multi falsi testes accessissēt. Nouissime aūt uenerūt duo falsi testes: ⁊ dixerūt: Hic dixit: Possū destruere tēplū dei: ⁊ post triduū reedificare illud. Et surgēs pͥnceps sacerdotū ait illi: Nihil rñdes ad ea q̄ isti adūsū te testificāť. Jesus autē tacebat. Et pͥnceps sacerdotū ait illi: Adiuro te ꝑ deū uiuū: ut dicas nob᷒ si tu es xp̄us fili᷒ dei. Dič illi iesus: Tu dixisti. Uerūtñ dico uobis: a mō uidebitꝭ filiū hōis sedētē a dextris ūtutꝭ dei ⁊ uenientē ī nubib᷒ celi. Tūc pͥnceps sacerdotū scidit uestimēta sua dicēs: Blasphemauit: quid adhuc egem᷒ testib᷒? Ecce nūc audistꝭ blasphemiam. Quid uobis uideť? At illi rñtes dixeȓt: Re᷒ ē mortꝭ. Tūc expuerūt ī faciē ei᷒: ⁊ colaphis eū ceder͛t. Alii āt palmas ī faciē ei᷒ deder͛t dicētes: ꝓphetiza nob᷒ xp̄e: Quis est qui te ꝑcussit? Petr᷒ uero sedebat forꝭ ī atrio: ⁊ accessit ad eū una āncilla dicēs: Et tu cū iesu galileo eras. At ille negauit corā oīb᷒ dicēs: Nescio quid dicis. Exeūte āt illo ianuā: uidit eū alia āncilla ⁊ ait his q̄ erāt ibi: Et hic erat cū iesu nazareno. Et iterū negauit cū iuramēto: qꝛ ñ nouit hoiem. Et p᷒ pusillū accesserūt q̄ stabāt: ⁊ dixerūt petro: Uere ⁊ tu ex illis es. Nā ⁊ loq̄la tua maifestū te facit. Tūc cepit detestari ⁊ iurare qꝛ nō nouisset hoiem. Et ꝯtinuo gall᷒ cātauit: ⁊ recordat᷒ ē petr᷒ ūbi iesu qđ dixerat: pͥusq̄ gall᷒ cātet ter me negabis. Et egressus foras fleuit amare.

Mane āt facto ꝯsiliū ·XXVII. inier͛t oēs pͥncipes sacerdotū: ⁊ seniores ppl̄i aduersus iesum: ut eū morti traderent: ⁊ uinctum adduxerūt eum: ⁊ tradiderunt pontio pilato presidi. Tunc uidēs iudas qui eum tradidit q᷒ dānat᷒ esset: pñia ductus rettulit triginta argenteos pͥncipibus sacerdotum ⁊ senioribus dicēs: peccaui: tradens sanguinem iustum. At illi dixerūt: Quid ad nos? Tu uideris: ⁊ proiectꝭ argēteis in templo recessit: ⁊ abiēs laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum acceptis argenteis dixerunt: Non licet eos mittere ī corbonā: quia precium sanguinis ē. Cōsilio aūt inito emerūt ex illis agrum figuli in sepulturā peregrinorū: ꝓpť hoc uocat᷒ ē ager ille acheldemach: hoc ē ager sanguinis usqꝫ ī hodiernū diē. Tunc impletū est quod dictum est per hieremiam prophetam dicentem: Et acceperunt triginta argēteos preciū appreciati quē appͥciauerunt a filiis isrl̄: ⁊ dederūt eos ī agrū figuli: sicut ꝯstituit mihi dñs. Jesus āt stetit añ presidē: ⁊ īterrogauit eū preses dicēs: Tu es rex iudeorū? Dicit illi iesus: Tu dicis. Et cū accusareť a principib᷒ sacerdotū ⁊ seniorib᷒: nihil rñdit. Tūc dicit illi pilat᷒: Nō audis quāta aduersū te dicūt testimonia? Et nō rñdit ei ad ullū ūbū: ita ut mirareť preses uehemēter. Per diē aūt solēnē consueuerat preses pp̄lo dimittē unū uinctū quē uoluisset. Habebat aūt tūc uinctū īsignē q̄ dicebať barrabas. Cōgregatꝭ ergo illis dixit pilat᷒: Quē uultꝭ dimittā uob᷒: barrabā: an iesū q̄ dicitur xp̄s. Sciebat.n. q᷒ ꝑ īuidiā tradidissent eū. Sedēte āt illo ꝓtribunali misit ad eū uxor ei᷒ dicēs: Nihil tibi ⁊ iusto illi. mlta.n. passa sū hodie ꝑ uisū ꝓpť eū. Pͥcipes aūt sacerdotū ⁊ seniores ꝑsuaserūt pp̄lis: ut peterēt barrabā: iesū ūo ꝑderēt. Rñdēs āt p̄ses ait ill᷒: Quē uultꝭ uob᷒ ō duob᷒ dimitti? At illi dixer͛t: barrabā. Dixit ill᷒ pilat᷒: Quid igiť faciā de iesu q̄ dicitur xp̄s? Dicunt oēs: Crucifigatur. Ait illis p̄ses: quid.n. mali fecit? At illi magis clamabant dicentes crucifigatur. Uidens autem pilatus quia nihil ꝓficeret: sed magꝭ tumultus fieret: accepta aqua lauit manus coram populo dicens: Innocēs ego sū a sāguie hui᷒ iusti. Uos uideritꝭ. Et rñs uniūsus pp̄lus dixit: Sāguis ei᷒ sup nos ⁊ sup filios nr̄os. Tūc dimisit ill᷒ barrabā: iesū āt flagellatum tradidit eis ut crucifigereť. tūc milites p̄sidis suscipientes iesū ī ꝑtorio: ꝯgregauerūt ad eū uniūsā cohortē: ⁊ exuētes eū chlamydē coccineā circūdeder͛t ei: ⁊ plectentes coronā de spinis posuerūt sup caput ei᷒: ⁊ arūdinē in dextra ei᷒: ⁊ genu flexo añ eū illudebāt ei dicētes: Aue rex iudeorū: ⁊ expuētes ī eū: acceperunt

arũdinē ⁊ pcutiebāt caput eiꝰ. Et pꝰ q̄ illu-
serũt ei: exuerũt eũ chlamydē: ⁊ īduerũt eũ
uestimētꝭ eiꝰ: ⁊ duxerũt eũ ut crucifigerent.
Exeũtes āt īuenerũt hoīez cyreneũ nomine
simonē: hũc āgariauerũt: ut tollēt crucem
eiꝰ. Et uenerũt ī locũ q̄ dicit golgotha: qȯ ē
caluarie locꝰ: ⁊ dederũt ei uinũ bibere cum
felle mixtũ. Et cum gustasset: noluit bibē.
Pꝰ q̄ āt crucifixerũt eũ: diuiserũt uestimẽta
eiꝰ sortē mittentes: ut ipleret qȯ dictũ ē p ꝓ
phetā dicētē: Diuiserũt sibi uestimẽta mea:
⁊ sup uestē meā misũt sortē. Et sedētes sua
bāt eũ: ⁊ iposuerũt sup caput eiꝰ cām ipsiꝰ
scriptā: Hic ē iesus rex iudeorũ. Tũc cruci
fixi sũt cũ eo duo latrones: unꝰ a dextrꝭ ⁊ u
nꝰ a sinistris. Pretereũtes aũt blasphema
bāt eũ mouētes capita sua ⁊ dicētes: Uah
q̄ destruis tēplũ dei: ⁊ ī triduo illud reedifi
cas. Salua temetipꝫ: si filiꝰ dei es descende
de cruce. Silr̄ ⁊ pn̄cipes sacerdotũ illuden
tes cũ scribꝭ ⁊ sēioribꝰ dicebāt: alios saluos
fecit: seipm̄ n̄ pōt saluũ facē. Si rex isrl̄ ē: ȯ
scēdat nũc ȯ cruce: ⁊ credimꝰ ei. Cōfidit in
deo: libēt nũc eũ si uult. Dixit. n. qꝛ filiꝰ dei
sũ: idipꝫ āt ⁊ latrōes q̄ crucifixi erāt cũ eo ī
propabāt ei. A sexta āt hora tenebre facte
sũt sup uniu̾sā trā: usqꝫ ad horā nonā: ⁊ cir
ca horā nonā clamauit iesus uoce magna
dicēs: Heli heli lamazabattani: hoc est: De
us meus: deus meꝰ: ut quid dereliq̄sti me?
Quidā āt illic stātes ⁊ audiētes dicebant:
heliā uocat iste: et ꝯtinuo currēs unꝰ ex eis
acceptā spōgiā ipleuit aceto: ⁊ iposuit arun
dini: ⁊ dabat ei bibere. Ceti u̾o dicebāt: Si-
ne: uideamꝰ an uēiat helias liberans eũ. Je
sus āt itũ clamās uoce magna emisit spm̄.
Et ecce uelũ tēpli scissũ ē in duas ptes: a sũ
mo usqꝫ deorsũ: et tr̄a mota ē: ⁊ petre scisse
sũt: ⁊ monumēta apta sũt: ⁊ multa corpora
scoꝝ q̄ dormierāt surrexerũt. Et exeuntes
de monumētis pꝰ resurrectiōez eiꝰ uenerũt ī
sctā ciuitatē: ⁊ apparuerũt mltꝭ. Cēturio
āt ⁊ q̄ cum eo erant custodiētes iesum: uiso
terremotu et his que fiebant: timuerũt ual
de dicentes: Uere filius dei erat iste. Erant
autē ibi mulieres mlte a longe que secute e
rant iesum a galilea ministrantes ei: inter
quas erat maria magdalene et maria iaco
bi: et ioseph mater: et mater filiorum zebe-
dei. Cum autem sero factum esset: uenit q̄-
dā homo diues ab arimathia noīe ioseph:
q̄ ⁊ ipe discipulus erat iesu. Hic accessit ad
pilatũ: ⁊ petijt corpꝰ iesu. Tũc pilatꝰ iussit
reddi corpꝰ. Et accepto corpore ioseph in-
uoluit illud ī syndōe mũda: et posuit illud ī
monumẽto suo nouo: qȯ exciderat ī petra: ⁊
aduoluit saxũ magnũ ad hostiũ monumẽti:
et abijt. Erat āt ibi maria magdalene ⁊ alte
ra maria sedētes ꝯtra sepulchrũ. Altā aũt
die q̄ ē pꝰ parasceuē ꝯuenerũt pn̄cipes sacer-
dotũ et pharisei ad pilatũ dicentes: Dn̄e re
cordati sumus: qꝛ seductor ille dixit adhuc
uiuēs: pꝰ tres dies resurgā. Jube ergo custo
diri sepulchrũ usqꝫ ī diē tr̄iũ: ne fōte ueniāt
discipuli eiꝰ ⁊ furēt eũ: et dicāt plebi: surre-
xit a mortuis: et erit nouissimꝰ error peior
ꝑore. Ait illꝭ pilatꝰ: Habete custodiā. Jte cu
stodite sicut scitꝭ. Jlli āt abeũtes munierũt
sepulchrũ: signātes lapidē cũ custodibꝰ.

Espe autē sabbati que. XXVIII.
Ulucescit ī pⁱma sabbati uēit maria mag
dalene et altā maria uidere sepulchrũ. Et
ecce terremotus factus est magnus. Ange-
lus. n. dn̄i descendit de celo: et accedens re-
uoluit lapidē: et sedebat sup eũ. Erat aũt a
spectꝰ eiꝰ sicut fulgur: et uestimẽtũ eiꝰ sic̄ nix.
Pre timore aũt eiꝰ exterriti sũt custodes: ⁊
facti sũt uelut mortui. Rn̄s aũt angelus di
xit mulieribꝰ: Nolite timere uos. Scio. n.
q̄ iesũ q̄ crucifixꝰ ē q̄ritꝭ: Nō ē hic: surrexit
eni sicut dixit. Uenite et uidete locũ: ubi po
sitꝰ erat dn̄s: et cito euntes dicite discipulis
eiꝰ: qꝛ surrexit: ⁊ ecce p̄cedet uos ī galileā.
Jbi eũ uidebitꝭ: ecce p̄dixi uob̄. Et exierunt
cito de monumēto cũ timore ⁊ gaudio ma
gno currētes nũciare discipulis eius. Et ec
ce iesus occurrit illis dicēs. Auete: Jlle aũt
accesserũt: ⁊ tenuerũt pedes eiꝰ: ⁊ adoraue
rũt eũ. Tũc ait illis iesus: Nolite timere: ite
nũciate frībꝰ meis: ut eāt ī galileā. Jbi me ui
debũt. Que cũ abijssēt: ecce q̄dā ȯ custodi-
bꝰ uenerũt ī ciuitatē: ⁊ nũciauerũt pn̄cipibꝰ sa
cerdōtũ oīa q̄ facta fuerāt. Et cōgregati cũ
senioribꝰ consilio accepto pecuniā copiosā
dederũt militibꝰ dicētes: Dicite qꝛ discipuli
eiꝰ nocte uenerũt: ⁊ furati sũt eũ nob̄ dormiē
tibꝰ. Et si hoc auditum fuerit a p̄side: nos
suadebimus ei: et securos uos faciemus.
At illi accepta pecunia fecerunt sicut erant
edocti. Et diuulgatum est uerbum istud
apud iudeos: usqꝫ ī hodiernum diem. Un
decim autem discipuli abierunt in galile-
am in montē ubi cōstituerat illis iesus. Et
uidētes eũ adorauerũt: q̄dā āt dubitauerũt

Et accedens iesus locutus ē eis dicēs: Data ē mihi oīs p̄tas in celo ⁊ in t̄ra. Eūtes ergo docete oēs gētes: baptizātes eos in nomine p̄ris et filij ⁊ sp̄us sācti: docētes eos seruare oīa quecūq; mādaui uobis: ⁊ ecce ego uobi scū sū oib' dieb' usq; ad ꝯsumationē secli.

Explicit euāgeliū secūdū mattheū. Incipit plog' i euāgeliū sm marcū.

Marcus euāgelista dī elect' ⁊ petri i baptismate filius atq; in diuino sermone discipulus: sacerdotiū in isrł agens: secundū carnē leuita: ad fidem christi conuersus: euangeliū in italia scripsit: ostendens i eo quid ⁊ generi suo deberet ⁊ christo. Nā initiū principij in uoce p̄phetice exclamationis instituens ordinē leuitice electiōis ostēdit: ut p̄dicans p̄destinatum ioannem filiū zacharie in uoce angeli annūciātis emissū: non solū uerbū carnē factū sed ⁊ corp' dñi in oīa p uerbū diuine uocis aīatū; in initio euāgelice p̄dicatiōis ostēderet: ut qui hec legens sciret cui initiū carnis i dño: ⁊ iesu adueniētis habitaculū caro deberet agnoscē: atq; i se uerbū uocꝭ qđ i ꝯsonātib' p̄diderat inueniret. Deniq; cū p̄fecti euangelij opus intrans: ⁊ a baptismo domini p̄dicare deū inchoās: ñ laborauit natiuitatē carnis quā in p̄orib' uiderat dicē: sed toti' exp̄mēs expositionē deserti nūez ieiunij tētationē diaboli ꝯgregationē bestiaꝝ ⁊ misteriū p̄tulit āgeloꝝ: ut instituēs nos ad intelligēduz: singula i breui cōpingēs: nec auctoritatē facte rei demeret: ⁊ p̄ficiēdi opis plenitudinē nō negaret. Deniq; āputasse sibi p' fidē pollicē dicit: ut sacerdotio reprobus habēt: sed tm̄ ꝯsētiēs fidei p̄destinata potuit electio: ut nec sic i ope v̄bi p̄deret qđ prius meruerat in genē. Nā alexandrie ep̄us fuit: cuius p singula op' fuit scire ⁊ euangelij i se dicta disponere: ⁊ disciplinā legis i se agnoscere: ⁊ diuinā i carne dñi itelligere naturā. Que i nos p̄mum reqri oportet: debic iqsita uolum' agnosci habētes mercedē exhortationis: qm̄ q̄ plantat ⁊ q̄ rigat unū sūt: q̄ autē incrementum prestat: de' est.

Explicit prologus. Incipit euangeliū scōm marcum.

Initium euangelij iesu xp̄i filij dei: sic scriptum ē in isaia p̄pheta. Ecce mitto āgelū meū añ faciē tuā: q̄ p̄parabit uiā tuā añ te. Uox clamātꝭ i dēsto: Parate uiam dñi: rectas facite semitas ei'. Fuit i dēsto ioānes baptizās ⁊ p̄dicās baptismū p̄nie in remissiōez peccatorū. Et egrediebat ad eū oīs iudee regio: ⁊ hierosolymite uniu̇si ⁊ baptizabāt ab illo i iordanis flumie: ꝯfitētes peccata sua. Et erat ioānes uestit' pilis cameloꝝ: ⁊ zona pellicea circa lūbos ei' ⁊ locustas ⁊ mel siluestre edebat et p̄dicabat dicēs: Ueniet fortior me p' me cui' ñ sū dign' p̄cūbēs soluē corrigiā calciamtorū ei'. Ego baptizaui uos aqua: ille vo baptizabit uos sp̄u scō. Et factū ē i dieb' illꝭ uēit iesus a nazareth galilee: ⁊ baptizat' ē a ioāne i iordane. Et stati ascēdēs ꝺ aqua uidit celos aptos: ⁊ sp̄uz sāctū tāq̄ colūbā descēdētē ⁊ manētē i ip̄o: ⁊ uox facta ē de celꝭ: Tu es fili' me' dilect': i te complacui: ⁊ stati sp̄us expulit eū in dēstū. Et erat i deserto quadragita dieb' ⁊ q̄dragita noctib': ⁊ tētabatur a sathana: eratq; cū bestijs: ⁊ angeli mīstrabāt illi. P'q̄ āt tradit' ē ioānes: uenit iesus i galileā p̄dicās euāgeliū regni dei ⁊ dicēs: Qm̄ ipletū ē tp̄s: ⁊ apppinquabit regnū dei. Penitemini ⁊ credite euangelio: Et preteriēs sec' mare galilee: uidit simonē ⁊ andream f̄rem ei' mittētes retia in mare. Erāt eīm piscatores: ⁊ dixit illis iesus: Uenite p' me: ⁊ faciā uos fieri piscatores hominū. Et p̄tin' relictꝭ retib' secuti sūt eū: ⁊ p̄gressus ide pusillū: uidit iacobū zebedei ⁊ ioānē f̄rez ei': ⁊ ip̄os ꝯponētes retia i naui: ⁊ stati uocauit illos: ⁊ relicto p̄re suo zebedeo i naui cū mercenarijs secuti sūt eū. Et igrediūtur capharnaū: ⁊ stati sabbatꝭ igressus i synagogā docebat eos. Et stupebāt sup doctrina ei'. Erat eiz docēs eos q̄si p̄tatē hñs ⁊ nō sicut scribe: ⁊ erat i synagoga eoꝝ hō i sp̄u imūdo: ⁊ exclamauit dicēs: Quid nobis ⁊ tibi iesu nazarene: Uēisti p̄dē nos. Scio q̄ sis sāctus dei: et comminat' ē ei iesus dicēs: Obmutesce: ⁊ exi de hoīe. Et discerpēs eū sp̄us imūd': ⁊ exclamans uoce magna exijt ab eo: ⁊ mirati sūt oēs: ita ut ꝯqrerēt īt̄ se dicētes: Quidnā ē hoc: Quenā doctrina hec noua: Quia i p̄tāte spiritib'

imūdis iperat: ⁊ obediunt ei. Et pcessit ru-
mor ei⁹ statim i oēm regionē galilee. Et pti
nus egrediētes de synagoga: venerūt in do-
mū simonis ⁊ andree cuȝ iacobo ⁊ ioanne.
Recūbebat aūt socrus simonis febricitās:
⁊ statim dicūt ei de illa: Et accedēs eleuauit
eā apphēsa manu ei⁹: ⁊ ɔtinuo dimisit eaȝ
febris: ⁊ mīstrabat eis. Uespe aūt facto cum
occidisset sol: afferebāt ad eū oēs male hn̄-
tes ⁊ demonia hn̄tes: ⁊ erat oīs ciuitas cō-
gregata ad ianuam. Et curauit multos qui
vexabant uarijs languorib⁹: ⁊ demonia mlt'
ta eijciebat: ⁊ n̄ sinebat ea loqui qm̄ sciebāt
eum: ⁊ diluculo ualde surgens egressus abi
it in desertum locum: ibiqȝ orabat: et prose
cutus ē euȝ simon: ⁊ qui cuȝ illo erant. Et
cuȝ inuenissent eū: dixerūt ei: quia omnes
querunt te: et ait illis: Eamus in proximos
uicos ⁊ ciuitates: ut ibi predicē. Ad hoc. n.
ueni: et erat p̄dicās i synagogis eorum: ⁊ i oī
galilea: et demōia eijciēs: et uēit ad eū lepro
sus deprecās eū: et genu flexo dixit: Si uis
potes me mūdare. Jesus āt misert⁹ ei⁹ extē
dit manū suā: et tāgens eū ait illi: Uolo mū
dare: et cū dixisset: statim discessit ab eo le
pra: et mūdat⁹ ē: et cōminat⁹ ē ei: statiqȝ eie
cit illū: et dixit ei: Uide nemini dixeris: sed
uade ostēde te p̄ncipi sacerdotū: et offer pro
emūdatiōe tua: q̄ pcepit moyses i testimoni
uȝ ill': et egressus cepit p̄dicare ⁊ diffamare
smonē: ita ut iā n̄ posset māifeste itroire in
ciuitatē: sed foris i desertis locis eē: et cōue
niebāt ad eū undiqȝ. ¶ .II.

Et iterū itrauit capharnaū p⁹ dies oc
to: et auditū ē q̄ i domo eēt: et conue
nerunt multi: ita ut nō capet: neqȝ ad ianu
am et loq̄batur eis uerbū. Et uenerūt ad e
ū ferētes paralyticū: q̄ a quattuor portaba
tur. Et cū n̄ possēt offerre eū illi p̄ tba nuda
uerūt tectū ubi erat: et patefaciētes submi-
serūt grabatū i quo paralytic⁹ iacebat. Cū
āt uidisset iesus fidē illorū: ait paralytico:
Fili dimittūt tibi peccata tua. Erāt āt illic
q̄dā de scrib' sedētes et cogitātes i cordib⁹
suis: Quid hic sic loq̄t? Blasphemat. quis
potest dimittere peccata: nisi solus deus?
Quo statim cognito iesus spiritu suo: quia
sic cogitarent intra se: dixit illis: Quid ista
cogitatis in cordibus uestris? Quid est fa
cili⁹ dicē: paralytico dimittūt t' peccata tu
a: an dicē: surge tolle grabatū tuū ⁊ ābula?
Ut autē sciatis quia filius hoīs hȝ ptātē in
terra dimittēdi peccata: ait paralytico: Ti
bi dico surge: tolle grabatū tuū: ⁊ uade i do
mū tuaȝ: et stati surrexit ille: et sublato gra
bato abijt ide corā oīb⁹: ita ut mirarēt oēs
⁊ honorificarēt deū dicētes: q: nūq̄ sic uidi
m⁹. Et egressus ē rursus ad mare: oīsqȝ tba
ueniebat ad eū et docebat eos: et cum p̄teri
ret vidit leui alphei sedētē ad teloneū: et ait
illi: Seq̄uē me: et surgēs secut⁹ ē eū. Et fac
tū ē cū accūberet i domo ill⁹: mlti publica
ni ⁊ pcores simul discūbebāt cū iesu ⁊ di
scipulis ei⁹. Erāt. n. mlti q̄ sequebāt eū. Et
scribe ⁊ pharisei uidētes: q: māducaret cū
publicanis ⁊ peccatorib⁹: dixerūt discipul'
ei⁹: Quare cū publicanis ⁊ peccatoribus
māducat ⁊ bibit magr̄ ur̄? hoc audito iesus
ait ill': Nō necesse habēt sani medico: sȝ qui
male hn̄t. Nō. n. ueni uocare iustos: sȝ pec
catores: et erāt discipuli ioānis ⁊ pharisei
ieiunātes: ⁊ ueniūt et dicūt illi: Quar̄ disci
puli ioānis et phariseorū ieiunāt: tui āt di-
scipuli n̄ ieiunāt? et ait ill' iesus: nūq̄d pn̄t fi
lij nuptiarū q̄diu spōsus cū ill' ē ieiunare?
q̄to tp̄e hn̄t secū spōsū: n̄ pn̄t ieiunare. Ue
nient āt dies cū aufereē ab eis sponsus: et
tūc ieiunabūt i ill' dieb⁹. Nemo assumētuȝ
pāni rudis assuit vestim̄to ueti. Alioquin
aufert supplem̄tū nouū a ueti: et maior scis
sura fit: et nemo mittit uinū nouū i utres
ueteres: alioq̄n dirūpet uinū utres ⁊ uinuȝ
effūdet: et utres pibūt. Sed uinū nouū i u
tres nouos mitti dȝ. Et factū ē itū cū dn̄s
sabbatis ābularet p̄ sata: et discipuli ei⁹ ce
perūt p̄gredi et uellē spicas. Pharisei āt di
cebāt ei: ecce q̄d faciūt discipli tui sabbatis:
qd̄ n̄ licet: et ait illis: Nūq̄ legistis q̄d fecerit
dauid qn̄ necessitatē hūit et esurijt ipe ⁊ q̄
cum eo erāt: quomodo itroiuit i domum
dei sb̄ abiathar p̄ncipe sacerdotū: ⁊ panes
ppositiōis māducauit quos non licet man
ducare nisi solis sacerdotib⁹ ⁊ dedit eis: et
q̄ cū eo erāt: ⁊ dicebat eis: sabbatū ppt̄ ho
minē factū ē: ⁊ nō hō ppt̄ sabbatuȝ. Itaqȝ
dn̄s ē fili⁹ hoīs etiā sabbati. ¶ .III.

Et introiuit iterum in synagogam: et
erat ibi hō hn̄s manū aridā: ⁊ obser
uabāt eū si sabbatis curaret: ut accusarent
illum. Et ait homini habenti manum ari
dam: Surge in medium. Et dicit eis: Licet
sabbatis benefacere an male? animam sal-
uam facere an perdere? At illi tacebant. Et
circunspiciens eos cum ira contristat⁹ sup

cecitate cordis eorũ dixit homini: Extende
manũ tuam: ⁊ extẽdit: ⁊ restituta ẽ manus
illi. Exeũtes ãt pharisei: stati cum herodia
nis consiliũ faciebãt aduersus eũ quõ eum
pderẽt. Jesus ãt cũ discipulis suis secessit
ad mare: ⁊ multa turba a galilea ⁊ iudea se
cuta ẽ eũ: ⁊ ab hierosolymis ⁊ ab idumea ⁊
trans iordanẽ ⁊ q̃ circa tyrũ ⁊ sydonẽ mlti
tudo magna audiẽtes q̃ faciebat: uenerunt
ad eũ. Et dixit iesus discipulis suis: ut i na
uicula sibi deseruirẽt ppt tbã: ne cõprimerẽt eũ.
Multos.n. sanabat: ita ut irruerẽt i eũ: ut
illũ tãgerẽt quotquot habebãt plagas. Et
spus imũdi cũ illũ uidẽbãt pcidẽbãt ei: ⁊ cla
mabãt dicẽtes: Tu es filiꝰ dei. Et uehemen
ter cõminabatur eis: ne maifestarẽt illũ. Et
ascendẽs i mõtẽ uocauit ad se quos uoluit
ipe: ⁊ uenerũt ad eũ: et fecit ut essẽt duodeci
cũ illo: ⁊ ut mittẽt eos pdicare: et dedit illis
ptatẽ curandi ĩfirmitates ⁊ eijciendi demo
nia: ⁊ iposuit simoni nomen petrus. Et ia
cobũ zebedei ⁊ ioannẽ frẽz iacobi: et iposu
it eis nomia boanerges: qd ẽ filij tonitrui.
Et andreã ⁊ philippũ ⁊ bartholomeum ⁊
mattheũ ⁊ thomã ⁊ iacobũ alphei ⁊ thade
uz ⁊ simonẽ chananeũ: ⁊ iudã scharioth q̃
et tradidit illũ. Et ueniũt ad domũ: ⁊ cõuenit
iterũ turba: ita ut nõ possẽt neqz panẽ man
ducare: et cũ audissẽt sui: exierũt tenẽ eũ. Di
cebãt.n. qm̃ i furorẽ uersus ẽ. Et scribe q̃ ab
hierosolymis descẽderãt: dicebãt qm̃ beel
zebub hz: et q: i pncipe demoniorũ eijcit de
monia: ⁊ cõuocatis eis i parabol' dicebat ill'.
Quõ põt sathanas sathanã eijcere: ⁊ si re
gnũ i se diuidatur: ñ põt regnũ illud stare.
Et si domꝰ sup semetipa disptiatur: ñ põt
domꝰ illa stare. Et si sathanas cõsurrexerit
i semetipm: dispti° ẽ: et nõ potit stare sed fi
nem hz. Nemo põt uasa fort' igressus i do
mũ diripe: nisi pus fortem alliget: et tũc do
mũ eius diripiet. Amẽ dico uob' qm̃ oia di
mittẽtur filijs hoiuz peccata ⁊ blasphemie
quibus blasphemauerunt. Qui autez bla
sphemauerit in spiritum sanctuz non habe
bit remissionem in eternum: sed reus erit e
terni delicti: qm̃ dicebãt spz imũdũ hz. Et
ueniũt mr̃ eiꝰ ⁊ frẽs: ⁊ foris stãtes miserũt ad
eũ: uocãtes eũ: ⁊ sedebat circa eũ turba: et
dicũt ei: Ecce mat' tua ⁊ frẽs tui foris q̃runt
te: ⁊ respondẽs eis ait: Que ẽ mr̃ mea ⁊ frẽs
mei? Et circũspiciẽs eos q̃ i circuitu eiꝰ sede
bãt ait: Ecce mr̃ mea ⁊ frẽs mei: q̃.n. fecerit
voluntatem dei: hic frat' meꝰ ⁊ soror mea
et mater est.

.IIII.

Et iterũ cepit docere ad mare: ⁊ cõgre
gata ẽ ad eũ turba multa: ita ut in na
ui ascẽdẽs sederet i mari: ⁊ omnis turba cir
ca mare super terrã erat: ⁊ docebat eos in
parabolis multa: ⁊ dicebat illis i doctrina
sua. Audite: Ecce exijt seminãs ad seminã
dũ: et dũ seminat: aliud cecidit circa uiã et
uenerũt uolucres celi ⁊ comederũt illud. A
liud v̾o cecidit sup petrosa ubi nõ hũit trã
multã: ⁊ stati exortũ ẽ qm̃ ñ habebat altitu
dinẽ tre: ⁊ qñ exortus ẽ sol exestuauit ⁊ eo
qđ nõ habebat radicẽ exaruit. Et aliud ce
cidit in spinas: ⁊ ascẽderũt spine: ⁊ suffoca
uerũt illud: ⁊ fructũ non dedit. Et aliud ce
cidit i terrã bonã et dabat fructũ ascẽdẽtez
⁊ crescẽtẽ: ⁊ afferebat unũ tricesimũ et unũ
sexagesimũ ⁊ unũ cẽtesimũ. ⁊ dicebat: Qui
hz aures audiẽdi audiat: ⁊ cũ eẽt singular'
itrogauerũt eũ hi q̃ cũ eo erãt duodeci pa
rabolã: ⁊ dicebat eis: Uob' datũ ẽ nosse my
steriũ regni dei: ill' ãt q̃ foris sũt: i parabol'
oia fiũt: ut uidẽtes uideãt ⁊ nõ uideãt: ⁊ au
diẽtes audiãt ⁊ ñ itelligãt: ne qñ cõuertãt et
dimittãt eis peccata. Et ait ill': Nescit' para
bolã hãc? Et quõ oẽs parabolas cognosce
tis: Qui semiat: v̾bũ semiat. Hi ãt sũt q̃ cir
ca uiã ubi semiat uerbũ: ⁊ cũ audierit cõfesti
uẽit sathanas ⁊ aufert v̾bũ qđ semiatũ ẽ in
cordibꝰ eorũ. Et hi sũt sil'iter q̃ sup petrosa
seminãt q̃ cũ audierit v̾bũ: stati cũ gaudio
accipiũt illud et ñ hñt radicẽ i se: sz tp̃ales
sũt: deide orta tribulatiõe et psecutiõe ppt
v̾bũ cõfesti scãdalizãt. Et alij sũt q̃ i spinis se
minãt: Hi sunt q̃ v̾bũ audiũt: et erũne se
culi et deceptio diuitiarũ et circa reliqua cõ
cupiscẽtie itroeũtes suffocãt v̾bũ: ⁊ siñ fruc
tu efficit: ⁊ hi sũt q̃ sup trã bonã semiati sũt:
q̃ audiũt v̾bũ ⁊ suscipiũt ⁊ fructificãt unũ
tricesimũ: unũ sexagesimũ: ⁊ unũ cẽtesimũ.
Et dicebat illis: Nũq̃d uẽit lucerna ut sub
modio ponat aut sub lecto? Nõne ut super
candelabrũ ponatur? Nõ est eni aliquid ab
sconditũz qđ non manifestetur: nec factũ ẽ
occultũ quod non ueniat in palã. Siquis
habet aures audiendi audiat. Et dicebat il
lis: Uidete quid audiatis: in qua mensura
mensi fueritis remetiet' uob': ⁊ adijciet' uob'.
Qui.n. hz dabit' illi: ⁊ q̃ ñ hz etiã qđ hz au
feret ab eo: ⁊ dicebat: Sic est regnũ dei quẽ
admodum si homo iaciat semẽtẽ in terrã ⁊

dormiat: ⁊ exurgat nocte ⁊ die: ⁊ semen ger
minet: et icrescat: dū nescit ille. Ultro. n. t̄ra
fructificat: p̄mū herbā: deīde spicā: deinde
plenū frumētuz ī spica. Et cuz ex se p̄duxe
rit fruct⁹ stati mittit falcē: qm̄ adest messis.
Et dicebat: Cui assimilabim⁹ regnum dei:
aut cui parabole ꝯparabim⁹ illud? Sicut
granū synapis qḋ cū semiatum fuerit ī t̄ra
min⁹ ē oib⁹ semib⁹ q̄ sūt ī t̄ra: ⁊ cū natū fue-
rit ascēdit ī arborē: ⁊ fit mai⁹ oib⁹ olerib⁹:
⁊ facit ramos magnos: ita ut possint sub ū
bra ei⁹ aues celi habitare: et talib⁹ m̄lt̄ pa
rabol' loq̄bat̄ eis v̄bū p̄ut poterant audire:
sine parabola āt n̄ loq̄bat̄ eis. Seōsū āt di
scipul' suis disserebat oīa: et ait ill' ī illa die
cū sero eēt fc̄z: trāseam⁹ ꝯtra: et dimittētes
t̄bā assumūt eū ita ut erat ī naui: et alie na
ues erāt cuz illo: et fc̄a ē p̄cella magna uēti:
et fluct⁹ mittebat ī naui: ita ut iplēt̄ nauis.
Et erat ip̄e ī puppi sup ceruical dōmiēs: et
excitāt eū: et dicūt illi: Magr̄: n̄ ad te p̄tiet:
q: perim⁹? Et exurgēs cōmiat⁹ ē uēto: et di
xit mari: Tace: obmutesce: et cessauit uēt⁹:
et fc̄a ē trāq̄llitas magna: et ait ill': Quid ti
midi estis? Necdū habetis fidē: et timuerūt ti
more magno. Et dicebāt ad alterutrū: Quis
putas ē iste: q: uēt⁹ ⁊ mare obediūt ei? ¶ V.

Et uenerūt trās fretuz maris ī regiōez ge
rasenorum. Et exeūti ei de naui stati
occurrit de monumētis hō ī sp̄u imūdo: q̄
domiciliū habebat ī monumentis: et neq3
catenis iā quisq̄ poterat eū ligare: qm̄ sepe
cōpedib⁹ ⁊ catenis uinctus: dirupisset cate
nas ⁊ ꝯpedes ꝯminuissz: ⁊ nemo poterat e
um domare: et sēp die ac nocte ī monumen
tis ⁊ ī mōtib⁹ erat clamās ⁊ concidēs se la-
pidib⁹. Uidēs aūt iesum a longe cucurrit ⁊
adorauit eū: et clamās uoce magna dixit:
Quid mihi ⁊ tibi iesu fili dei altissimi? Ad
iuro te p deū: ne me torqueas. Dicebat. n. il
li: Exi sp̄us immūde ab hoīe isto: et īt̄roga
bāt eū: Qḋ tibi nomē ē? Et dixit ei: Legio
mihi nomē est: q: m̄lti sum⁹: et d̄p̄cabat̄ eū
multū: ne se expellēt extra regiōez. Erat āt
ibi circa mōtē grex pōcorū magn⁹ pascēs in
agris: et deprecabantur eum spiritus dicē-
tes: Mitte nos ī porcos: ut ī eos īt̄roeam⁹.
Et concessit eis statim iesus: et exeūtes spi
rit⁹ immundi īt̄roierūt ī porcos: et magno
impetu grex precipitat⁹ est in mari ad duo
milia: ⁊ suffocati sunt ī mari. Qui autem
pascebāt eos fugerūt: et nunciauerunt in ci

uitatē ⁊ ī agros: et egressi sūt uidē q̄d eēt fa
ctū: et uenerūt ad iesū: et uidēt illū q̄ a demo
nio uexabat̄ sedētē uestitū ⁊ sane mentis ⁊
timuerūt: ⁊ narrauerūt ill' q̄ uiderant quali
t̄ factū eēt ei qui demoniū habuerat ⁊ d̄ pō
cis: et rogare cepūt eū: ut discedēt de finib⁹
eorū. Cūq3 ascēdēt naui: cepit illū dep̄cari
qui a demonio uexatus fuerat ut esset cuz
illo: et non admisit eū: sed ait illi: Uade in
domū tuā ad tuos: et annuncia illis quāta
tibi dn̄s fecerit: et mi̅s⁹ sit tui: et abijt et ce-
pit p̄dicare ī d̄capoli quāta sibi fecissz iesus
⁊ oēs mirabāt̄. Et cū ascēdisset iesus ī naui
rursus trās fretū ꝯuēit t̄ba m̄lta ad eū: et
erat circa mare. Et uēit q̄dā d̄ archisynago
gis noīe iayr⁹: et uidēs eū p̄cidit ad pedes e
i⁹ ⁊ dep̄cabat̄ eū m̄ltū dicēs: qm̄ filia mea ī
extremis ē: ueni ipone manū sup eā: ut sal
ua sit ⁊ uiuat. Et abijt cū illo: et seq̄bat̄ euz
t̄ba m̄lta: et cōp̄mebāt eū: et m̄lier q̄ erat in
p̄fluuio sāguinis ānis duodeci ⁊ fuerat m̄l
ta perpessa a complurib⁹ medicis: et eroga
uerat oīa sua: neq̄q̄ profecerat: sed mag̅
deteri⁹ habebat: cū audisset de iesu: uēit in
t̄ba retro: et tetigit uestimētū ei⁹. Dicebat. n.
quia si uel uestimētuz ei⁹ tetigero: salua ero.
et confesti siccat⁹ ē fōs sāguinis eius ⁊ sēsit
corpore quia sanata eēt a plaga: et stati ie-
sus ī semetip̄o cognoscens uirtutē q̄ exierat
de illo: conuersus ad t̄bā aiebat: Quis teti-
git uestimēta mea? Et dicebant ei discipuli
sui: Uides turbā ꝯprimētē te: et dic̄: q̄s me
tetigit? et circūspiciebat uidē eā q̄ hoc fece
rat. Mulier uero timēs et tremēs sciēs qḋ
fc̄z eēt ī se: uēit et p̄cidit añ eū et dixit ei om
nē ueritatē. Jlle āt dixit ei: Filia fides tua te
saluā fecit: uade ī pace: et esto sana a plaga
tua. Adhuc eo loq̄nte uēiūt nūcij ad archi
synagogū dicētes: q: filia tua mōtua ē: q̄d
ultra uexas magr̄z? Jesus āt audito uerbo
qḋ dicebat̄: ait archisynagogo: noli timere:
t̄m̄modo crede: et n̄ admisit quēq̄ se sequi:
nisi petrū ⁊ iacobū et ioānē fratrē iacobi.
Et ueniunt in domū archisynagogi. Et ui
dit tumultū et flentes ⁊ eiulantes multū: et
ingressus ait illis: Quid turbamini ⁊ plo-
ratis? Puella non est mortua sed dormit.
Et irridebant eum: ipse uero eiectis omni-
bus assumit patrem ⁊ matrē puelle: et qui
secum erant: et igrediuntur ubi puella erat
iacens ⁊ tenēs manū puelle ait illi: Thabi
thacumi: quod ē īt̄pretatū: puella tibi dico

surge. Et ꝯfestim surrexit puella ⁊ ambula
bat: erat aūt annoꝝ duodeciꝫ: ⁊ obstupue-
runt stupore magno. Et precepit illis vehe-
mēter: ut nemo id sciret: ⁊ iussit dare illi mā
ducare.

VI.

Et egressus inde abijt in patriā suaꝫ:
⁊ sequebant̄ eū discipuli sui. Et facto
sabbato cepit in synagoga docere: ⁊ multi
audientes admirabant̄ ī doctrina eiꝰ dicen
tes: Uñ huic hec oīa? Et q̄ ē sapiētia q̄ data
ē illi: ⁊ virtutes tales q̄ ꝑ manꝰ eiꝰ efficiunt̄?
Nonne hic ē faber filiꝰ marie: frat̄ iacobi ⁊
ioseph ⁊ iude ⁊ simōis? Nōne ⁊ sorores eiꝰ
hic nobiscū sūt? Et scādalizabāt̄ in illo. Et
dicebat illꝭ iesus: qꝛ n̄ ē ꝓpheta sine honore:
nisi ī patria sua ⁊ ī domo sua ⁊ ī cognatiōe
sua. Et n̄ potat ibi virtutē vllā facē nisi pau
cos īfirmos īpositꝭ manibꝰ curauit ⁊ mira-
bat̄ ꝓpt̄ īcredulitatē eoꝝ: ⁊ circuibat castel-
la ī circuitu docēs. Et uocauit duodecim: ⁊
cepit eos mittē binos: dabat illꝭ ꝑtatē spiri-
tuū imūdoꝝ. Et p̄cepit eis ne qd tollerent
in via nisi virgā tm̄: nō perā n̄ panē neqꝫ in
zona es sed calciatos sandalijs: ⁊ ne iduerēt
duabꝰ tunicꝭ. Et dicebat eis: Quocūqꝫ itro
ieritꝭ ī domū: illic manete donec exeatꝭ ide:
⁊ q̄cūqꝫ nō receperit uos nec audierit: exeū
tes inde excutite puluerē de pedibꝰ vr̄is ī te
stimoniū illis. Et exeūtes p̄dicabāt ut pn̄iā
agerēt: ⁊ dmonia mlta eijciebāt ⁊ ūgebāt o
leo mltos egros ⁊ sanabāt. Et audiuit rex
herodes: maīfestū. n. fcꝫ ē nomē eiꝰ: ⁊ dice-
bat: Quia ioānes baptista resurrexit a mō
tuis: ⁊ ꝓpterea uirtutes operant̄ ī illo. Alij
autē dicebāt qꝛ helias ē: alij vō dicebāt qꝛ
ꝓpheta ē q̄si unꝰ ex ꝓphetis. Quo audito
herodes ait: Quē ego decollaui ioānē hic
a mōtuis resurrexit. Ipse herodes misit ac
tenuit ioānē ⁊ uixit eū ī carcerē ꝓpt̄ herodi
adē uxorē philippi fratris sui: qꝛ duxerat e
ā. Dicebat. n. ioānes herodi: Nō licet t̄ ha-
bere uxorē fratris tui. Herodias autē īsidi
abatur illi: ⁊ uolebat occidere euꝫ nec pote
rat. Herodes aūt metuebat ioānē sciēs euꝫ
uirū iustū ⁊ sāctū ⁊ custodiebat eū: ⁊ audi-
to eo mlta faciebat: ⁊ libēt̄ eum audiebat.
Et cū dies opportunus accidisset: herodes
natalis sui cenam fecit principibus ⁊ tribu
nis ⁊ primis galilee. Cumqꝫ introisset filia
ipsiꝰ herodiadis ⁊ saltasset ⁊ placuisset he-
rodi simulqꝫ ācūbētibus: rex ait puelle: Pe
te a me qd̄ uis ⁊ dabo tibi: ⁊ iurauit illi: qꝛ
q̄cq̄d petierꝭ dabo tibi: lꝫ dimidiū rēgni mei.
Que cū exijsset dixit mr̄i sue: Quid petā? at
illa dixit: Caput ioānis baptiste: cūqꝫ itrois
set stati cū festinatiōe ad regē: petiuit dicēs:
Uolo ut ꝓtinꝰ des mihi ī disco caput ioan
nis baptiste. Et ꝯtristatꝰ ē rex: ꝓpt̄ iusiuran
dū ⁊ ꝓpt̄ silꝭ discūbetes noluit eā ꝯtristare:
sꝫ misso spiculatore p̄cepit afferri caput eiꝰ
ī disco: et decollauit eū ī carcere ⁊ attulit ca
put eiꝰ ī disco: ⁊ dedit illud puelle: ⁊ puella d
dit mr̄i sue. Quo audito discipuli eiꝰ uene-
rūt ⁊ tulerūt cōpꝰ eiꝰ: ⁊ posuerūt illud in mo
numēto. Et cōuenietes apl̄i ad iesū renuncia
uerūt ei oīa q̄ egerāt ⁊ docuerāt: et ait illis:
Uenite seōsū ī d̄ſtū locū: et req̄escite pusil
lū. Erāt. n. q̄ ueniebāt ⁊ rediebāt mlti: ⁊ nec
spatiū mādu cādi habebāt: ⁊ ascēdētes ī na
ui abierūt ī desertū locū seorsū: et uiderūt e
os abeūtes: ⁊ cognouerūt mlti ⁊ pedestres
de oībꝰ ciuitatibꝰ currerūt illuc ⁊ p̄uenerūt
eos. Et exiēs uidit turbā mltā iesus ⁊ mis-
tꝰ ē sup eos qꝛ erāt sicut oues n̄ hn̄tes pasto
rē: ⁊ cepit illos docē mlta: et cū iā hora ml-
ta fieret: accesserūt discipuli eiꝰ dicētes: De
sertꝰ est locꝰ hic: ⁊ iā hora p̄terijt: dimitte il
los: ut eūtes ī ꝓximas uillas ⁊ uicos emāt
sibi cibos quos mādu cēt. Et rn̄dēs ait illꝭ:
Date illis mādu care: et dixerūt ei: Euntes
emamꝰ ducētꝭ denarijs panes: ⁊ dabimꝰ illꝭ
mādu care: et dixit eis. Quot panes habe-
tꝭ? Ite ⁊ uidete: et cū cognouissēt dicūt: quī
Dn̄e dimitte illā ⁊ hoc āno usq̧dū fodiam
circa illā ⁊ mittā stercora. Et siq̄dez fecerit
fructū: sin aūt i futuꝝ succides eā. Erat āt
docēs in synagoga eoꝝ sabbatis. Et ecce mu
lier q̄ habebat spm infirmitatis annis decē ⁊
octo: ⁊ erat inclinata: nec oio poterat sursū re
spicē. Quā cū uidēt iesus: vocauit eā ad se:
⁊ ait illi: Mulier dimissa es ab infirmitate
tua. Et iposuit illi manus: ⁊ ꝯfesti erecta ē: et
glorificabat deū. Rn̄dēs āt archisynagogus
indignās qꝛ sabbatis curasset iesus: dicebat
turbe: Sex dies sūt i qbus oportet opari. In

his ergo veīte ⁊ curamini: ⁊ n̄ i die sabbati.
Rn̄dens autē ad illū dn̄s dixit: Hypocrite
vnusq̄sq̧ vr̄m sabbato nō soluit bouē suū
aut asinū a p̄sepio ⁊ ducit adaquare? Hanc
aūt filiā abrae quā alligauit sathanas ecce
decē ⁊ octo annis n̄ oportuit solui a vīculo
isto die sabbati? Et cū hec dicēt: erubesce-
bāt ōes aduersarij eius: ⁊ ois ppl̄s gaudebat
i vniuersis q̄ gloriose fiebāt ab eo. Dicebat
ergo: cui sil̄e ē regnū dei: ⁊ cui sil̄e estimabo
illud? Sil̄e ē grano sinapis: qd̄ acceptuz hō
misit i hortū suū ⁊ creuit: ⁊ factū ē i arborē
magnā: ⁊ volucres celi reqeuerūt i ramis eius.
Et iterū dixit: Cui sil̄e estimabo regnū dei?
Simile ē fermēto qd̄ acceptū mulier abscō
dit i farine sata tria: donec fermētaret totū.
Et ibat ꝑ ciuitates ⁊ castella docēs: ⁊ iter fa
ciens in irl̄m. Ait aūt illi q̄dā: Dn̄e si pauci
sūt q̄ saluāt? Ipe aūt dixit ad illos: Cōtēdi-
te intrare ꝑ angustā portā: qꝛ m̄lti dico uob
q̄rent intrare ⁊ nō poterunt. Cū aūt intra-
uerit pr̄familias ⁊ clauserit ostiū: incipietis
foris stare: ⁊ pulsare ad ostiū dicētes: dn̄e api
nobis: ⁊ rn̄dēs dicet uob: Nescio vos vnde
sitis. Tūc icipietis dicē: MādAucauim9 corā
te ⁊ bibimus: ⁊ i plateis nr̄is docuisti. Et di-
cet uobis: Nescio vos vn̄ sitis. Discedite a
me ōes opar̄ij iniq̄tatis: ibi erit fletus ⁊ stri-
dor dentiū: cū uideritis abraam ⁊ isaac ⁊ ia
cob ⁊ ōes ꝓphetas i regno dei: vos āt expel
li foras. Et venīēt ab oriēte ⁊ occidēte ⁊ aq̄-
lone ⁊ austro: ⁊ accūbent i regno dei. Et ec-
ce sunt nouissimi q̄ erāt p̄mi: ⁊ sūt p̄mi qui
erāt nouissimi. In ipsa die accesserūt q̄daz
phariseorū dicētes illi: Exi ⁊ vade hic quia
herodes vult te occidē. Et ait illis: Ite ⁊ di
cite vulpi illi: Ecce eijcio demonia ⁊ sanita
tes ꝑficio hodie ⁊ cras: ⁊ t̄tia die cōsumor.
Uerūtn̄ oportet me hodie ⁊ cras ⁊ sequenti
die ābulare: qꝛ n̄ capit ꝓphetā perire extra
hierusalem. Hierusalem hierusalem que
occidis prophetas ⁊ lapidas eos qui mit-
tunt ad te: quotiens uolui congregare fili
os tuos: quēadmodū auis nidū suū sub pē
nis: ⁊ noluisti. Ecce relinquet vobis domus
vr̄a dēsta. Dico āt vob: qꝛ n̄ uidebitis me: do-
nec vēiaz cū dicetis: bn̄dict9 q̄ vēit i noīe dn̄i.
.XIIII.

Et factū ē cū itroisset iesus i
domū cuiusdā p̄ncipis phariseoꝝ sab-
bato manducare panē: ⁊ ipsi obseruabant
eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat
ante illum. Et respondens iesus dixit ad

legisptos ⁊ phariseos dicens: Si lz sabba-
to curare? At illi tacuerūt. Ipe vo apphensū
sanauit eū: ac dimisit. Et rūdēs ad illos di-
xit: Cui⁹ vm asin⁹ aut bos in puteū cadet:
⁊ nō ɔtinuo extrahet illū die sabbati? Et n̄
poterāt ad hec rūdē illi. Dicebat āt ⁊ ad in
uitatos pabolā: intēdens quō primos accu
bit⁹ eligerēt: dicēs ad illos: Cū inuitat⁹ fue-
ris ad nuptias: nō discūbas i pmo loco: ne
forte honoratior te sit inuitat⁹ ab illo: ⁊ ve
niens is q̄ te ⁊ illū vocauit: dicat tibi da hu
ic locū: ⁊ tūc icipias cū rubore nouissimū
locū tenē. Sed cū vocat⁹ fueri: vade recūbe
in nouissimo loco: ut cū uenerit q̄ te inuita-
uit dicat tibi: Amice ascēde supi⁹: Tūc erit
tibi glīa corā simul discūbentib⁹: q2 ois q̄ se
exaltat hūiliabit: ⁊ q̄ se humiliat exaltabit.
Dicebat aūt ⁊ ei q̄ se iuitauerat: Cū fac̄ prā
diū aut cenā: noli vocare amicos tuos ne-
q3 fratres tuos neq3 cognatos neq3 vicios
neq3 diuites: ne forte ⁊ ipi te r̄inuitēt: ⁊ fiat
tibi retributio. S3 cū fac̄ ɔuiuiū: voca pau
pes debiles claudos ⁊ cecos ⁊ beat⁹ eris: q2
n̄ hn̄t retribuē tibi. Retribuet. n. tibi i r̄sur-
rectione iustoꝝ. Hec cū audisset q̄daz de si-
mul discūbentib⁹ dixit illi: Beat⁹ q̄ mandu
cabit panē i regno dei. At ipse dixit ei: Hō
q̄dā fecit cenā magnā: ⁊ vocauit multos: et
misit seruū suū hora cene dicē inuitat̄ ut ve
nirent: q2 iā pata sūt oia. Et ceperūt simul
oēs excusare. Prim⁹ dixit ei: Uillam emi: ⁊
necesse habeo exire ⁊ uidē illā: rogo te ha-
be me excusatū. Et alt̄ dixit: Iuga boū emi
q̄nq3: ⁊ eo pbare illa: rogo te habe me ex-
cusatū. Et ali⁹ dixit: Uxorē duxi: ⁊ ideo nō
possū venire. Et r̄uersus seru⁹ nūciauit hec
dn̄o suo. Tūc irat⁹ pr̄familias dixit seruo
suo: Exi cito in plateas ⁊ vicos ciuitatis: ⁊
paupes ac debiles ⁊ cecos ⁊ claudos intro
duc huc. Et ait seru⁹: Dn̄e factū ē ut ipasti:
⁊ adhuc loc⁹ ē. Et ait dn̄s suo: Exi i vias et
sepes ⁊ cōpelle intrare: ut ipleat dom⁹ mea.
Dico āt vobis: q̄ nemo viroꝝ illoꝝ q̄ uoca
ti sūt gustabit cenā meā. Ibāt aūt turbe mt̄
te cū eo: ⁊ ɔuersus dixit ad illos: Siq̄s ve-
nit ad me ⁊ n̄ odit patrē suū ⁊ matrē ⁊ vxo
rem ⁊ filios et fratres et sorores: adhuc āt
et animā suā: nō pōt meus esse discipulus.
Et qui nō baiulat crucem suam et venit p⁹
me: non potest meus esse discipulus. Quis
enim ex uobis uolens turrim edificare: nō-
ne prius sedēs cōputat sūptus q̄ necessarij

sunt: si habeat ad pficiendū: ne postq̄ posu
erit fundamētū: ⁊ nō potuerit pficē: oes q̄
vidēt incipiant illudere ei dicentes: q̄a hic
hō cepit edificare ⁊ non potuit cōsumare?
Aut quis rex iturus cōmittere bellū aduer-
sus aliū regem: non sedens prius cogitat si
possit cū decem milibus occurrere ei: q̄ cū
viginti milib⁹ venit ad se? Alioquin adhuc
illo longe agēte: legationē mittens rogat ea
que pacis sunt. Sic ergo ois ex vobis q̄ nō
renūciat oīb⁹ q̄ possidet: n̄ pōt me⁹ eē disci-
pulus. Bonū ē sal. Si aūt sal euanuerit: in
quo condiet? Neq3 i terrā neq3 i sterq̄liniū
vtile est: sed foras mittet. Qui habet aures
audiendi audiat. C.XV.

ERant aūt appropinquantes ei publi-
cani ⁊ pctōres: ut audirēt illū: ⁊ mur
murabant pharisei ⁊ scribe dicentes: quia
hic pctōres recipit ⁊ manducat cū illis. Et
ait ad illos pabolā istam dicens: Quis ex
vob̄ hō q̄ h3 centū oues: ⁊ si pdiderit vnam
ex illis: nōne dimittit nonagitanouē i dsto
⁊ vadit ad illā q̄ pierat donec iuēiat eā? Et
cū inuenerit eā: iponit i humeros suos gau
dēs ⁊ veniēs domū cōuocat amicos ⁊ vici-
nos dicēs ill̄: Cōgratulamini mihi: q2 iueni
ouē meā q̄ pierat. Dico uob̄: q̄ ita gaudiū
erit i celo sup vno pctōre pn̄iam agente: q̄
super nonagitanouē iust̄ q̄ n̄ indigēt pn̄ia.
Aut q̄ mlier hn̄s drachmas decē: si pdide
rit drachmā vnā: nōne accēdit lucernā ⁊ ev
rit domū ⁊ q̄rit diligēt: donec iuēiat eā? Et
cū iuenerit: ɔuocat amicas ⁊ vicinas: dicēs:
Cōgratulamini mihi: q2 inueni drachmā
quā pdiderā. Ita dico vob̄: gaudiū erit co-
rā āgel̄ dei sup vno pctōre pn̄iā agēte. Ait
āt: Hō q̄dā habuit duos filios: ⁊ dixit ado
lescētior ex ill̄ pr̄i: Pr̄ da mihi portionē sub
stātie q̄ me cōtigit. Et diuisit ill̄ subām. Et
nō p⁹ multos dies: ɔgregat̄ oib⁹ adolescen-
tior fili⁹ pegre pfect⁹ ē i regionē longiquā ⁊
ibi dissipauit subam suā viuēdo luxuriose.
Et p⁹q̄ oia ɔsumasset: facta ē fames valida
in regiōe illa: et ipe cepit egē: ⁊ abijt ⁊ adhe-
sit vni ciuiū regionis illi⁹: et misit illū in uil
lam suā ut pasceret porcos: et cupiebat iplē
ventrē suū de siliq̄s q̄s porci mādncabāt: ⁊
nemo illi dabat. In se autē reuersus dixit:
Quāti mercenarij i domo pr̄is mei abūdāt
panib⁹: ego āt hic fame pereo. Surgā ⁊ ibo
ad patrē meū: ⁊ dicā ei: Pr̄ peccaui i celū et
corā te: iam nō sū dign⁹ vocari fili⁹ tu⁹: fac

me sicut vnū d̄ mercenarijs tuis. Et surgēs
venit ad patrē suū. Cū aūt adhuc lōge eēt:
vidit illū pat̄ ipsi⁹: ⁊ misericordia mot⁹ ē: ⁊ ac
currēs cecidit sup collū ei⁹: ⁊ osculat⁹ ē eū.
Dixitq̧ ei fili⁹: Pat̄ peccaui ī celū ⁊ corā te:
iā ñ sū dign⁹ uocari fili⁹ tu⁹. Dixit aūt pr̄ ad
suos suos: Cito pferte stolā p̄mā: ⁊ īduite
illū: ⁊ date ānulū ī manu ei⁹: ⁊ calciamēta in
pedes ei⁹: ⁊ adducite vitulū saginatū ⁊ occi
dite: ⁊ māducem⁹ ⁊ epulemur: q: hic filius
me⁹ mortu⁹ erat ⁊ reuixit: perierat ⁊ iuent⁹
ē: Et ceperunt epulari. Erat āt fili⁹ ei⁹ senior ī
agro. Et cū ueniret ⁊ appropinq̄ret domui:
audiuit symphoniā ⁊ chor̄: ⁊ uocauit vnū
de suis: ⁊ īterrogauit q̄d hec eēnt. Isq̧ dixit
illi: Frat̄ tu⁹ vēit: ⁊ occidit pr̄ tu⁹ vitulū sagi
natū: q: saluū illū recepit. Indignat⁹ ē autē
⁊ nolebat ītroire. Pr̄ ergo illi⁹ egressus ce
pit rogare illū. At ille r̄ndens dixit pr̄i suo:
Ecce tot ānis suio tibi: ⁊ nūq̄ mādatū tuū
p̄teriui: ⁊ nūq̄ dedisti mihi hedū ut cū ami
cis meis epularer. Sed p⁹q̄ fili⁹ tu⁹ hic qui
deuorauit substantiā suā cū meretricib⁹ ue
nit: occidisti illi vitulū saginatū. At ipse di
xit illi: Fili tu semp mecū es: ⁊ oīa mea tua
sūt. Epulari aūt ⁊ gaudere oportebat: quia
frater tu⁹ hic mortu⁹ erat: ⁊ reuixit: p̄ierat:
⁊ inuentus est.

.XVI.

Dicebat aūt ⁊ ad discipulos suos: Hō q̄
dā erat diues qui habebat villicū: et
hic diffamat⁹ est apd̄ illū: quasi dissipasset
bona illius. Et uocauit illū: ⁊ ait illi: Quid
hoc audio de te? Redde rationē uillicatōis
tue. Iā.n. nō poteris villicare. Ait aūt vil
lic⁹ intra se: Quid faciā: q: dn̄s me⁹ aufert
a me villicationē? Fodere nō ualeo: mendi
care erubesco. Scio q̄d faciā: ut cū amotus
fuero a villicatione: recipiāt me ī domos su
as. Cōuocatis itaq̧ singul' debitōib⁹ dn̄i sui:
dicebat p̄mo: Quantū debes dn̄o meo? At
ille dixit: Centū cados olei. Dixitq̧ illi: Ac
cipe cautionē tuam: ⁊ sede cito scribe q̄nq̄
gita. Deinde alio dixit: Tu v̄o q̄ntū debes?
Qui ait: Centū choros tritici. Ait illi: Ac
cipe lr̄as tuas: ⁊ scribe octogīta: ⁊ laudauit
dn̄s villicū iniq̄tatis q: prudēt̄ fecisset: q: filij
hui⁹ seculi prudētiores filijs lucis ī genera
tione sua sūt. Et ego vob̄ dico: Facite vob̄
amicos de māmōa iniq̄tatis: ut cū defeceritis:
recipiāt vos ī et̄na tabernacl'a. Qui fidel' ē
ī minimo: ⁊ ī maiōi fidel' ē: ⁊ q̄ ī modico ini
qu⁹ ē: ⁊ ī maiori iniqu⁹ ē. Si ergo ī iniq̄ mā
mona fideles nō fuistis: qd̄ verū ē q̄s credet
vob̄? Et si ī alieō fideles ñ fuistis: qd̄ vr̄m est:
q̄s dabit uob̄? Nemo s̄u⁹ pōt duobus dn̄is
s̄uire. Aut .n. vnū odiet: ⁊ alter̄ diliget: aut
vni adherebit: ⁊ alter̄ ɔtēnet. Nō potestis
deo s̄uire ⁊ māmone. Audiebāt āt oīa hec
pharisei q̄ erāt auari: ⁊ deridebant illū. Et
ait ill': Uos estis q̄ iustificatis vos corā hōib⁹:
de⁹ aūt nouit corda vr̄a: quia qd̄ hōibus al
tū ē: abomiatio ē an̄ deū. Lex ⁊ p̄phete vsq̧
ad ioān̄ē: ex eo regnū dei euāgelizat: ⁊ oīs ī
illud vim facit. Facili⁹ ē aūt celū ⁊ terrā pre
terire: q̄ de lege vnū apicē cadere. Oīs q̄ di
mittit vxorē suā: ⁊ alterā ducit: mecchat: et
q̄ dimissā a viro ducit mecchat. Hō q̄dam
erat diues q̄ induebat̄ purpura ⁊ bysso: ⁊
epulabat̄ q̄tidie splēdide. Et erat q̄dā mēdi
cus noīe lazar⁹: q̄ iacebat ad ianuā ei⁹ vlce
rib⁹ plen⁹: cupiēs saturari de micis q̄ cadebāt
de mēsa diuitis: ⁊ nemo illi dabat. Sed ⁊ ca
nes vēiebāt: ⁊ ligebāt vlcera ei⁹. Factū ē aūt
ut moreret̄ mēdic⁹: ⁊ portaret̄ ab āgelis ī si
nū abrae. Mortu⁹ ē aūt ⁊ diues: ⁊ sepult⁹
ē in inferno. Eleuās aūt oculos suos cū eēt
in tormentis: vidit abraā longe ⁊ lazarū in
sinu ei⁹: ⁊ ipse clamās dixit: Pater abraā
miserē mei: ⁊ mitte lazarū ut intingat extre
mū digiti sui ī aquā: ut refrigeret linguam
meam: q: crucior in hac flāma. Et dixit illi
abraā: Fili recordare q: recepisti bona ī vi
ta tua: ⁊ lazar⁹ silit̄ mala. Nūc aūt hic cōso
lat: tu v̄o cruciaris. Et ī his ōibus int̄ nos ⁊
vos chaos magnū firmatū ē: ut hi q̄ uolūt
hic trāsire ad vos nō possint: neq̧ īde huc
trāsmeare. Et ait: Rogo ergo te pr̄: ut mit
tas eū in domū patris mei. Habeo.n. q̄nq̧
fratres: ut testet̄ illis: ne ⁊ ipi veniant ī huc
locū tormentorū. Et ait illi abraā: Habent
moysen ⁊ p̄phetas: audiant illos. At ille di
xit: Non pater abraam: sed siquis ex mor
tuis ierit ad eos penitentiā agent. Ait aūt
illi: Si moysen ⁊ prophetas non audiunt:
neq̧ siquis ex mortuis resurrexerit credēt.

.XVII.

ET ait ad discipulos suos: Impossibi
le est ut nō ueniāt scandala. Ue autē
illi p quē veniūt. Utilius est illi si lapis mo
laris iponat̄ circa collū ei⁹: ⁊ p̄iciat̄ ī mare:
q̄ ut scādalizet vnū de pusillis istis. Attēdi
te vob̄. Si peccauerit ī te frat̄ tu⁹: īcrepa il
lū: ⁊ si p̄niaz egerit dimitte illi: et si septies
in die peccauerit ī te: ⁊ septies ī die ɔuersus

fuerit ad te dicens: penitet me: dimitte illi.
Et dixerūt aplī dño: Adauge nobꝭ fidē. Dixit
aūt dñs: Si habueritis fidē sicͭ granū sina-
pis diceṫ huic arbori moro: eradicare ⁊ trās
plantare ī mare: ⁊ obediet uobꝭ. Quis autē
vrm hñs seruū arantē aut pascentē boues:
ꝗ regresso de agro dicat illi stati trāsi ⁊ recū
be: ⁊ ñ dicͭ: para ꝙ cenē ⁊ ꝑcinge te ⁊ ministra
mihi donec māducē ⁊ bibā: ⁊ pꝰ hec tu mā
ducabꝭ ⁊ bibes? Nūqd grāz hȝ suo illi: qꝛ fe
cit q̄ ei ipauerat? Nō puto. Sic ⁊ vos cū fe-
ceriṫ oīa q̄ ꝑcepta sūt uobꝭ dicite: Serui iutiles
sumꝰ: qd̄ debuimꝰ facē fecimꝰ. Et factū ē
dū iret ī irlm: trāsibat ꝑ mediā samariā ⁊
galileā. Et cū igredeṙ q̄ddā castellū: occurre
runt ei decē uiri leprosi: qui steterunt a lon-
ge: ⁊ leuauerūt vocē dicētes: Jesu ꝑceptor
miserē nr̄i. Quos ut uidit dixit: Jte ostēdi-
dite uos sacerdotibꝰ. Et factū ē dū irēt: mū
dati sūt. Unꝰ aūt ex illis ut uidit qꝛ mūdatꝰ
est: regressus ē cū magna uoce magnificans
deū. et cecidit ī faciē añ pedes eiꝰ: grās agēs.
Et hic erat samaritanꝰ. Rñdēs āt iesus di-
xit: Nōne decē mūdati sṫ? Et nouē ubi sūt?
Nō ē inuētꝰ q̄ rediret: ⁊ daret gl'iā deo: nisi
hic alienigena. Et ait illi: Surge uade: qꝛ fi-
des tua te saluū fecit. Jnterrogatꝰ āt a phari
seis qñ uenit regnū dei: rñdēs eis dixit: Nō
ueniet regnū dei cū obꝯuatiōe: neqꝫ dicent
ecce hic aut ecce illic. Ecce. n. regnū dei itra
vos ē. Et ait ad discipulos suos: Uenīēt di
es qñ desidereṫ uidē unū diē filij hōis: ⁊ nō
uidebiṫ. Et dicēt uobꝭ: Ecce hic ⁊ ecce illic.
Nolite ire: neqꝫ sectemini. Nā sicͭ fulgur co
ruscās de sub celo ī ea q̄ sub celo sūt fulget:
ita erit filꝰ hōis ī die sua. Primū āt opōtet
illū multa pati: ⁊ reprobari a generatione
hac. Et sicͭ factū ē ī diebꝰ noe: ita erit ⁊ ī die-
bus filij hōis. Edebāt ⁊ bibebāt: uxōes du
cebāt: ⁊ dabanṫ ad nuptias: usqꝫ ī diē q̄ itra
uit noe in archā: ⁊ uenit diluuiū ⁊ perdidit
ōes. Siliṫ sicut factū ē ī diebꝰ loth: Edebāt
⁊ bibebāt: emebāt ⁊ uēdebāt: plantabant ⁊
edificabāt. Qua die āt exijt loth a sodōis.
pluit ignem ⁊ sulphur de celo: ⁊ omnes per
didit. Scdm̄ hec erit qua die filius hōis
reuelabitur. Jn illa hora q̄ fuerit in tecto et
uasa eius in domo: ne descēdat tollere illa:
⁊ qui in agro similiṫ non redeat retro. Me-
mores estote uxoris loth. Quicū quesierit
animā suā saluam facere perdet illam. Et q̄
cūqꝫ ꝑdiderit illā: viuificabit eā. Dico uobꝭ:
in illa nocte erunt duo in lecto uno: vnus
assumetur ⁊ alṫ relinqueṫ. Due erūt molen
tes in vnū: vna assumeṫ ⁊ altera relinqueṫ.
Duo in agro: vnus assumeṫ ⁊ alter relinqṫ.
Respōdentes dicūt illi: Ubi domine? Qui
dixit illis: Ubicūqꝫ fuerit corpus: illuc cō-
gregabunṫ ⁊ aquile.

.XVIII.

Dicebat autem parabolā ad illos: qm̄
oportet semꝑ orare ⁊ non deficere: di-
cens: Judex quidā erat in quadā ciuitate: q̄
deū non timebat: ⁊ hominē non reuerebaṫ.
Uidua aūt quedā erat in ciuitate illa: ⁊ ve-
niebat ad eū dicens: Uindica me de aduer-
sario meo: et nolebat ꝑ multū tp̄s. Pꝰ hec
aūt dixit itra se: Et si deū ñ timeo nec hōiē
reuereor: tñ qꝛ molesta ē mihi hec uidua vi-
dicabo illā: ne ī nouissimo veniēs suggillet
me. Ait aūt dñs: Audite qd̄ iudex iniqtaṫ
dicͭ: Deꝰ aūt nō faciet uidictā electoꝝ suoꝝ
clamantiū ad se die ac nocte: ⁊ patientiā ha
bebit ī illis? Dico aūt uobꝭ: qꝛ cito faciet vin
dictā illoꝝ. Uerūtñ filꝰ hōis veniēs: putas
inueniet fidē in tra? Dixit aūt ⁊ ad q̊sdā q̄ ī
se ꝯfidebāt tāq̄ꝫ iusti: ⁊ aspnabāṫ ceťos: ꝑa-
bolā istā dicēs: Duo hōies ascēdebāt ī tem
plū ut orarēt: vnꝰ pharisēꝰ ⁊ alṫ publicanꝰ.
Pharisēꝰ stās: hec apud se orabat. Deꝰ grās
ago tibi: qꝛ ñ sū sicͭ ceteri hōiuȝ raptores in
iusti adulteri: velut etiā hic publicanꝰ. Ieiu
no bis ī sabbato: decimas do oīuȝ q̄ possido.
Et publicanꝰ a lōge stās nolebat nec oc'los
ad celū leuarē: sed ꝑcutiebat pectꝰ suū dicēs:
Deꝰ ꝓpitiꝰ esto mihi peccori. Dico uobꝭ descē
dit hic iustificatꝰ ī domū suā ab illo: qꝛ oīs
q̄ se exaltat hūiliabiṫ: ⁊ q̄ se hūiliat exaltabi
tur. Afferebāt aūt ad eū ⁊ īfantes: ut eos tā
geret: Qd̄ cū viderēt discipl'i īcrepabant il-
los. Jesus āt ꝯuocās illos dixit: Sinite pu
eros vēire ad me: ⁊ nolite vetare eos. Taliū
est. n. regnū dei. Amē dico uobꝭ: q̄cūqꝫ non
accepit regnū dei sicut puer: ñ ītrabit ī illō
Et ītrogauit eū q̄dā ꝑnceps dicēs: Mgr̄ bo
ne: qd̄ faciēs vitā etnā possidebo? Dixit aūt
ei iesus: Quid me dicis bonū? Nemo bonꝰ
nisi solus deꝰ. Mādata nosti: Nō occides:
nō mecchaberiṡ: ñ furtū facies: nō falsū testi
moniū dices: honora patrē tuū ⁊ matrem.
Qui ait: hec oīa custodiui a iuuētute mea.
Quo audito iesus ait ei: Adhuc vnū tibi
deest: Oīa q̄cūqꝫ hēs vende ⁊ da paupibꝰ:
⁊ hēbis thesauꝝ ī celo: ⁊ vēi seq̄re me. His
ille audiṫ ꝯtristatꝰ est: qꝛ diues erat ualde.

Uidēs aūt iesus illū tristē factum: dixit: q̄
difficile q̄ pecunias hn̄t i regnū dei itrabūt.
Facili⁹ ē eīz camelū p foramē acus transire:
q̄ diuitē intrare i regnū dei. Et dixerūt qui
audiebāt. Et q̄s pōt saluꝰ fieri? Ait ill': Que
iposſibilia sūt apȯ hoīes: possibilia sūt apȯ
deū. Ait aūt petr⁹: Ecce nos dimisim⁹ oīa ꝛ
secuti sum⁹ te. Qui dixit eis: Amē dico uo
bis: nemo ē q̄ reliq̄t domū aut parētes aut
fratres aut uxorē aut filios ꝓpt regnū dei ꝛ
n̄ recipiat mlto plra i hoc tpe: ꝛ i seclo futo
vitā eterrā. Assūpsit āt iesus duodeci: ꝛ ait
illis: Ecce ascēdim⁹ hierosolymā: ꝛ ꝯsuma
bunt oīa q̄ scripta sūt p ꝓphetas de filio ho
minis. Tradet. n. gētib⁹ ꝛ illudet: ꝛ flagella-
bit ꝛ ꝯspuet: ꝛ p⁹ q̄ flagellauerit occidēt eū:
ꝛ die tr̄ia resurget. Et ipi nihil hoꝝ itellexe
rūt. Et erat v̄bū istud abscōditū ab eis: ꝛ n̄
intelligebāt q̄ dicebāt. Factū ē āt cū appro-
pinq̄ret hiericho: cec⁹ q̄dā sedebat sec⁹ uiaꝫ
mēdicās. Et cū audiret t̄bā p̄teuntē: intro-
gabat q̄d hoc eēt. Dixeīt āt ei: q̄ iesus naza
ren⁹ trāsiret. Et clamauit dicēs: Jesu fili da
uid miserē mei. Et q̄ p̄ibāt increpabant eū
ut taceret. Ipse uero multo magis clama-
bat: fili dauid miserē mei. Stans aūt iesus
iussit illū adduci ad se. Et cū appropinq̄sset
interrogauit illū dicens: Quid tibi uis fa-
ciam? At ille dixit: Dn̄e ut uideā. Et iesus
dixit ei: Respice. Fides tua te saluum fecit.
Et confestim uidit: ꝛ sequebatur illum ma-
gnificans deū. Et omnis plebs ut uidit: de-
dit laudem deo.

.XIX.

ET ingressus pāblabat hiericho. Et
ecce uir noīe zache⁹: ꝛ hic p̄nceps erat
publicanoꝝ: ꝛ ipse diues. Et querebat vi-
dere iesū q̄s esset: ꝛ nō potat p̄ turba: quia
statura pusill⁹ erat. Et p̄currēs ascēdit in ar
borē sycomoꝝ ut vidēt eū: q: inde erat trāsi
tur⁹. Et cū venisset ad locū: suspiciēs iesus
vidit illū: ꝛ dixit ad eū: zachee festinās dscē-
de: q: hodie i domo tua oportet me manei.
Et festinās descēdit: ꝛ excepit illuꝫ gaudēs.
Et cū viderēt oēs murmurabāt dicētes: q̄
ad hoīeꝫ pccorē diuertisset. Stās āt zache⁹
dixit ad iesū: Ecce dimidiū bonoꝝ meoruꝫ
dn̄e do paupib⁹: ꝛ siq̄d aliquē defraudaui
reddo q̄druplū. Ait iesus ad eū: Quia ho-
die salus domui huic facta ē: eo q̄ ꝛ ipe fili⁹
sit abrae. Ueīt. n. fili⁹ hoīs q̄rere ꝛ saluū fa
cē qȯ pierat. Hec ill' audiētib⁹ adijciēs dixit
ꝑabolā: eo q̄ eēt ꝓpe irl'm: ꝛ q: existimaret:
q̄ ꝯfesti regnū dei manifestaret. Dixit ergo:
Hō q̄dā nobilis abijt i regionē lōginquā ac
cipe sibi regnū ꝛ reuerti. Uocatꝭ āt decē ser
uis suis: dedit eis decē mnas: ꝛ ait ad illos:
Negociamini dū vēio. Ciues āt ei⁹ oderant
eū: ꝛ miseīt legationē p⁹ illū dicētes: Nolu-
m⁹ hūc regnare sup nos. Et factū ē ut redi
ret accepto regno: ꝛ iussit uocari seruos q̄b⁹
dedit pecuniā: ut sciret quantū q̄sq̄ꝫ negoci
at⁹ eēt. Ueīt aūt p̄m⁹ dicens: Dn̄e: mna tua
decē mnas acq̄siuit. Et ait illi: Euge bone s
ue: q: i modico fuisti fidelis: eris p̄tatē hn̄s
supra decē ciuitates. Et alt̄ vēit dicēs: Dn̄e:
mna tua fecit q̄nq̄ꝫ mnas: ꝛ huic ait: Et tu
esto sup q̄nq̄ꝫ ciuitates. Et alt̄ vēit dicens:
Dn̄e: ecce mna tua: quā habui repositā i su
dario. Timui. n. te: q: hō auster⁹ es: tollis
qȯ nō posuisti: ꝛ metꝭ qȯ n̄ seminasti. Dixit
ei: De ore tuo te iudico sue neq̄. Sciebas
q̄ ego hō auster⁹ sum: tollēs qȯ nō posui: ꝛ
metēs qȯ nō seminaui. Et q̄re nō dedisti pe
cuniā meā ad mensā: ꝛ ego veniēs cū vsuri
vtiq̄ꝫ exegissem illud. Et astātib⁹ dixit: Au-
ferte ab illo mnā: ꝛ date illi q̄ decē mnas ha
bet. Et dixerūt ei: Dn̄e hꝫ decē mnas. Dico
āt uob: q: oī habēti dabit ꝛ abundabit: ab
eo āt q̄ n̄ hꝫ: ꝛ qȯ hꝫ auferet ab eo. Uerūtn̄
inimicos meos illos q̄ noluerūt me r̄gnare
sup se adducite huc: ꝛ ĩficite an̄ me. Et his
dictꝭ p̄cedebat ascēdēs hierosolymā. Et fac
tum est cū appropīq̄sset ad betphage et be
thaniā: ad montē q̄ uocat oliueti: misit du-
os discipulos suos dicēs: Ite in castellū qȯ
ꝯtra vos ē. In qȯ itroeūtes inuenietꝭ pullū
asine alligatū: cui nemo unq̄ hoīum sedit.
Soluite illū ꝛ adducite. Et siq̄s vos inter-
rogauerit q̄re soluitis: sic dicetis ei: quia
dn̄s operā eius desiderat. Abierūt aūt qui
missi erāt: ꝛ inuenerūt sicut dixit illis stāteꝫ
pullū. Soluentib⁹ aūt illis pullū: dixerunt
dn̄i ei⁹ ad illos: Quid soluitꝭ pullū? At illi
dixerūt: Quia dn̄s eū necessariū hꝫ. Et du
xerūt illū ad iesū. Et iactantes uestimenta
sua supra pullū: imposuerūt iesū. Eūte aūt
illo substernebāt uestimēta sua i uia. Et cū
appropinq̄ret iam ad descensū mōtis oliue
ti: ceperūt ōes turbe descendentiū gaudētes
laudare deū voce magna sup oīb⁹ q̄s uide-
rāt virtutib⁹ dicētes: Bn̄dict⁹ q̄ uenit rex i
noīe dn̄i: pax i celo: ꝛ glīa in excelsis. Et qui
dā phariseoꝝ de t̄bis dixerūt ad illū: Ma
gist̄ increpa discipl'os tuos. Quib⁹ ipe ait:

Dico vobꝫ: qꝛ si hi tacuerint: lapides clama
bunt. Et ut appropinquit: vidēs ciuitatē fle
uit sup illā dicēs: Quia si cognouisses ⁊ tu.
Et q̊dē in hac die tua q̄ ad pacē tibi: nūc āt
abscōdita sūt ab oculis tuis. Quia uenient
dies i te: ⁊ circūdabūt te inimici tui uallo:
⁊ circūdabūt te ⁊ coāgustabūt te vndiqꝫ: et
ad trā ꝓsternēt te: ⁊ filios tuos q̄ i te sūt: et
nō relinquēt i te lapidē sup lapidē: eo qꝙ nō
cognoueris tp̄s uisitatiōis tue. Et igressus
i tēplū cepit eijcē vēdētes et emētes: dicēs il
lis: Scriptū ē: qꝛ domꝰ mea domꝰ oꝛōnis ē:
uos aūt fecisti illā spelūcā latronū. Et erat
docēs q̊tidie i tēplo. Principes aūt sacerdo
tū ⁊ scribe ⁊ ꝑncipes pleꝫ: q̄rebāt illū ꝑdē: ⁊
nō inueniebāt quid facerent illi. Oīs enim
populus suspēsus erat audiēs illū. ¶ .XX.

Et factū est in vna dieꝝ docēte illo po
pulū in tēplo ⁊ euāgelizāte: conuene
rūt ꝑncipes sacerdotū ⁊ scribe cum senioꝛi
bus: ⁊ aiunt dicētes ad illū: Dic nobis in q̄
ꝑtate hec facꝭ? Aut q̄s ē q̄ dedit tibi hāc ꝑta
tē? Rn̄s aūt iesus dixit ad illos: Jnt̄rogabo
vos ⁊ ego vnū v̄bū. Rn̄dete mihi: Baptis
mū ioānis de celo erat: an ex hoībꝰ? At illi
cogitabāt it̄ se dicētes: quia si dixeꝛimus de
celo: dicet: Quare ergo n̄ credidisti illi? Si
āt dixerimꝰ ex hoībꝰ: plebs uniūsa lapida
bit nos. Certi sūt. n. ioānē ꝑphetā eē. Et rn̄
deēt se nescire vn̄ eēt. Et iesus ait illis: Neqꝫ
ego dico uobꝫ i q̄ ꝑtate hec facio. Cepit āt di
cē ad plebē ꝑabolā hāc. Hō q̄dā plātauit ui
neā ⁊ locauit eā colonis: ⁊ ip̄e ꝑegꝛe fuit mlꝭ
tꝭ tp̄ibꝰ. Et i tp̄e illo misit ad cultoꝛes s̄uū:
ut de fructu uinee darēt illi: Qui cesū dimi
seēt eū ianē. Et addidit alteꝝ s̄uū mittē. Jl
li āt hūc q̊qꝫ cedētes ⁊ afficiētes ꝯtumelia: di
miseēt inanē. Et addidit t̄tiū mittē: q̄ ⁊ illuꝫ
vulnerantes eiecerūt. Dixit aūt dn̄s uinee:
Quid faciā? Mittā filiū meū dilectū: forsi
tā cū hūc uiderit verebūt. Quē cū uidissēt
coloni: cogitauerūt int̄ se dicētes: Hic ē he
res. Occidamꝰ illū: ut nr̄a fiat hēditas. Et
eiectū illū extra uineā occideēt. Quid ergo
faciet illꝭ dn̄s uinee? Ueniet ⁊ ꝑdet colonos
istos: ⁊ dabit vineā alijs. Quo audito dixe
ēt illi: Absit. Jlle āt aspiciēs eos ait: Quid
ē ergo hoc q̄d scriptū ē: lapidē quē repꝛoba
ueēt edificātes hic factꝰ ē i caput āguli? Oīs
q̄ ceciderit supꝛa illū lapidē ꝯq̄ssabit: supꝛa
quē āt ceciōrit cōminuet illū. Et q̄rebāt ꝑn
cipes sacerdotū ⁊ scribe mittē i illū manus
illa hoꝛa ⁊ timueēt ppl'm. Cognoueēt. n. qꝙ
ad ip̄os dixerit silitudinē hāc. Et obs̄uātes
miserūt isidiatoꝛes q̄ se iustos simularēt: ut
caꝑent eū i s̄mōe: ⁊ traderēt illū ꝑncipatui
⁊ potestati ꝑsidis. Et int̄rogaueēt eū dicen
tes: Mḡr scimꝰ qꝛ recte dicꝭ ⁊ doces: ⁊ n̄ acci
pis ꝑsonā: sed uiā dei i v̄itate doces. Lꝫ nobꝫ
tributū dare cesari: an n̄? Cōsiderās aūt do
lū illoꝝ dixit ad eos: Quid me tētatꝭ? Ostē
dite mihi denariū: cuiꝰ hꝫ imaginē ⁊ iscrip
tionē? Rn̄dētes dixerūt: Cesarꝭ. Et ait illis:
Reddite ergo q̄ sūt cesaris cesari: ⁊ q̄ sūt dei
deo. Et nō potuerūt v̄bū eiꝰ cōꝑhendē coꝛā
plebe: ⁊ mirati i rn̄so eiꝰ tacueēt. Accesseūt
aūt q̄dā saduceoꝝ: q̄ negāt eē resurrectōeꝫ:
⁊ it̄rogaueēt eū dicētes: Mḡr: moyses scrip
sit nobis: si frater alicuiꝰ mortuꝰ fuerit hn̄s
uxoꝛē: ⁊ hic sine liberꝭ fuerit: ut accipiat eaꝫ
fr̄ eiꝰ uxoꝛē: ⁊ suscitet semē fratri suo. Sep
tē ergo f̄res erāt: ⁊ ꝑmꝰ accepit uxoꝛē ⁊ mor
tuꝰ ē sine filijs. Et seq̄ns accepit illā: ⁊ ipse
mortuꝰ ē sine filio. Et t̄tiꝰ accepit illā: silit̄ ⁊
oēs septē ⁊ nō reliq̄runt semē: ⁊ mortui sūt.
Nouissime oīuꝫ mortua ē ⁊ mlꝭier. Jn resur
rectiōe ergo cuiꝰ eoꝝ erit uxoꝛ? siq̄deꝫ septē
habueēt eā uxoꝛē. Et ait illꝭ iesus: Filij huiꝰ
seculi nubūt ⁊ tradūt ad nuptias: illi v̄o q̄
digni habebūt seculo illo: ⁊ resurrectiōe ex
mortuis: neqꝫ nubēt neqꝫ ducēt uxoꝛes ne
qꝫ ultra moꝛi poterūt. Eq̄les. n. angelis sūt
⁊ filij sūt dei: cū sint filij resurrectōis. Quia
v̄o resurgāt mortui: ⁊ moyses ōn̄dit secꝰ ru
bū: sic dicit dn̄m deū abraā ⁊ deum isaac et
deū iacob. Deꝰ āt nō ē mōtuoꝝ sed uiuoꝝ.
Oēs. n. uiuūt ei: Rn̄dētes āt q̄dā scribaꝝ di
xerūt ei: Mḡr bn̄ dixisti: Et āplꝰ non aude
bāt eū q̄cq̄ interrogare. Dixit aūt ad illos:
Quō dicūt xp̄m filiū eē dauid: ⁊ ip̄e dauid
dic̄ in libꝛo psalmoꝝ: dixit dn̄s dn̄o meo: se
de a dextris meis: donec ponā inimicos tu
os: scabellū pedū tuoꝝ? Dauid ergo dn̄m
illū uocat: et quō filiꝰ eiꝰ ē? Audiēte autē oī
pplo: dixit discip̄lis suis: Attēdite a scribꝫ q̄
uolūt ābulaꝛe i scholis et amāt salutatiōes i
foꝛo: et ꝑmas cathedꝛas i synagogis: et pꝛi
mos discubitꝰ in cōuiuijs. Qui deuoꝛant
domos uiduaꝝ: simulātes longā oꝛōnem.
Hi accipiēt dānationē maioꝛem. ¶ .XXI.

Qui deuorant

Respiciens aūt vidit eos qui mittebāt
munera sua in gazophylatium diui
tes. Uidit autem et quandam uiduā paup
culam mittentem era minuta duo. Et dixit

Uere dico uob᷑: qꝛ vidua hec paup plꝰ ꝙ oēs
misit. Nā oēs hi ex abūdanti sibi miserunt
ī muneribꝰ dei: hec āt ex eo qḋ deest illi oēꝫ
uictū suū quē habuit misit. Et q̇busdā dicē
tibꝰ ḋ tēplo ꝙ bonis lapidibꝰ ⁊ donis orna
tū cēt: dixit: Hec q̄ videtꝭ: veniēt dies ī q̇bꝰ n̄
relinq̄t lapis supra lapidē q̄ n̄ destruat. Int
rogauerūt aūt illū dicentes: Preceptor qn̄
hec erūt: ⁊ qḋ signū cū fieri īcipiēt. Qui di
xit: Uidete ne seducamini. Mlti.n. ueniēt
noīe meo dicētes qꝛ ego sū: ⁊ tp̄s appropiq̄
uit: Nolite ire pꝰ eos. Cū āt audieritꝭ p̄lia ⁊
seditiōes: nolite terreri. Oꝫ p̄mū hec fieri: sꝫ
nōdū stati finis. Tūc dicebat illis: Surget
gēs ꝯtra gentē ⁊ regnū advsus regnū: ⁊ tre
motꝰ magni erūt ꝑ loca ⁊ pestilētie ⁊ fames
terroresq̨ de celo: ⁊ signa magna erūt. Sꝫ an̄
hec oia iniiciēt uob᷑ manꝰ suas: ⁊ ꝑseq̄nt tra
dētes in synagogas ⁊ custodias: trahentes
ad reges ⁊ p̄sides ꝓpt nomē meū. Cōtinget
āt uob᷑ ī testioniū. Pōite ergo ī cōdibꝰ vr̄is
nō p̄meditari queādmodū rn̄datꝭ. Ego.n.
dabo uob᷑ os ⁊ sapiētiā: cui nō poterūt resi
stere ⁊ ꝯtradicē oēs advsariȷ̄ vr̄i. Trademi
ni āt a parētibꝰ ⁊ fratribꝰ ⁊ cognatꝭ ⁊ amicꝭ:
⁊ morte afficiēt ex uob᷑: et eritis odio oibꝰ
hoibꝰ ꝓpt nomē meū: et capillus de capite
vr̄o n̄ ꝑibit. In patiētia vr̄a possidebitꝭ aias
vr̄as. Cū āt videritis circūdari ab exercitu
irl'm: tūc scitote qꝛ appropiq̄uit ḋsolatio eiꝰ.
Tūc q̇ ī iudea sūt fugiāt ad mōtes: ⁊ qui in
medio eiꝰ discedāt: ⁊ q̇ ī regiōibꝰ: n̄ intrēt ī eā:
qꝛ dies ultiōis hi sūt: ut ipleāt oia q̄ scripta
sūt. Ue aūt pregnātibꝰ ⁊ nutriētibꝰ ī illis die
bꝰ. Erit.n. p̄ssura magna sup trā: ⁊ ira po-
p'lo huic. Et cadēt ī ore gladiȷ̄: ⁊ captiui du-
cent in oēs gētes. Et irl'm calcabit a gentibꝰ
donec ipleāt tp̄a nationū. Et erīt signa ī sole
⁊ luna ⁊ stellis: ⁊ ī tr̄is p̄ssura gentiū p̄ ꝯfu-
sione sonitꝰ maris ⁊ fluctuū: arescētibꝰ hoi-
bꝰ p̄ timore ⁊ expectatiōe q̄ supueniēt univ
so orbi. Nā uirtutes celoꝝ mouebūt: et tūc
videbūt filiū hois veniētē in nube cū ptate
magna ⁊ maiestate. His aūt fieri īcipiētibꝰ:
respicite ⁊ leuate capita vr̄a: qm̄ appropiq̄t
redēptio vr̄a. Et dixit illis silitudinē: Uide
te ficulneā ⁊ oēs arbores: cū ꝓducūt iaꝫ ex
se fructū: scitꝭ qm̄ ꝓpe ē estas: Ita ⁊ vos cuꝫ
videritꝭ hec fieri: scitote qm̄ ꝓpe ē r̄gnū dei.
Amē dico uob᷑: qꝛ n̄ p̄teribit generatio hec:
donec oia fiāt. Celū ⁊ tr̄a trāsibūt: uerba āt
mea non transibunt. Attendite autē uobis

ne forte grauentur corda vr̄a in crapula et
ebrietate ⁊ curis huiꝰ uite: ⁊ superueniat in
vos repētina dies illa. Tāꝙ laqueus.n. su-
ꝑueniet ī oēs q̇ sedēt sup faciē ois tr̄e. Uigi
late itaq̨ ōi tp̄e orātes: ut digni habeamini
fugē ista oia q̄ futa sūt: ⁊ stare an̄ filiū hois.
Erat aūt diebꝰ docēs ī tēplo: noctibꝰ v̇o exi
ēs morabat ī mōte: q̇ uocat oliueti. Et ois
pp'ls manicabat ad eū in tēplo audire euꝫ.

Appropinq̄bat aūt dies festus agimoꝝ q̇ dicit pascha. .XXII. Et q̄re-
bāt p̄ncipes sacerdotū ⁊ scribe quō iesū int
ficerēt: timebāt v̇o plebē. Intrauit āt satha
nas ī iudā q̇ cognominabat scharioth: vnū
de duodeci: ⁊ abȷ̄t ⁊ locutꝰ ē cū p̄ncipibꝰ sa
cerdotū ⁊ magistratibꝰ queādmodū illū tra
deret eis. Et gauisi sūt: ⁊ pacti sūt pecuniaꝫ
illi dare. Et spopōdit. Et q̄rebat opportuni
tatē: ut tradēt illū sine turbis. Uēit āt dies
azimoꝝ: in q̄ necesse erat occidi pascha. Et
misit petrū ⁊ ioānē dicēs: Euntes pate nob᷑
pascha: ut māducemꝰ. At illi dixerūt: Ubi
uis paremꝰ? Et dixit ad eos: Ecce introciūtibꝰ
vob᷑ ī ciuitatē: occurret uob᷑ hō q̇dā ampho
rā aque portās: seq̄mini eū ī domū ī quā in
trat: ⁊ dicetꝭ p̄rīfāilias domꝰ. Dīc tibi mḡr:
Ubi ē divsoriū ubi pascha cū discip'lis me-
is māducem? Et ip̄e oñdet uob᷑ cenaculum
magnū stratū: ⁊ ibi parate. Eūtes āt iuene-
rūt sīc dixit ill'; ⁊ pauerīt pascha. Et cū facta
esset hora discubuit: ⁊ duodeci ap'li cuꝫ eo.
Et ait ill': Desiderio desideraui hoc pascha
māducare uobiscū an̄ꝙ patiar. Dico.n. uo
bis: qꝛ ex hoc n̄ māducabo illud donec iple
at ī regno dei. Et accepto calice gr̄as egit et
dixit: Accipite ⁊ diuidite it̄ vos. Dico.n. uo
bis: ꝙ n̄ bibā de generatiōe uitꝭ: donec rḡnū
dei veiat. Et accepto pane gr̄as egit ⁊ fregit
⁊ dedit eis dicēs. Hoc ē corpꝰ meū: qḋ ꝓ uo
bis dat. Hoc facite ī meā cōmemorationeꝫ.
Silr̄ ⁊ calicē pꝰꝙ cenauit dicēs: Hic ē calix
nouū testm̄ ī sāguie meo: q̇ ꝓ uob᷑ fūdet. Ue
rūtn̄ ecce manꝰ tradētis me mecū ē ī mēsa.
Et q̇dē filiꝰ hois sm̄ ꝙ definitū ē uadit: ue
rūtn̄ ue hōi illi ꝑ quē tradet. Et ipi cepunt
q̄rere int̄ se: q̇s eēt ex eis q̇ hoc facturꝰ eēt.
Facta ē āt ⁊ ꝯtētio it̄ eos: q̇s eoꝝ vidēt esse
maior. Dixit āt eis: Reges gētiū dominant
eoꝝ: ⁊ q̇ ptatem hn̄t sup eos bn̄fici uocant.
Uos aūt nō sic. Sꝫ q̇ maior ē ī uob᷑ fiat sic
minor: ⁊ q̇ p̄cessor ē: sicut mistratō. Naꝫ q̇s
maior ē qui recubit: an q̇ mistrat? Nonne

q̄ recūbit. Ego aūt ī medio vr̄m sū sicut qui
ministrat. Uos aūt estis q̄ pmāsistꝭ mecū in
tētationibꝰ meis. Et ego dispono uobꝭ sicut
disposuit mihi pr̄ meꝰ regnū: ut edatis ꝛ bi
batis sup mensā meā ī regno meo: ꝛ sedeatꝭ
sup thronos iudicātes duodecī tribus isrl̄.
Ait aūt dn̄s simoni: Simō ecce sathanas
expetiuit vos ut cribraret sicꝰ triticū. Ego āt
rogaui p te: ut non deficiat fides tua: Et tu
aliqn̄ ꝯuersus: cōfirma fratres tuos. Qui
dixit ei: Dn̄e tecū parꝰ sū ꝛ ī carcerē ꝛ ī mor
tē ire. Et ille dixit: Tibi dico petre: n̄ canta-
bit hodie gallꝰ: donec ter abnegesꝭ nosse me.
Et dixit eis: Qn̄ misi vos sine sacculo ꝛ pe
ra ꝛ calciamētꝭ: nūqd aliqd defuit uobꝭ? At il
li dixerūt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nūc q̄
hꝫ sacculū tollat sil' ꝛ perā: et q̄ n̄ hꝫ ven-
dat tunicā suā ꝛ emat gladiū. Dico.n. uobꝭ:
qm̄ adhuc hoc qḋ scriptū ē oportet ipleri in
me: Et cū iniqs deputatꝰ ē. Etenī ea q̄ sūt ḋ
me: finē hn̄t. At illi dixerunt: Dn̄e ecce duo
gladij hic. At ille dixit eis: Satis ē. Et egres
sus ibat ꝓm ꝯsuetudinē ī mōtē oliuaꝝ. Se-
cuti sūt āt illū ꝛ discipli. Et cū puenisset ad
locū: dixit illꝭ: Orate: ne itretꝭ ī tētationē. et
ipe auulsus ē ab eis quātū iactus ē lapidis:
ꝛ positꝭ genibꝰ orabat dicēs: Pr̄ si vis trāsfer
calicē istū a me: ueꝝtn̄ nō mea uolūtas: sꝫ
tua fiat. Apparuit aūt illi angelꝰ ḋ celo con
fortās eū. Et factꝰ ī agonia plixꝰ orabat: ꝛ
factꝰ ē sudor eiꝰ sicꝰ gutte sanguis decurrētꝭ ī
terrā. Et cū surrexisset ab orōne ꝛ uenisset
ad discipulos suos: inuenit eos dormiētes
pre tristitia. Et ait illis: Quid dormitꝭ? Sur
gite orate: ne intretꝭ in tētationē. Adhuc eo
loquente: ecce turba ꝛ q̄ uocabat iudas vnꝰ
de duodecim an̄cedebat eos: ꝛ appropinq-
uit iesu: ut oscularet eū. Jesus aūt dixit illi:
Juda osculo filiū hois tradis? Uidētes aūt
hi q̄ circa ipm erāt qḋ futuꝝ erat: dixerūt ei:
Dn̄e: si pcutimꝰ in gladio? Et pcussit vnꝰ ex
illꝭ ꝓuū pncipis sacerdotū: ꝛ āputauit auri
culā eiꝰ dexterā. Rn̄dēs āt iesus ait: Sinite
usqꝫ huc. Et cū tetigisset auriculā eiꝰ: sana-
uit eū. Dixit aūt iesus ad eos q̄ uenerāt ad
se pncipes sacerdotū ꝛ magistratꝰ tēpli ꝛ se
niores. Quasi ad latronē existꝭ cū gladijs ꝛ
fustibꝰ: cū q̄tidie vobiscū fuerī in tēplo: nō
extēdistꝭ manꝰ ī me: sed hec ē hora vr̄a: ꝛ po
testas tenebraꝝ. Cōprehedētes āt eū duxe-
rūt ad domū pncipis sacerdotū: petrꝰ vo se
q̄bat eū a lōge. Accēso āt igne ī medio atrij

ꝛ circūsedētibꝰ illis: erat petrꝰ ī medio eoꝝ.
Quē cū uidisset ācilla q̄dā sedentē ad lum̄
ꝛ eū fuisset ītuita: dixit: Et hic cū illo erat.
At ille negauit eū dicēs: Mlier n̄ noui illū.
Et pꝰ pusillū aliꝰ vidēs eū dixit: Et tu de illꝭ
es. Petrꝰ vo ait: O hō n̄ sū. Et ītuallo facto
q̄si hore vnꝰ aliꝰ q̄dā affirmabat dicēs: Uere
ꝛ hic cū illo erat: nā ꝛ galileꝰ ē. Et ait petrꝰ:
Hō: nescio qd dicis. Et cōtinuo adhuc illo
loqnte cantauit gallꝰ. Et ꝯuersus dn̄s īspexit
petrū. Et recordatꝰ ē petrꝰ vbi dn̄i sicut di-
xerat: qr̄ p̄usq̄ gallꝰ cātet: ter me negabꝭ. Et
egressus foras petrꝰ fleuit amare. Et uiri q̄
tenebāt illū: illudebāt ei cedētes: Et uelaue
rūt eū: ꝛ pcutiebāt faciē eiꝰ: ꝛ introgauerūt
eū dicētes: Prophetiza: quis ē q̄ te pcussit?
Et alia mlta blasphemātes dicebāt ī eū. Et
ut factꝰ ē dies: ꝯuenerūt seniores plebꝭ ꝛ p̄nci
pes sacerdotū ꝛ scribe: ꝛ duxerūt illū ī ꝯci-
liū suū dicētes: Si tu es xp̄s: dic nobꝭ. Et ait
illis: Si uobꝭ dixero nō credetꝭ mihi: si autē
ꝛ introgauero n̄ rn̄debitꝭ mihi: neqꝫ dimit-
tetꝭ. Ex hoc āt erit filꝰ hois sedēs a dextris
uirtutꝭ dei. Dixerūt aūt oēs: Tu ergo es filꝰ
dei? Qui ait: Uos dicitꝭ: qr̄ ego sū. At illi di
xerūt: Quid adhuc desideramꝰ testimoniū?
Ipi.n. audiuimus de ore eius. C. XXIII.

ET surgēs ois multitudo eorū duxerūt
illū ad pilatū. Ceperūt aūt illū accusa
re dicentes: Hunc inuenimus subuertentē
gentē nr̄am: ꝛ p̄hibentē tributa dare cesari
ꝛ dicentē se xp̄m regē eē. Pilatus aūt inter-
rogauit eū dicens: Tu es rex iudeoꝝ? At il
le rn̄dēs ait: Tu dicꝭ: Ait aūt pilatꝰ ad p̄nci
pes sacerdotū ꝛ turbas: Nihil iuenio cause
ī hoc hoie. At illi iualescebāt dicētes: Com
mouit pplm docēs p vniv̄sā iudeā: icipiēs a
galilea usqꝫ huc. Pilatꝰ aūt audiēs galileā:
introgauit si hō galileꝰ eēt. Et ut cognouit
q̄ de herodis p̄tate eēt: remisit eū ad hero-
dē: q̄ ꝛ ipe hierosolymis erat illꝭ diebꝰ. Hero
des aūt viso iesu: gauisus ē ualde. Erat.n.
cupiēs ex mlto tp̄e vidē eū: eo q̄ audiret ml
ta ḋ eo: ꝛ sp̄abat signū aliqḋ vidē ab eo fieri.
Introgabat āt eū mltꝭ ꝓmoibꝰ. At ipe nihil
illi rn̄debat. Stabāt āt p̄ncipes sacerdotuꝫ
ꝛ scribe ꝯstātꝭ accusātes eū. Spreuit āt illū
herodes cū exercitu suo ꝛ illusit idutū veste
alba: ꝛ remisit ad pilatū. Et facti sūt amici
herodes ꝛ pilatꝰ ī ipa die: nā antea inimici
erāt adiuicē. Pilatꝰ aūt ꝯuocatꝭ p̄ncipibꝰ sa
cerdotū ꝛ mgr̄atibꝰ ꝛ plebe: dixit ad illos:

Obtulistꝭ mihi hūc hoīez: q̄si auertētē ppl'z ⁊ ecce ego corā uob' introgās nullā causam īueio ī hoīe isto: ex his. ī qb' eū accusatꝭ. Sz neqꝫ herodes. Nā remisi uos ad illū: ⁊ ecce nihil dignū morte actū ē ei. Emēdatū ergo illū dimittā. Necesse āt simlꝭ hēbat dimittē eis p diē festū vnū. Exclamauit aūt uniu'sa turba dicēs: Tolle hūc: ⁊ dimitte nob' barrabā. Qui erat ppt seditionē quādā factā ī ciuitate ⁊ hōicidiū missus ī carcerē. Iteꝝ āt pilat' locut' ē ad eos: uolēs dimittē iesum. At illi succlamabāt dicētes: Crucifige crucifige eū. Ille aūt tertio dixit ad illos: Quid. n. mali fec iste? Nullā causā mortꝭ inueio ī eo. Corripiā ergo illū ⁊ dimittā. At illi īstabāt vocib' magnis postulātes ut crucifigēt: ⁊ inualescebāt voces eoꝝ. Et pilat' adiudicauit fieri petitionē eoꝝ. Dimisit āt illis eū q̄ ppt homicidiū ⁊ seditionē missus fuerat ī carcerē quē petebāt: iesū v'o tradidit uolūtati eorū. Et cū ducerēt eū: apprehēderūt simonē quendā cyrenensē uenientē de uilla: ⁊ iposuerūt illi crucē portare p' iesū. Seq̄bat aūt illū multa turba ppl'i ⁊ mulieꝝ: q̄ plāgebāt ⁊ lamētabāt eū. Cōuersus āt ad illas iesus dixit: Filie irl'm: nolite flere sup me sed sup uosipsas flete ⁊ super filios u'ros: qm̄ ecce uenient dies ī qb' dicēt: Beate steriles: ⁊ uentres q̄ n̄ genuert: ⁊ ubera q̄ n̄ lactauert. Tūc incipiēt dicē mōtib' cadite sup nos: ⁊ collib' opite nos. Quia si ī uiridi ligno hec faciūt ī arido q̄d fiet? Ducebāt āt ⁊ alij duo nequā cū eo: ut inficerēt. Et p'q̄ uenerunt in locū q̄ uocat caluarie: ibi crucifixerūt eū: ⁊ latrōes: vnū a dextrꝭ ⁊ alteꝝ a sinistrꝭ. Iesus aūt dicebat: Pr̄ dimitte illis: Nō. n. sciunt q̄d faciūt. Diuidētes v'o uestimta ei' miseīt sortes. Et stabat ppl's expectās: ⁊ deridebāt eū pncipes cū eis dicētes: Alios saluos fec: se saluū faciat: si hic ē xp̄s dei elect'. Illudebāt āt ei ⁊ milites accedētes: ⁊ acetū offerētes ei dicētes: Si tu es rex iudeoꝝ saluuz te fac. Erat āt ⁊ supscriptio scripta sup eū l'ris grecꝭ ⁊ latinis ⁊ hebraicꝭ: hic ē rex iudeorū. Un' āt de his q̄ pēdebāt latronib' blasphemabat eū dicēs: Si tu es xp̄s: saluū fac teipsū ⁊ nos. Rn̄s āt alt' icrepabat eū dicēs: Neqꝫ tu times deū: q̄ ī eadē dānatōe es. Et nos q̄dē iuste: nā digna factꝭ recepimus: hic v'o nihil mali gessit. Et dicebat ad iesū: Domie: memto mei cū uenerꝭ in regnū tuū. Et dixit illi iesus: Amē dico tibi: hodie mecū erꝭ in padiso. Erat āt fere hora sexta: ⁊ tenebre facte sūt ī uniuersā trā usqꝫ horā ī nonā: et obscurat' ē sol: ⁊ uelū tēpli scissū ē mediuz. Et clamās uoce magna iesus ait: Pr̄ ī manꝰ tuas cōmēdo spm meū. Et hec dicēs expirauit. Uidēs āt centurio qd̄ factū fuerat: glificauit deū dicēs: Uere hic hō iust' erat. Et ōis tba eoꝝ q̄ simlꝭ aderāt ad spectaculū istud: ⁊ uidebāt q̄ fiebāt: pcutiētes pectora sua reuertebāt. Stabāt āt oēs noti ei' a lōge: ⁊ mulieres q̄ secute eū erāt a galilea hec uidētes. Et ecce uir noīe ioseph q̄ erat decurio uir bon' ⁊ iust': hic n̄ ꝯsēserat cōsilio et actib' eoꝝ ab arimathia ciuitate iudee: q̄ expectabat ⁊ ipe regnū dei: Hic accessit ad pilatū ⁊ petijt corp' iesu: ⁊ depositū īuoluit in sindone: ⁊ posuit eū ī monumto exciso: ī q̄ nōdū q̄sq̄ posit' fuerat. Et dies erat parasceues: ⁊ sabbatuz illucescebat. Subsecute āt mlieres q̄ cū eo uenerāt de galilea uidert monumētū: ⁊ queādmodū positū erat corp' ei': ⁊ reuertētes pauerūt aromata ⁊ unguēta: et sabbato q̄dē siluerūt fm̄ mādatū.

¶ .XXIIII.

Una aūt sabbati ualde diluculo uenerūt ad monumentū pōtantes q̄ pauerāt aromata: ⁊ inuenerunt lapidē reuolutū a monumento: et ingresse nō inuenerūt corp' dn̄i iesu. Et factū est dū mēte ꝯsternate eēnt de isto: ecce duo uiri steteīt sec' illas in ueste fulgēti. Cū timerēt āt ⁊ declinarēt vultū ī trā: dixerūt ad illas: Quid q̄ritis: uiuentē cū mortuis? Nō ē hic: sꝫ surrexit. Recordamini q̄lꝭ locut' ē uob: cū adhuc ī galilea eēt dicens: Quia oꝫ filiū hoīs tradi ī man' hoīuz pccoꝝ: ⁊ crucifigi: ⁊ die tertia resurgē: et recordate sūt v'boꝝ ei': et regresse a monumto nūciauert hec oīa illꝭ vndeci: et cetis oīb'. Erat aūt maria magdalene et ioāna: et maria iacobi: et cete q̄ cū eis erāt: q̄ dicebāt ad apl'os hec. Et uisa sūt añ illos sicꝰ deliramentū v'ba ista: et n̄ crediderīt illis. Petr' aūt surgēs cucurrit ad monumtū: et pcūbēs uidit lintheamia sola posita: et abijt secū mirās qd̄ factū fuerat. Et ecce duo ex illꝭ ibāt ipa die ī castellū qd̄ erat ī spatio stadioꝝ sexagita ab irl'm noīe emaus et ipi loq̄bāt adinuicē de his oīb' q̄ acciderāt. Et factū ē dū fabularēt et secū q̄rerēt: et ipe iesus appropinquās ibat cū illꝭ: Ocli āt illorū tenebāt: ne eū agnoscerēt. Et ait ad illos: Qui sūt hi s'mones q̄s ꝯfertis adinuicem ambulātes: et estis tristes? Et rn̄dēs unus

cui nomē cleophas dixit ei: Tu sol' pegrin'
es in irl'm ꝛ nō cognouisti q̄ facta sūt in illa
his dieb'? Quib' ille dixit: Que? Et dixerūt:
De iesu nazareno q̄ fuit uir ꝑpheta: potēs
in ope ꝛ ſmone corā deo ꝛ oī pplo. Et quō
eū tradiderūt sūmi sacerdotes ꝛ pncipes nr̄i
in dānationē mortis: ꝛ crucifixerūt eū. Nos
aūt sperabam': q2 ipse esset redēptur' isrl'.
Et nūc sup hec oia tītia dies ē hodie: q̄ hec
facta sūt. Sed ꝛ mlieres q̄dā ex nr̄is terrue
rūt nos: q̄ ante lucē fuerūt ad monumētuz.
ꝛ nō inuēto corpore ei' uenerūt dicentes: se
etiā visionē angeloꝝ uidisse: qui dicunt euz
viuere. Et abierūt q̄dā ex nostris ad monu
mentū: ꝛ ita inuenerūt sicut mlieres dixerūt:
ipsū vero n̄ inuenerūt: et ipse dixit ad eos:
O stulti ꝛ tardi corde ad credendū in oīb'
que locuti sūt ꝑphete: Nonne hec oportuit
pati xp̄m: ꝛ ita itrare i gl'iaz suā? Et icipiēs
a moyse ꝛ oīb' ꝑphetis: interp̄tabat illis in
oīb' scripturis que de ip̄o erāt. Et appropi
quauerūt castello quo ibant: ꝛ ipse se finxit
longi' ire. Et coegerūt illū dicentes: Mane
nobiscū q̄m aduespascit: ꝛ iclīata ē iā dies.
Et intrauit cū ill': Et factū est dū recūberet
cum eis: accepit panē ꝛ bn̄dixit ac fregit: et
porrigebat illis: Et aperti sūt ocl'i eoꝝ: ꝛ co
gnouerūt eū: ꝛ ip̄e euanuit ex oculis coruz.
Et dixerūt adinuicē: Nōne cor nr̄m ardēs
erat in nob': dū loqueret in uia: ꝛ apiret no-
bis scripturas? Et surgētes eadē hora igres
si sūt i irl'm: ꝛ inuenerūt congregatos unde-
cim: ꝛ eos q̄ cū illis erāt dicētes: q̄ surrexit
dn̄s uere: ꝛ apparuit simoni. Et ipsi narra-
bant que gesta erāt in uia: ꝛ quō cognouerūt
eū in fractione panis. Dū aūt hec loquunt:
stetit iesus i medio eoꝝ ꝛ dixit: Pax uobis
Ego sū: nolite timē. Cōturbati vo ꝛ cōterri
ti: existimabant se sp̄m uidere. Et dixit eis:
Quid turbati estis: ꝛ cogitatiōes ascēdūt i
corda ur̄a? Uidete man' meas ꝛ pedes: q̄a
egoipse sū. Palpate ꝛ uidete: q2 sp̄us carnē
ꝛ ossa nō habet: sicut me uidetl' habere. Et
cū hec dixisset: ōn̄dit eis man' ꝛ pedes. Ad
huc aūt illis nō credentibus ꝛ mirantibus
pre gaudio dixit: Habetis hic aliquid: qō
manducetur? At illi obtulerunt ei partem
piscis assi ꝛ fauū mellis. Et cū māducasset
coram eis: sumens reliquias dedit eis: Et
dixit ad eos: Hec sunt uerba que locut' sū
ad uos cum adhuc essem uobiscum: q̄m ne
cesse est impleri omnia que scripta sunt in
lege moysi ꝛ ꝑphetl' et psalmis de me. Tūc
apuit ill' sēsū: ut itelligerēt scriptas: et dixit
eis: Q̄m sic scriptū ē: ꝛ sic oportebat xp̄m
pati: et resurgē a mortuis tītia die: et p̄dicaī
i noīe ei' pn̄iam et remissionē pccoꝝ in oēs
gētes: icipiētib' ab hierosolyma. Uos aūt te
stes estl' hoꝝ. Et ego mittā ꝑmissū p̄ris mei
i vos: vos āt sedete i ciuitate q̄adusq3 idua
mini uirtute ex alto. Eduxit āt eos foras i
bethaniā: ꝛ eleuatl' manib' suis bn̄dixit eis:
Et factū ē dū bn̄diceret illis recessit ab eis:
ꝛ ferebat i celū. Et ipsi adorātes regressi sūt
in hierusalē cū gaudio magno: et erāt sēp i
tēplo laudātes ꝛ benedicentes deū. Amen.

Explicit euāgeliū scd̄m Lucā. Incipit ꝓlogus in euangeliū scd̄m Joannem.

HIc est ioannes euangelista
vn' ex discipulis dn̄i: q̄ uir
go a deo electus est: quē d̄
nuptijs uolentē nubē uo-
cauit de': Cui uirginitatl' i
hoc duplex testimoniū da
tur in euangelio: q̄ et p̄ ceteris dilect' a deo
dicit: et huic matrē suā pēdēs i cruce cōmē
dauit dn̄s: ut uirginē uirgo ſuaret. Deniq3
manifestās in euāgelio q̄ erat ipse icorrupti
bilis uerbi op' inchoās: solus uerbū carnē
factū esse: nec lumē a tenebris cōprehēsū fu
isse testat: pmū signū ponēs qō i nuptijs fec
dn̄s ostēdens q̄ ipse erat: ut legentibus de-
mōstraret q̄ ubi dn̄s iuitat' sit: deficē nupti
arū vinū debeat: et ueterib' imutatis: noua
oia q̄ a xp̄o instituūt appareāt. Hoc āt euā
geliū scripsit i asia: posteaq̄ in pathmos in
sula apocalypsim scripserat: ut cui in princi
pio canonis icorruptibile pncipiū p̄notat i
genesi: ei etiā incorruptibilis finis p uirginē
in apocalypsi redderet dicēte christo: ego sū
alpha ꝛ o. Et hic ē ioannes: q̄ sciens supue
nisse diē recessus sui: ꝯuocatl' discipl'is suis
i epheso: p multa signoꝝ expimēta ꝑmens
xp̄m: descendēs in defossū sepulture sue lo-
cū facta orone: posit' ē ad p̄res suos: tam ex
trane' a dolore mortl' q̄ a corruptōe carnis
inuenit alien'. Tn̄ p' oēs euāgeliū scripsit:
ꝛ hoc uirgini debebat. Quoꝝ tn̄ ul' scripto
rū tp̄is dispositio: uel libroꝝ ordinatio: idō
a nobis p singula nō exponit: ut sciendi de-
siderio collato et querētib' fructus laborl's:
et deo magisterij doctrina seruetur.

Incipit euãgeliũ ſm ioannẽ. Caplm. I.

IN principio erat
uerbum: ⁊ uerbum erat
apud deum: ⁊ deus erat
vbum. Hoc erat in princi-
pio apud deuz. Omnia ꝑ
ipſum facta ſunt: ⁊ ſine ip
ſo factuz eſt nihil. Quod
factum eſt in ipſo uita erat: ⁊ uita erat lux
hominũ: ⁊ lux i tenebris lucet: ⁊ tenebre eã
nõ cõprehẽderũt. Fuit hõ miſſus a deo: cui
nomen erat ioannes. Hic uenit in teſtimo-
niũ: ut teſtimoniũ perhiberet de lumine: ut
omnes crederẽt ꝑ illũ. Nõ erat ille lux: ſed
ut teſtimoniũ ꝑhiberet de lumie. Erat lux
vera: q̃ illũinat oẽm hoiem uenientẽ in hunc
mundũ. In mũdo erat: ⁊ mũdus ꝑ ipſuz fa
ctus eſt: ⁊ mũdus eũ nõ cognouit. In ꝓpria
uenit: ⁊ ſui eũ nõ receperũt. Quotquot aũt
receperũt eũ: dedit eis poteſtatẽ filios dei fi
eri: his q̃ credũt i noĩe eiꝰ. Qui nõ ex ſãgui
nibꝰ: neq; ex uolũtate carnis: neq; ex uolũ-
tate uiri: ſed ex deo nati ſũt. Et vbum caro
factũ eſt: ⁊ habitauit in nobis. Et uidimus
gloriã eiꝰ: gloriã q̃ſi vnigeniti a pře: plenum
gratie ⁊ veritatis. Joannes teſtimoniũ ꝑhi
bet de ipſo: ⁊ clamat dicẽs: Hic erat quẽ di
xi q̃ pꝰ me uenturꝰ ẽ: añ me factꝰ ẽ: q2 prior me
erat. Et de plenitudine eiꝰ nos omnes acce
pimus: ⁊ grãm ꝓ grã: q2 lex ꝑ moyſen data
eſt: grã ⁊ veritas ꝑ ieſũ chriſtũ facta ẽ. Deuz
nemo vidit vnq̃. Unigenitꝰ filiꝰ q̃ ẽ in ſinu
pr̃is: ipſe enarrauit. Et hoc ẽ teſtimoniũ io
annis: qñ miſerunt iudei ab hieroſolymis
ſacerdotes ⁊ leuitas ad eũ: ut ĩtrogarẽt eũ.
Tu q̃s es? Et ꝯfeſſus ẽ: ⁊ ñ negauit. Et con
feſſus ẽ: q2 ñ ſũ ego chriſtꝰ. Et iterrogauerũt
eũ: q̃d ergo: Helias es tu? Et dixit: Non
ſũ. Propheta es tu? Et rñdit: Nõ. Dixerũt
ergo ei: Quis es ut rñſum demꝰ his q̃ miſe
rũt nos? Quid dicis d̃ teipo? Ait: Ego uox
clamãtis i deſerto: dirigite uiã dñi: ſicͭ dixit iſa
ias ꝓpheta. Et q̃ miſſi fuerãt erãt ex phari
ſeis. Et ĩtrogauerũt eũ: ⁊ dixerũt ei: Quid ẽgo
baptizas ſi tu ñ es xp̃s: neq; helias: neq; ꝓ
pheta? Rñdit eis ioãnes dicẽs: Ego bapti-
zo i aq̃: mediꝰ aũt vr̃m ſtetit quẽ uos neſcitis.
Ipſe ẽ q̃ pꝰ me uẽturꝰ ẽ: q̃ añ me factꝰ ẽ: cuiꝰ
ego nõ ſũ dignꝰ ut ſoluã eiꝰ corrigiã calcia-
menti. Hec i bethania facta ſũt trãs iorda-
nẽ: ubi erat ioãnes baptizãs. Altera die ui
dit ioãnes ieſũ uenientem ad ſe: ⁊ ait: Ecce
agnꝰ dei: ecce q̃ tollit pc̃ca mũdi. Hic ẽ de q̃
dixi: Pꝰ me uenit uir q̃ añ me factꝰ ẽ: q2 prior
me erat: ⁊ ego neſciebã eũ. Sed ut mãifeſte
tur i iſrl̃: ꝓpterea ueni ego i aq̃ baptizans.
Et teſtimoniũ ꝑhibuit ioãnes dicẽs: Quia
vidi ſp̃m deſcẽdentẽ q̃ſi columbã de celo: ⁊
manſit ſuꝑ eũ: et ego neſciebã eum: ſed qui
miſit me baptizare in aqua: ille mihi dixit:
Sup quẽ uideris ſp̃m deſcendentẽ: ⁊ manẽ
tem ſuper eũ: hic eſt qui baptizat in ſpiritu
ſancto. et ego uidi et teſtimoniũ ꝑhibui: q̃a
hic eſt filius dei. Altera die iterũ ſtabat ioã
nes: ⁊ ex diſcipulis eiꝰ duo. Et reſpiciens ie
ſum ambulantẽ dixit: Ecce agnus dei: ⁊ au
dierunt eũ duo diſcipuli loquentẽ: et ſecuti
ſunt ieſum. Conuerſus autẽ ieſus ⁊ uidens
eos ſeq̃ntes ſe dicit eis: Quid q̃ritis? Qui
dixerũt ei: Rabbi: q̃d dicitur interpretatuz
magiſter: vbi habitas? Dicit eis: Uenite et
videte. Uenerũt ⁊ viderunt ubi maneret: ⁊
apud eum manſerunt die illo. Hora aũt erat
quaſi decima. Erat aũt andreas fratꝛ ſimo-
nis petri vnus ex duobꝰ: q̃ audierat a ioan
ne: ⁊ ſecuti fuerãt eũ. Inuẽit hic ꝑmũ fratrẽ
ſuũ ſimonẽ: ⁊ dicit ei: Inuenimus meſſiaz:
quod eſt interpretatũ chriſtus. Et adduxit
eum ad ieſum. Intuitus autem eũ ieſus di
xit: Tu es ſimon filius ioanna: tu uocaberis
cephas: quod interpretatur petrus. In cra
ſtinum uoluit exire in galileam: ⁊ inuenit
philippum. Et dicit ei ieſus: Sequere me.
Erat autez philippus a bethſaida ciuitate
andree ⁊ petri. Inuenit philippus nathana
hel: ⁊ dicit ei: Quem ſcripſit moyſes i lege
⁊ prophete: inuenimus ieſũ filiuz ioſeph a
nazareth. Et dixit ei nathanahel: A naza
reth poteſt aliquid boni eſſe? Dicit ei philip
pus: Ueni ⁊ uide. Uidit ieſus nathanahel
uenientem ad ſe: ⁊ dicit de eo: Ecce uere iſra
helita: in quo dolus non eſt. Dicit ei natha
nahel: Unde me noſti? Reſpondit ieſus: et
dixit ei: Priuſq̃ te philippus uocaret: cum
eſſes ſub ficu uidi te. Reſpondit ei nathana
hel: ⁊ ait: Rabbi: tu es filius dei: tu es rex
iſrahel. Reſpondit ieſus ⁊ dixit ei: Quia
dixi tibi uidi te ſub ficu credis: maius his
uidebis. Et dicit ei: Amen amen dico uo
bis: uidebitis celum apertum: ⁊ angelos
dei aſcendentes ⁊ deſcendentes ſupra filiuz
hominis.

ET die tertia nuptie facte sūt C.II.
in chana galilee: ⁊ erat mater iesu ibi.
Uocat᷒ ē aūt iesus ⁊ discipuli ei᷒ ad nupti-
as. Et deficiente uino: dicit mat̄ iesu ad eū:
Uinū nō hn̄t. Et dicit ei iesus: Quid mihi
⁊ tibi ē mľier? Nōdū venit hora mea. Dicit
mr̄ ei᷒ ministri: Qd̄cūq3 dixerit uob̄ facite.
Erāt aūt ibi lapidee hydrie sex posite scd̄m
purificationē iudeoꝝ: capiētes singľe metre
tas binas uel ternas. Dicit eis iesus: Imple
te hydrias aq̄: ⁊ ipleuerūt eas usq3 ad sum-
mū. Et dic̄ eis iesus: Haurite nūc: ⁊ ferte ar
chitriclino: ⁊ tulerūt. Ut aūt gustauit archi
triclinus aquā vinū factū: ⁊ non sciebat vn̄
eēt: ministri aūt sciebāt q̄ hauserāt aquam:
vocat sponsū architriclin᷒: ⁊ dic̄ ei: Ois hō
p̄mū bonū vinū ponit: ⁊ cū inebriati fuerit
tūc id qd̄ deteri᷒ ē. Tu aūt suasti bonū vi-
Agite nunc diuites: plorate vlulantes in miserijs vr̄is: que aduenient vobis. diuitie vestre putrefacte sunt: ⁊ vestimenta vr̄a a tineis comesta sūt. Auꝝ ⁊ argētū vr̄ꝫ erugiauit: ⁊ erugo eoꝝ i testioniū vob̄ erit: ⁊ mādücabit carnes vr̄as sicut ignis. Thesauriꝣastꝭ vob̄ iraꝫ i nouissimis dieb⁹. Ecce merces operarioꝝ: q̄ messuerūt regiōes vestras: q̄ fraudata ē a vobis clamat: ⁊ clamō coꝝ i aures dn̄i sabaotht itroiuit. Epulati estꝭ sup̄ t̄ram: ⁊ in luxurijs enutristꝭ corda vr̄a. In die occisiōis adduxistꝭ ⁊ occidistꝭ iustum: ⁊ n̄ restitit vobis. Patiētes igit̄ estote fr̄es usqꝫ ad aduentum dn̄i. Ecce agricola expectat p̄ciosū fructū t̄re patienter ferēs: donec accipiat tēporaneū ⁊ serotinū. Patiētes igr̄ estote ⁊ vos ⁊ ꝯfirmate cōda vr̄a: q̄m aduēt⁹ dn̄i appropiq̄bit. Nolite igemiscere fr̄es i altutrū: ut nō iudicemini. Ecce iudex ante ianuā assistit. Exemplum accipite fr̄es exitus mali ⁊ lōganimitatꝭ ⁊ laboris ⁊ patientie ꝓphetas: q̄ locuti sūt i noīe dn̄i. Ecce beatificam⁹ eos: q̄ sustinuerūt. Sufferētiaꝫ iob audistis: ⁊ finē dn̄i vidistꝭ: q̄m mīficors ē dn̄s et mīsator. Ante oīa āt fr̄es mei nolite iurare: neqꝫ ꝑ celū nꝫ ꝑ terraꝫ neqꝫ aliud qd̄cūqꝫ iuramētū. Sit āt s̄mo vr̄: est est: nō nō: ut nō sub iudicio decidatꝭ. Tristat̄ autē aliq̄s vr̄m: oret eq̄ aīo et psallat. Infirmat̄ q̄s i vobis: inducat pb̄ros eccl'e et orent sup̄ eū: vngētes eū oleo in noīe dn̄i. Et oratio fidei saluabit ifirmū: et alleuiabit eū dn̄s: et si i pc̄cis sit remittent̄ ei. Cōfitemini g̊ alterutruꝫ pc̄ca vr̄a: ⁊ ora te ꝓ iuicē: ut saluemini. Mltum. n. valet dep̄catio iusti assidua. Helias hō erat silis nobis passibil': ⁊ oratione orauit: ut n̄ plueret sup̄ terram: ⁊ non pluit ānos tres ⁊ menses sex. Et rursū orauit: ⁊ celū dedit pluuiā: ⁊ terra dedit fructū suū. Fr̄es mei: siq̄s ex vobis errauerit a veritate ⁊ ꝯuerterit q̄s eū: scire oꝫ: q̄m q̄ ꝯuerti fecerit pc̄orem ab errore vie sue: saluabit aīam ei⁹ a morte: ⁊ opit m'titudieꝫ pc̄coꝝ.

Explicit ep'la beati iacobi apl'i. Sequit̄ argumētū i ep'lam beati petri primā.

Discip'los saluatoris iuicti toto orbe diffusos peregrinos in hoc seculo mōstrat: ⁊ p̄terite vite penitere suadet: ⁊ i nouā vitā ꝓficē tota cū solicitudie exhortat̄ simō petr⁹ fili⁹ ioānis ꝓuicie galilee vico bethsaida frater andree apostoli.

Explicit argumētū. Incipit epl'a beati petri apostoli prima. Capitulū pmum.

PEtrus apostolus iesu xpi: electi aduēis disp sionis pōti galatie cappa docie asie ꝛ bithynie ſm p̄ sciam dei p̄ris i scificatōez sp̄s i obediētiā ꝛ asp̄siōez sāguis iesu xpi: gr̄a vobis ꝛ pax m̄ltiplicet. Bn̄dictus de⁹ ꝛ pater dn̄i nr̄i iesu xpi: q̄ ſm miam suā magnā regenerauit nos in spē vi uā p resurrectiōem iesu xpi ex mortuis in hereditatē icorruptibilē ꝛ icōtamiatā ꝛ im marcessibilē ꝯseruatā i cel' i vobis: q̄ i vir tute dei custodimini p fidē i salutē paratā reuelari in tp̄e nouissimo. In q̄ exultabitis modicū nc̄ si oꝫ ꝯtristari in varijs tentatio nib⁹: ut pbatio v̄re fidei m̄lto p̄ciosior sit au ro: qd̄ p ignē pbat: iueniat' in laudē ꝛ gl'am ꝛ honorē in reuelatiōe iesu xpi: quē cū nō videritis diligit. In quē nc̄ qꝫ non vidētes creditis: credētes āt exultabitis leticia ienar rabili ꝛ glorificata reportātes finē fidei v̄re salutē aīarū v̄rarū. De q̄ salute exq̄sierūt atꝫ scrutati sūt pphete: q̄ de futura i vob' gr̄a p phetauerūt: scrutātes i qd̄ uel i quale tēp⁹ significaret i eis sp̄s xpi p̄nūciās eas q̄ i xpo sūt passiōes ꝛ posteriores gl'as: quib⁹ reue latū ē: q̄r nō sibimetipsis: vob' āt mīstrabāt ea q̄ nūc nūciata sūt vobis per eos: q̄ euan geliçauerūt vobis sp̄u sc̄o misso de celo: i quē desiderāt āgeli ꝓspicē: ppt' qd̄ succicti lū bos mētis v̄re sobrij perfecti sperate in eā: q̄ offert vobis gr̄am i reuelatiōem iesu xpi: q̄ si filij obediētie: nō ꝯfigurati p̄orib⁹ igrātie v̄re desiderijs: sed ſm eū q̄ vocauit vos scꝫ: ut ꝛ ipsi in oī ꝯuersatiōe sc̄i sitis: q̄m scrip tū ē: sancti eritis: q̄m ego sc̄s sum. Et si pa trem iuocatis eū: q̄ sine acceptōe p̄sonarū iudicat ſm vnuscuiusqꝫ op⁹: i tiore icolat⁹ v̄ri tp̄e ꝯuersamini. Scientes q̄ nō corrup tibilibus auro uel argēto redempti estis de vana v̄ra ꝯuersatione pat'ne traditiōis: sed p̄cioso sāguie: q̄si agni imaculati xpi ꝛ icō taminati: p̄cogniti q̄dem ante mūdi ꝯstitu tōem: manifestati āt nouissimis tp̄ib⁹ ppt' vos: q̄ per ipsū fideles estis in deo: q̄ suscita uit eū a mortuis: ꝛ dedit ei gl'am: ut fides v̄ra ꝛ spes eēt i deo. Aīas v̄ras castificātes i obediētia caritati: i fraternitatis amore: sim plici ex corde iuicē diligite attēti⁹: renati nō ex seie corruptibili: sed icorruptibili p v̄bū dei viui ꝛ p̄manētis i eternū: q̄r ois caro ut fenū: ꝛ ois gl'a ei⁹ tāq̄ flos feni. Exaruit fe nū ꝛ flos ei⁹ ꝺcidit: v̄bū āt dn̄i mā̄et i et'nū. Hoc ē āt v̄bū qd̄ euāgeliçatū ē i vos.

II.

DEponētes igit' oēm maliciā ꝛ oēm do lum ꝛ simulatiōes ꝛ inidias ꝛ oēs de tractatiōes: sic mō geniti īfātes rōnabiles ꝛ sine dolo lac ꝯcupiscite: ut in eo crescati i sa lutē: si tn̄ gustati: q̄m dulcis ē dn̄s. Ad quē accedētes lapidē viuū ab hoib⁹ q̄dē reproba tū: a deo āt electū ꝛ honōificatū: ꝛ ipsi tāq̄ lapides viui sup̄edificamini domos sp̄ua les i sacerdotiū sc̄m: offerētes spiritales ho stias acceptabiles deo p iesū xpm. Propter qd̄ ꝯtinet scriptura: Ecce pono in syon lapi dē sūmū angularē pbatū electū p̄ciosū: ꝛ q̄ crediderit in eum n̄ ꝯfūdet. Uob' igit' honor credentib⁹: n̄ credētib⁹ āt lapis: quē reproba uerūt edificātes: hic fc̄s ē i caput āguli: ꝛ la pis offēsiōis ꝛ petra scādali: his q̄ offēdūt v̄bo: nec credūt i quo ꝛ positi sūt. Uos aūt genus electum: regale sacerdotiū: gēs sācta ppl's acq̄sitiōis: ut v̄tutes ānūcietis ei⁹: q̄ de tenebris vos vocauit i āmirabile lumē suū: q̄ aliq̄n n̄ ppl's dei: nc̄ āt ppl's dei: q̄ n̄ ꝯsecu ti miam: nūc aūt miam ꝯsecuti. Carissimi: obsecro vos tanq̄ aduenas ꝛ peregrinos ab stinere vos a carnalib⁹ desiderijs: q̄ militāt aduersus aīam: ꝯuersatiōem v̄ram it' gētes hn̄tes bonā: ut in eo q̄ detractāt de vob' tā q̄ de malefactorib⁹: ex bonis opibus vos ꝯsiderātes: glorificēt deū i die visitatiōis. Subiecti igit' estote oī hūane creature ppter deū: siue regi q̄si p̄cellenti: siue ducib⁹ tanq̄ ab eo missis ad vindictā malefactoꝝ lau dem v̄o bonorum. Quia sic ē volūtas dei: ut bn̄ faciētes obmutescē faciati iprudētiū hoium ignorātiam. Quasi liberi: ꝛ n̄ quasi velamen hn̄tes malitie libertatē: sꝫ sic s'ui dei. Oēs honorate: fraternitatē diligite. Deū timete: regē honōificate. Serui subditi esto te i oī timore dn̄is: n̄ tm̄ bonis ꝛ modestis: sed etiam discolis. Hec ē.n. gr̄a: si ppter dei ꝯsciam sustinet q̄s tristitias patiens iiuste. Que.n.ē gr̄a: si peccātes ꝛ colaphiçati suf fertis. Sꝫ si bn̄faciētes patiēt' sustinetis: hec ē gr̄a apd̄ deū. In hoc.n. vocati estis: q̄a ꝛ xp̄s passus ē p nob': vobis relinq̄ns exēplum: ut sequamini vestigia eius. Qui pecc̄m nō fecit

nec iuēt᷑ ē dol' i ore ei'. Qui cū maledicēt᷑: nō maledicebat cū pateŕ ñ cōminabat᷑. Tradebat āt iudicāti se iiuste. Qui pcca nr̄a ipe ptulit i cōpōe suo sup lignū: ut pccis mōtui iustitie viuam': cui' liuore sanati estͥ. Eratͥ .n. sic oues errātes: sed ꝯuersi estͥ nūc ad pastorē ꝛ epm aiarum vr̄arū.

C.III.

Simil̄r ꝛ mľieres subdite sint virͥ suis: ut ꝛ siq̄ ñ credūt v̄bo p mulierū ꝯuersatiōez sine v̄bo lucrifiant: ꝯsiderātes in timore scāz ꝯuersatōez vr̄az. Quarū sit ñ extrisec' capillatura: aut circūdatio auri aut idumenti vestimētorū cult': sed q̄ abscōdit' ē cordis hō i icorruptibilitate q̄eti ꝛ modesti sp̄s: q̄ ē i ꝯspectu dei locuplex. Sic .n. aliq̄n ꝛ scē mľieres sperātes i deo ornabant se subiecte ꝓpiis virͥ: sic sara obediebat abrae dn̄m eū vocās: cui' estͥ filie bn̄facietes: ꝛ nō ptimētes ullā pturbatōez. Uiri siliter cohabitātes ɓm sciētiā: q̄si ifirmiori vasculo muliebri ipartientes honorē taq̄ʒ cohēdib' grē vite: ut ñ ipediātur orōes vr̄e. In fide autez ōes vnanimes cōpatiētes fraternitatͥ amatores mi̅icordes modesti hūiles: ñ reddentes malū ꝓ malo: nec maledictū ꝓ maledicto: sed ecōtrario bn̄dicētes: qꝛ i hoc vocati estͥ: ut bn̄dictiōez hēditate possideatͥ. Qui .n. vult vitam diligē: ꝛ dies videre bonos: coerceat linguam suam a malo: ꝛ labia ei' ne loquāt᷑ dolum. Declinet āt a malo ꝛ faciat bonum: iquirat pacem ꝛ sequat᷑ eā: quia oculi dn̄i sup iustos: ꝛ aures ei' i p̄ces eorū vultus āt dn̄i sup faciētes mala. Et q̄s ē qui vobis noceat: si boni emulatores fueritis? Sed ꝛ siq̄d patimini ꝓpter iusticiam beati. Timorem āt eorū ne timueritͥ: ut ñ cōturbemini. Dn̄m āt xp̄m scificate in cordibus vr̄is: parati sēp ad satisfactōem ōi poscenti vos rōem de ea: q̄ in vob̄ ē spe: sed cū modestia ꝛ tiore ꝯsciam hn̄tes bonā: ut i eo q̄ detrahūt ð vob̄ ꝯfūdāt᷑: q̄ calūniāt᷑ vr̄az bonā i xp̄o ꝯuersationem. Melius ē .n. ut bn̄facientes: si volūtas dei velit pati: q̄ malefacientes: qꝛ ꝛ xp̄s semel ꝓ pccis nr̄is mortu' ē iustus ꝓ iniustis: ut nos offerret deo: mortificatos q̄dem carne: viuificatos āt spū. In q̄ ꝛ his q̄ i carcere erant spu veniēs p̄dicauit: q̄ increduli fuerāt aliq̄n: q̄n expectabāt dei patientiam in dieb' noe: cum fabricaretur arca: in q̄ pauci .i. octo aie salue facte sunt p aquā. Qꝛ ꝛ vos nūc silis forme saluos fac̄ baptisma: non carnis depositio sordiū: sed ꝯscie bōe itrogatio i deū p resurrectōez iesu xp̄i a mortuis: q̄ ē i dextera dei: deglutiens mōtē: ut vite eterne hēdes efficēmur: ꝓfect' i celū subiectͥ sibi āgeľ ꝛ ptatib' ꝛ v̄tutib'.

C.IIII.

Christo igr̄ passo i carne ꝛ vos eadē cogitatiōe armamini: qꝛ q̄ passus ē i carne desiyt a pccis: ut ñ iā desideriys hoiuz: sʒ volūtati dei: qd̄ ꝛliquū ē i carne viuat tp̄is. Sufficit .n. p̄teritū tp̄s ad volūtatē gētium ꝯsūmādā his: q̄ ābulauerūt i luxuriys desideriys vinolētiys cōmessatiōib' potatiōib' ebrietatibus ꝛ illicitͥ idolorū cultib'. In q̄ āmirant᷑ ñ ꝯcurrētib' vob̄ i eādē luxurie cofusiōem blasphemantes: q̄ reddēt rōem ei: q̄ parat' ē iudicare viuos ꝛ mortuos. Propt᷑ hoc .n. et mortuis euāgelizatū ē: ut iudicēt᷑ q̄dem ɓm hoies in carne: viuāt āt ɓm deū i spu. Oium āt finis appropiquabit. Estote itaq̄ʒ prudētes ꝛ vigilate i orōnib': āte oia āt mutuā i vobismetipsis caritatē ꝯtinuaz hn̄tes: qꝛ caritas operit mľtitudiem pccorū. Hospitales iuicē sine murmuratiōe. Unusq̄sq̄ʒ sicut accepit grām: i alterutrū illā amistrātes: sicut bōi dispēsatores mľtifōmis grē dei. Siq̄s loq̄t q̄si ɓmones dei. Siquis mistrat tanq̄ʒ ex v̄tute quā āmistrat de': ut i ōib' honorificet᷑ de' p iesū xp̄m: cui ē glā ꝛ imperium in secula seclorum amen. Carissimi: nolite peregrinari i feruore: q̄ ad tentationez vob̄ sit: q̄si noui aliq̄d vobis ꝯtigat: sed cōicātes xp̄i passiōib' gaudete: ut ꝛ i reuelatōe glē ei' gaudeatͥ exultātes. Si exprobramini i noie xp̄i: beati eritis: q̄m qd̄ ē honoris glē ꝛ v̄tutͥ dei: ꝛ q̄ ē ei' sp̄s sup vos requiescit. Nēo āt vr̄m patiat᷑ q̄si hōicida aut fur aut maledicus aut alienorū appetitor. Si āt ut xp̄ianus: ñ erubescat: glorificet āt deum in isto noie: q̄m temp' ē: ut icipiat iudiciū a domo dei. Si aūt p̄mū a nob̄: q̄s finis eorū: q̄ ñ credūt dei euāgelio? Et si iust' q̄dē vir saluabit: ipi' ꝛ pccor: ubi parebūt? Itaq̄ʒ ꝛ hi q̄ patiūt ɓm voluntatē dei: fideli creatori cōmēdent aias suas i bn̄factͥ.

C.V.

Seniores ḡ q̄ i vob̄ sūt: obsecro cōsenior ꝛ testis xp̄i passionū: q̄ ꝛ eius q̄ i futuro reuelanda ē glē cōicator. Pascite q̄ i vob̄ ē gregē dei: puidētes ñ coacte: sed spōtanee secundum deum: neq̄ʒ turpis lucri grā: sed volūtarie: neq̄ʒ ut dn̄antes i cleris: sʒ fōma

facti gregis ex aĩo: ⁊ cũ apparuerit pꝛiceps pastoꝝ percipietis imarcescibilẽ gl'e coronam. Siliter adolescentes subditi estote senioꝛib᷒. Oẽs.n.iuicẽ hũilitatẽ isinuate: q̃a dñs supbis resistit: hũilib᷒ ãt dat grãm. Humiliamĩi igr̃ sub potẽti mãu dei: ut vos exaltet i tp̃e visitatiõis: õem sollicitudiem vr̃az pijciẽtes i eũ: qm̃ ipsi cura ẽ de vob̃. Sobrij estote ⁊ vigilate: q2 advsari᷒ vr̃ diabol᷒ tãq̃ leo rugiens circuit: q̃rẽs quẽ deuoꝛet: cui resistite foꝛtes in fide: sciẽtes eãdẽ passiões ei: que i mũdo ẽ vr̃e fratnitati fieri. De᷒ ãt oĩs grẽ: q̃ vocauit nos i eterná suã gl'am in xp̃o iesu modicũ passos: ipe pficiet cõfirmabit solidabitq3. Ipsi gl'a ⁊ iperiũ i secl'a secl'oꝝ amen. Per siluanũ fidelẽ frẽm vob̃: ut arbitroꝛ: breuiter scripsi: obsecrans ⁊ ꝯtestans hanc cẽ verã grãm dei i q̃ stat̃. Salutat vos eccl'a: q̃ ẽ i babylõe collecta: ⁊ marc᷒ fili᷒ meus. Salutate inuicẽ i osculo sc̃o. Gr̃a vobis oĩb᷒: q̃ estis i xp̃o iesu amen.

Explicit epl'a beati petri apl'i pma. Incipit argumẽtũ i epl'am secundam.

SJmõ petr᷒ p fidẽ huic mũdo sapiẽtes mõtuos cẽ declarat: eisdẽq3 pietatis quãta sit magnitudo: luce ipa clarius manifestat.

Explicit argumẽtũ. Incipit epl'a secũda beati petri apl'i. Capitulũ pmum.

SJmon petrus seru᷒ apl's iesu xp̃i: his q̃ coeq̃lem nobiscum soꝛtiti sũt fidẽ i iusticia dei nr̃i ⁊ saluatoꝛis iesu xp̃i: gr̃a vob̃ ⁊ pax adipleat i cognitiõe dei ⁊ xp̃i iesu dñi nr̃i. Quõ oĩa nobis diuine v̾tut̃ sue: q̃ ad vitã ⁊ pietatẽ dõata st̃ p cognitiõem eius: q̃ vocauit nos ꝓpa gl'a ⁊ virtute: p quam maxima ⁊ p̃ciosa nobis ꝓmissa dõauit: ut p hoc efficiamini diuine ꝯsoꝛtes nature: fugiẽtes ei᷒: que i mũdo est ꝯcupiscẽtie coꝛruptiõem. Uos ãt curã õem subiferẽtes mĩstrate i fide vr̃a virtutẽ: i virtute autẽ ãt sciam: in scĩa ãt abstinentiaz: i abstinẽtia ãt patiẽtiam: i patientia ãt pietatẽ: i pietate ãt amoꝛẽ fratnitatis: i amoꝛe ãt fratnitatis caritatẽ. Hec.n.si vobiscũ assint ⁊ superẽt: nõ vacuos nec sine fructu vos constituent in dñi nr̃i iesu xp̃i cognitõe. Cui.n.ñ p̃sto st̃ hec: cec᷒ ẽ ⁊ manu tẽtãs obliuiõez accipiẽs purgatiõis veteꝝ suoꝝ delictoꝛum. Quapp̃ter frẽs mag' satagite: ut p bõa opa certã vr̃am vocationem et electionez faciat̃. Hec .n. faciẽtes ñ peccabit̃ aliq̃ñ. Sic.n.abũdãter mĩstrabit vob̃ itroit᷒ i et̃nũ regnũ dñi et saluatoꝛ̃ nr̃i iesu xp̃i. Propt̃ qd̃ vos icipiã sẽp cõmonẽ de his: ⁊ q̃dẽ sciẽtes ⁊ ꝯfirmatos vos i pñti veritate. Justũ ãt arbitroꝛ: q̃ diu sũ i hoc tabernaculo suscitare vos i cõmonitõe: cert᷒ q̃ velox ẽ depositio tabernaculi mei: s3 q̃ ⁊ dñs nr̃ iesus xp̃s significauit mihi. Dabo autem opã ⁊ freq̃nter hr̃e vos p᷒ obitũ meũ: ut hoꝝ oĩu3 mẽoꝛiã faciatis. Nõ.n. idoctas fabl'as secuti notã fecim᷒ vobis dñi nr̃i iesu xp̃i virtutẽ ⁊ p̃sciam: s3 speculatõres fc̃i illi᷒ magnitudis. Accipiẽs.n.a deo p̃re honoꝛẽ ⁊ gl'a voce delapsa ad eum huiuscemodi a magnifica gl'a: hic ẽ fili᷒ meus dilect᷒ i q̃ mihi complacui: ipsũ audite. Et hãc vocẽ nos audiuimus ð celo allatã: cũ essemus cũ ipso i mõte sc̃o. Et hẽmus firmioꝛẽ ꝓpheticũ sermonẽ: cui bñfacit̃ attendẽtes: q̃si lucerne lucẽti i caliginoso loco: donec dies elucescat: ⁊ lucifer oꝛiat̃ i coꝛdibus vr̃is; hoc pmum itelligẽtes: q̃ oĩs ꝓphetia scripture ꝓpa intp̃retatione ñ fit. Nõ.n.volũtate hũana allata ẽ aliq̃ñ ꝓphetia: s3 spũ sc̃o inspirati locuti sũt sãcti dei hoies. .II.

FUerũt v̾o et pseudo ꝓphete in pplo: sicut et i vobis erũt mgr̃i mẽdaces: q̃ itroducẽt sectas pditõis: et eũ q̃ emit eos deu3 negãt: supducẽtes sibi celerẽ pditionem. Et mlti sequẽt eoꝛum luxurias: per q̃s via veritat̃ blasphemabitur: et in auaritia fict̃ v̾bis ð uobis negociabũt. Quibus iudiciũ iã oli3 ñ cessat: et pditio eoꝝ non dõmitat. Si.n. de᷒ angelis peccãtib᷒ ñ pepcit: sed rudẽtibus iferni detractos i tartaꝝ tradidit cruciãdos i iudiciũ reseruari: et oꝛigiali mũdo ñ pepcit: s3 octauũ noe iustitie pconem custodiuit diluuiũ mũdo ipioꝝ iducẽs ⁊ ciuitates sodomoꝝ et gomoꝛꝛeoꝝ i cinerem redigens euersiõe dãnauit: exẽplũ eoꝝ: qui ipie acturi sũt ponẽs: et iustũ loth oppssũ a nefandoꝝ iiuria ac luxuriosa cõuersatiõe eripuit. Aspectu.n.et auditu iust᷒ erat habitãs apud eos: q̃ de die i diẽ aĩam iustã iniq̃s operib᷒ cruciabãt. Nouit deus pios de temptatiõe eripere: iniq̃s v̾o i diẽ iudicij reseruare cruciãdos. Magis aũt eos q̃ p᷒ carnem in

ↄcupiscētia imūditie ambulāt: dn̄atiōemq3
ↄtēnūt: audaces sibi placētes sectas n̄ metu
unt īroducē blasphemātes. Ubi āgeli forti
tudie ⁊ uirtute cū sint maiores: n̄ portāt ad
uersū se execrabile iudiciū. Hi vō uelut irrō
nabilia pecora naturaliter ī captōez ⁊ ī per
niciē ī his: que igrāt blasphemantes in cor
ruptiōe sua pibūt: pcipiētes mercedē iiusti
tie. Uoluptatē existiantes dici delitias coi-
qnatiōis ⁊ macule delitijs affluētes ī cōui-
uijs suis luxuriantes uobiscū: oclos hn̄tes
plēos adulterij ⁊ incessabil' delicti: pellicien
tes aīas instabiles: cor exercitatū ī auaricia
hn̄tes: maledictiōis filij: dēliquētes rectam
uiā errauerūt secuti uiā balaan ex bosor: q̄
mercedem iniquitatꝭ amauit: correptionez
vō habuit sue uesanie. Subiugale mutum
aīal in hoīs voce loquēs: phibuit pphete ī-
sipientiam. Hi sūt fōtes sine aqua ⁊ nebule
turbinib' exagitate: quib' caligo tenebrarū
reseruat. Supbia. n. uāitatꝭ loquētes: pelli-
ciūt ī desiderijs carnis luxurie eos: q̄ paulu
lū effugiūt: q̄ ī errore ↄuersati libertatē illis
pmittentes: cū ipsi serui sint corruptionis.
A q̄. n. quis supat' ē: hui' ⁊ seru' ē. Si. n. re-
fugiētes coīqnatōes mūdi ī cognitōe dn̄i nr̄i
⁊ saluatoris iesu xp̄i: his rursus iplicati su-
perāt: facta st̄ eis posteriora detiora priorib'.
Meli'. n. erat ill' n̄ cog̃scere viā iustitie: q̄ p'
agnitōem retrorsū ↄuerti ab eo: qd̄ ill' tradi
tū ē sācto mādato. Cōtigit. n. eis illud veri
puerbij: Canis reuersus ad suū vomitum:
⁊ sus lota ī uolutabro luti.

C. III.

Hanc ecce vobis carissimi secūdā scri
bo eplām: ī qb' viam excito ī cōmōi
tōem syncerā mētem: ut mēores sitꝭ eorū: q̄
pdixi verborꝝ a sāctꝭ pphetꝭ ⁊ aplorꝝ vrorꝝ
pceptorū dn̄i ⁊ saluatorꝭ. Hoc pmū sciētes:
q̄ veniēt a nouissimis dieb' ī deceptōe illu
sores iuxta ppas ↄcupiscentias ābulātes: di
centes: Ubi est pmissio aut aduēt' ei'? Ex q̄
. n. pres dormiēt: oīa sic pseuerāt ab initio
creature. Latet. n. eos hoc volentes: q̄ celi
erāt prius ⁊ terra de aqua ⁊ p aquā ↄsistens
dei verbo: p q̄ ille tūc mūdus aqua iundat'
perijt. Celi āt qui nūc sūt ⁊ t̄ra eodē verbo
repositi sūt igni seruati ī diem iudicij: ⁊ per
ditōis ipiorū hoīum. Unū uero hoc n̄ late
at uos carissimi: q2 un' dies apud dn̄m: sic
mille anni: ⁊ mille anni sicut dies un'. Non
tardat dn̄s pmissiōem suā: sic quidā existi-
mant: s3 patient' agit ppt' uos: nolēs aliq̄s
perire: s3 oēs ad pn̄iaz reuerti. Adueniet āt
dies dn̄i ut fur: ī q̄ celi mag̃ ipetu trāsiēt: ele
mēta uero calōe soluēt: terra āt ⁊ que ī ipa
sūt opa exurēt. Cum hec igit' oīa dissoluen-
da sint: quales o3 vos eē ī sāctis ↄuersatiōi
bus ⁊ pietatib' expectātes ⁊ pperātes ī ad-
uentum diei dn̄i: p quē celi ardētes soluent'
⁊ elemēta ignis ardore tabescent? Nouos
vero celos ⁊ nouā t̄ram ⁊ pmissa ipsi' expec
tamus: ī quib' iustitia hītat. Propt' qd̄ caris
simi hec expectantes: satagite imaculati ⁊ ī
uiolati ei iueniri ī pace ⁊ dn̄i nr̄i iesu xp̄i lō
ganimitatem salutē arbitramini: sic ⁊ caris
simus frat' nr̄ paulus ƒm datam sibi sapiaz
scripsit uobis: sicut ⁊ ī oīb' eplīs: loquens ī
eis de his: ī quib' sūt quedā difficilia itellec
tu: que idocti ⁊ istabiles deprauāt: sicut et
ceteras scripturas: ad suā ipsorꝝ pditōem.
Uos igr̄ fr̄es psciētes custodite: ne isipiētiū
errore traducti excidatis a ppria firmitate.
Crescite vō ī grā ⁊ ī cognitōe dn̄i nr̄i ⁊ salua
toris iesu xp̄i. Ipsi glā ⁊ nūc ⁊ in diem eter
nitatis amen.

Explicit epl'a bt̄i petri apl'i secūda. Incipit
argumētū ī epl'ā bt̄i ioānis apl'i pmā.

Rationē verbi ⁊ q̄ de' ipse sit ca-
ritas māifestat ⁊ susurrōes fr̄3:
nec deū scire: nec pios fieri pos-
se: eo usq3 differat: ut esse com
probet hoīcidas: eo q̄ odium sit iterfectio
nis occasio.

Incipit epl'a beati ioānis
apl'i prima. Capl'm pmū.

Quod fuit ab initio
qd̄ audiuim': qd̄ vidimus
oculis nr̄is: qd̄ pspexim':
⁊ man' nr̄e ↄtrectauerunt
de verbo vite: ⁊ vita ma-
nifestata ē: ⁊ vidim' ⁊ testāur ⁊ ānūciamus
vobis vitā et̄nā: q̄ erat apud patrē: ⁊ appa-
ruit nobis. Qd̄ uidim' ⁊ audiuim' ānūcia
am' uobis: ut ⁊ vos societatē hēatꝭ nobiscū:
⁊ societas nr̄a sit cū p̄re ⁊ cum filio ei' iesu
christo. Et hec scribimus vobis ut gaudea
tis ⁊ gaudiū vr̄m sit plenū. Et hec ē annū-
ciatio: quā audiuim' ab eo: ⁊ ānūciam' vob

qm̄ de⁹ lux ē ⁊ tenebre ī eo n̄ sūt ulle. Si dixe-
rim⁹ : qm̄ societatē hēm⁹ cū eo: ⁊ i tenebris
ambulaꝫ⁹: mētimur: ⁊ vitatē n̄ facim⁹. Si
āt i luce ābulam⁹: sicut ⁊ ipse ē i luce societa
tem hēmus adinuicem : ⁊ sanguis iesu xp̄i
filij eius emūdat nos ab ōi pc̄cō. Si dixeri-
m⁹: qm̄ pc̄cm nō hēmus: ipsi nos seducim⁹
⁊ veritas in nobis nō ē. Si ꝯfiteamur pc̄cā
nr̄a: fidelis ē ⁊ iust⁹: ut remittat nobis pc̄cā
nr̄a : ⁊ emūdet nos ab ōi iniq̄tate. Si dixe-
rim⁹: qm̄ n̄ peccauim⁹: mēdacē facim⁹ euꝫ: ⁊
verbū eius n̄ ē in nobis.

.II.

Filioli mei: hec scribo uob: ut n̄ pecce-
tis. Sed ⁊ siq̄s peccauerit: aduocatum
hēm⁹ apd̄ p̄rem iesū xp̄ꝫ iustū. Et ipse ē ꝓpi
tiatio ꝑ pc̄cis nr̄is: n̄ ꝑ nr̄is āt tm̄: sed ēt pro
toti⁹ mūdi. Et i hoc scim⁹: qm̄ cognouimus
eū: si mādata ei⁹ obseruem⁹. Qui dic̄ se nos
se eū ⁊ mādata ei⁹ n̄ custodit: mēdax ē: ⁊ in
hoc veritas n̄ ē. Qui āt seruat v̄bū ei⁹: vere
in hoc caritas dei ꝑfecta ē. In hoc scimus:
qm̄ i ipso sum⁹. Qui dicit se i xp̄o manere:
dꝫ sic̄ ille ābulauit: ⁊ ipse ambulare. Caris-
simi: n̄ mandatum nouū scribo vob: sꝫ mā
datum vetus: qd̄ habuistis ab īitio. Man-
datum vetus ē v̄bum qd̄ audistis. Iterum
mandatū nouū scribo vob: qd̄ veꝝ est ⁊ in
ipso ⁊ in vobis: q2 tenebre trāsieūt: ⁊ veꝝ lu
men iā lucet. Qui dicit se in luce eē ⁊ f̄rem
suū odit: i tenebris ē usq꞉ adhuc. Qui dili-
git f̄rem suū: i luīe manet ⁊ scādalū i eo n̄ ē.
Qui aūt odit f̄rem suū i tenebris ē: ⁊ i tene-
bris ābulat : ⁊ nescit q̄ eat: q2 tenebre obce-
cauerūt oc̄los ei⁹. Scribo vob filioli: qm̄ re
mittūt vob pc̄cā ꝓpt̄ nomē ei⁹. Scribo vob
p̄res: qm̄ cōguistꝭ eum: q̄ ab initio ē. Scribo
vob adolescētes : qm̄ vicistꝭ malignū. Scri-
bo vob īfantes: qm̄ cōguistis p̄rem. Scribo
vobis iuuenes : qm̄ fortes estꝭ: ⁊ v̄bum dei
manet i vobis: ⁊ vicistis malignū. Nolite di
ligere mundum: nꝫ ea q̄ i mundo sūt. Siq̄s
diligit mūdū: n̄ ē caritas p̄ris in eo. Qm̄ ōe
qd̄ ē i mūdo: ꝯcupiscētia carnis ē : ⁊ ꝯcupi
scētia oc̄loꝝ: ⁊ sup̄bia vite q̄ n̄ ē ex p̄re: sꝫ ex
mundo ē. Et mundus transit ⁊ ꝯcupiscētia
ei⁹. Qui āt facit volūtatem dei: manet i et̄-
num. Filioli: nouissima hora ē. Et sicut au-
distis: q2 ātixp̄s venit: nūc ātixp̄i multi facti
sunt. Unde scim⁹: q2 nouissima hora ē. Ex
nobis ꝓdierunt : sed n̄ erāt ex nobis. Nam
si fuissēt ex nobis: ꝑmāsissēt utiq꞉ nobiscū.

Sed ut manifesti sint: qm̄ n̄ sūt ōes ex nob.
Sed uos vnctiōem hētis a sc̄o: ⁊ nostꝭ oia.
Nō scripsi uobis: q̄si ignorātib⁹ v̄itatē: sꝫ q̄si
sciētib⁹ eā: ⁊ qm̄ ōe mēdaciū ex veritate n̄ ē.
Quis ē mēdax: nisi is q̄ negat: qm̄ iesus nō
ē xp̄s? Hic ē ātixp̄s: q̄ negat p̄rem ⁊ filium.
Omnis q̄ negat filium: nec p̄rem hꝫ: q̄ ꝯfite
tur filium: ⁊ patrem hꝫ. Uos qd̄ audistꝭ ab
initio: i vobis ꝑmaneat: q2 si i uobis ꝑman
serit qd̄ audistis ab initio: ⁊ uos i filio ⁊ pa
tre manebitꝭ. Et hec ē repromissio: quā ipe
pollicitus est nobis vitā eternā. Hec scripsi
vobis de his: q̄ seducūt vos. Et vos vnctio
nē : quā accepistis ab eo maneat in vobis.
Et n̄ neceē habetꝭ: ut aliq̄s doceat vos: sꝫ sic̄
vnctio ei⁹ docet uos de oīb⁹. Et veꝝ ē: ⁊ n̄ ē
mendaciū. Et sic̄ docuit uos manete i eo:
Et nc̄ filioli māete i eo: ut cū apparuerit ha
beam⁹ fiduciā: ⁊ n̄ ꝯfūdamur ab eo i aduen
tu ei⁹. Si scitꝭ qm̄ iust⁹ ē: scitote qm̄ ⁊ ois q̄
facit iustitiā ex ipso nat⁹ ē.

.III.

Videte qualē caritateꝫ dedit nobis p̄r:
ut filij dei noīemur ⁊ simus. Propt̄ hoc
mūdus n̄ nouit nos: q2 n̄ nouit eū. Carissi-
mi nc̄ filij dei sum⁹: ⁊ nōdū apparuit qd̄ eri
m⁹. Scim⁹ qm̄ cum apparuerit: sil̄es ei eri
m⁹: qm̄ videbim⁹ eū sicuti ē. Et ois q̄ hꝫ hāc
spem in eo: sc̄ificat se: sicut ⁊ ille sc̄s ē. Ois q̄
facit pc̄cm: ⁊ iniq̄tatem facit. Et pc̄cm ē iniq̄
tas. Et scitis q2 ille apparuit: ut pc̄cā tolle
ret: ⁊ pc̄cm in eo n̄ ē. Ois q̄ i eo māet n̄ pec
cat. Et ois q̄ peccat n̄ uidit eum: nec coḡuit
eū. Filioli: nēo vos seducat. Qui facit iusti
tiam iust⁹ ē: sic̄ ⁊ ille iustus ē. Qui facit pc̄cꝫ
ex diabolo ē: qm̄ ab īitio diabol⁹ peccat. In
hoc apparuit fili⁹ dei: ut dissoluat opera di
aboli. Ois q̄ nat⁹ ē ex deo pc̄cm n̄ facit: qm̄
semē ipsi⁹ i eo manet ⁊ n̄ pōt peccare: qm̄ ex
deo nat⁹ ē. In hoc manifesti sūt filij dei ⁊ fi
lij diaboli. Ois qui non ē iust⁹ n̄ ē ex deo: ⁊
qui n̄ diligit f̄rem suū. Qm̄ hec ē annuntia
tio: quā audistꝭ ab īitio: ut diligamꝰ alterutrū.
Nō sicut cayn: qui ex maligno erat: ⁊ occi-
dit f̄rem suū. Et ꝓpt̄ quid occidit eū? Qm̄
opa ei⁹ maligna erant: f̄ris āt ei⁹ iusta. Noli
te mirari f̄res: si odit vos mūd⁹. Nos scim⁹
qm̄ trāslati sum⁹ de morte ad vitā: qm̄ dili
gimus f̄res. Qui n̄ diligit māet i morte. Ois
qui odit fratrem suū homicida ē. Et scitis
qm̄ ois hōicida n̄ hꝫ vitam et̄nam in se ma
nentē. In hoc coḡuim⁹ caritatē dei: qm̄ ille

aīam suā ꝓ nobis posuit: et nos debemus
ꝓ frībus aīas ponere. Qui habuerit substā
tiā huiꝰ mundi: et uiderit frēm suum neces-
se hrē: et clauserit viscera sua ab eo: quō ca
ritas dei māet ī eo. Filioli mei: ñ diligamus
verbo neqꝫ lingua: sed ope et veritate. In
hoc cognoscimus qm̄ ex vitate sumus: et ī
ꝯspectu eius suadebimꝰ cōda nr̄a. Qm̄ si re
ꝓhēderit nos cor nr̄m: maior ē deus corde
nr̄o et nouit oīa. Carissimi si cor nr̄m ñ rep
hēderit nos: fiduciā hēmꝰ ad deum: ⁊ q̇cq̇d
petierīꝫ accipeꝫ ab eo: qm̄ mādata eiꝰ custo
dimꝰ: ⁊ ea q̄ sūt placita corā eo facimus. Et
hoc ē mādatū eius: ut credamus ī noīe filiȷ̄
eius iesu xp̄i: ⁊ diligamus alťutrū: sic̄ dedit
mādatū nobis. Et qui seruat mādata eius
ī illo māet ⁊ ip̄e ī eo. Et ī hoc scimꝰ: qm̄ ma
net ī nobis ď spū: quē dedit nobis.

¶ .IIII.

RArissimi: nolite oī spūi credē: sed ꝓ-
bate spūs si ex deo sint: qm̄ mlťi pseu-
do ꝓphete exierūt in mūdū. In hoc cog̊scit
sp̄s dei. Oīs spūs q̇ ꝯfitet iesū xp̄ꝫ in carne
venisse ex deo ē. Et oīs sp̄s q̇ soluit iesuꝫ: ex
deo ñ ē: ⁊ hic ē ātixp̄s: ď q̊ audistī: qm̄ venit
⁊ nūc iā ī mūdo est. Uos ex deo estī filioli et
vicistis eum: qm̄ maior ē q̇ ī vobis ē q̄ꝫ q̇ in
mūdo. Ipsi ď mūdo sūt: iō de mūdo loquū
tur: ⁊ mūdus eos audit. Nos ex deo sumꝰ.
Qui nouit deū audit nos: q̇ ñ ē ex deo nō
audit nos. In hoc cog̊scimꝰ spm̄ vitatī ⁊ spꝫ
erroris. Carissimi diligamꝰ nos inuicē: qꝛ ca
ritas ex deo ē. Et oīs q̇ diligit ex deo natus
ē: ⁊ cog̊scit deum. Qui non diligit: non no-
uit deum: qm̄ deus caritas ē. In hoc appa-
ruit caritas dei in nobis: qm̄ filium suū vni
genitū misit deꝰ ī mūdum: ut uiuamꝰ p eū.
In hoc ē caritas: nos q̄si ñ dilexerīꝫ deū: sꝫ
qm̄ ipse prior dilexit nos: ⁊ misit filiū suuꝫ
ꝓpitiatōem ꝓ pccīs nr̄is. Carissimi: si deus
dilexit nos: ⁊ nos debeꝫ altutrū diligē. De
um nemo uidit vnq̄. Si diligamꝰ īuicē: deꝰ
ī nobis māet: ⁊ caritas eiꝰ ī nobis ꝑfecta ē.
In hoc cognoscimꝰ: qm̄ in eo manemus: et
ipse ī nobis: qm̄ de spū sc̄o suo dedit nobis.
Et nos uidimus ⁊ testificamur: qm̄ pr̄ mi
sit filiū suum saluatorē mūdi. Quisq̄s ꝯfes
sus fuerit: qm̄ iesus est filius dei: deꝰ ī eo ma
net ⁊ ipse in deo. Et nos cognouimus ⁊ cre
didimus caritati: quam hꝫ deus in nobis.
Deus caritas ē ⁊ q̇ manet ī caritate in deo
manet ⁊ deus in eo. In hoc ꝑfecta ē caritas
dei nobiscū: ut fiduciā hēamus ī die iudicȷ̄:
qꝛ sic̄ ille ē: ⁊ nos sumꝰ ī hoc mūdo. Tior ñ
est ī caritate: sꝫ ꝑfecta caritas foras mittit
tiorē: qm̄ tior penā hꝫ. Qui āt timet nō est
ꝑfectus ī caritate. Nos ḡ diligamus deum:
qm̄ deus ṗor dilexit nos. Siq̄s dixerit qm̄
diligo deū ⁊ frēm suū oderit: m̄dax ē. Qui
.n. ñ diligit frēm suū quē uidet: deū quē nō
uidet quō pōt diligē? Et hoc mādatū hēmꝰ
a deo: ut q̇ diligit deū: diligat ⁊ frēm suum.

¶ .V.

OMnis qui credit qm̄ iesus ē xp̄us ex
deo natus ē. Et oīs qui diligit eū q̇ ge
nuit: diligit ⁊ eū: qui natꝰ ē ex eo. In hoc co
gnoscimus: qm̄ diligimus natos dei: cū ď ū
diligamus: ⁊ mandata eius faciamus. Hec
ē .n. caritas dei: ut mādata eius custodiamꝰ
⁊ mādata eius grauia ñ sūt. Qm̄ ōe qȯ na
tū ē ex deo uicit mūdū: ⁊ hec ē uictoria q̄ ui
cit mūdū fides nr̄a. Quis ē āt qui uicit mū
dū: nisi qui credit qm̄ iesus ē filius dei? Hic
ē q̇ uenit ꝑ aquā ⁊ sāguiem iesus xp̄s. Non
ī aq̄ solū: sꝫ ī aq̄ et sāguie. Et sp̄s ē q̇ testifica
tur: qm̄ xp̄s ē vitas. Qm̄ tres sūt q̇ testimo
niū dant in celo: pr̄ v̇bū et sp̄s sc̄s: et hi tres
unū sūt. Et tres sūt q̇ testioniū dāt ī ťra: sp̄s
aq̄ et sāguis: et tres unū sūt. Si testionium
hoīum accipimus: testionium dei maius
est. Qm̄ hoc est testioniū dei: quod maius
ē: qm̄ testificatus ē de filio suo. Qui credit
ī filiū dei: hꝫ testioniū dei in se. Qui ñ cre-
dit filio: mēdacē facit eū: qꝛ ñ credit ī testio-
nio: qȯ testificatus est deus de filio suo. Et
hoc ē testioniū: qm̄ uitā eternā dedit nobis
deus: et hec uita ī filio eius ē. Qui hꝫ filiuꝫ
dei: hꝫ uitaꝫ: q̇ ñ hꝫ filiū dei: uitā ñ hꝫ. Hec
scribo uobis: ut sciatī: qm̄ uitā hētī etnā: q̇
creditī in noīe filȷ̄ dei. Et hec ē fiducia qua
hēmus ad deū: qꝛ qȯcūqꝫ petierimus ſm
uolūtatē eius audit nos. Et scimus: qꝛ au-
dit nos q̇cquid petierimus. Scimus: qm̄
hēmus petitiōes: q̄s postulamꝰ ab eo. Qui
scit frēm suuꝫ peccare pcc̄m ñ ad mortē: pe-
tat et dabiť ei uita peccāti nō ad mortē. Est
peccatū ad mortem: ñ ꝓ illo dico: ut roget
quis. Oīs iniquitas peccatū ē: ⁊ ē peccatuꝫ
ad mortem. Scimus: qꝛ oīs qui natus ē ex
deo ñ peccat: sed generatio dei cōseruat eū:
⁊ malignus nō tanget eū. Scimꝰ quoniā ex
deo sumꝰ: ⁊ mūdus totꝰ ī maligno positꝰ ē.
Et scimꝰ quoniā filiꝰ dei uenit ⁊ dedit nob̄
sensū: ut cog̊scamꝰ uerū deū: ⁊ simꝰ in uero

filio eius. Hic ē verus deus: ⁊ vita eťna. Filioli custodite uos a simulacris.

Explicit epl'a bťi ioānis apl'i prima. Incipit argumētū i epl'am eiusdē secūdam.

VSq3adeo ad sāctā feminā scribit: ut,eādē dn̄am n̄ dubitet l'ris appellaī: eiusdēq3 filijs testioniū: q͛ abulēt i v'itate p̄hibet.

Explicit argumētū. Incipit epl'a bťi ioānis apostoli secunda. Capl'm. I.

SEnior: electe dn̄e ⁊ natis ei⁹: q̊s ego diligo i v'itate: ⁊ nō ego solus: sed ⁊ ōes q̄ cog̊uerūt v'itatē: ,ppt̄ v'itatez: q̄ p̄manet in vobis: ⁊ vobiscū erit i etnū. Sit vobis cū gr̄a mia pax a deo p̄re: ⁊ a xp̄o iesu filio p̄ris i v'itate ⁊ caritate. Gauisus sū valde: qm̄ inueni de filijs tuis ābulātes i v'itate: sic̄ mādatū accepim⁹ a p̄re. Et nūc rogo te dn̄a nō tanq̄ mādatū nouū scribēs t̄: s3 qd̄ habuim⁹ ab initio: ut diligam⁹ alterutrū. Et hec ē caritas: ut ambulem⁹ s̄m mādata ei⁹. Hoc.n.ē mādatū: ut queādmodū audistis ab initio i eo ābuletis: qm̄ mlt̄i seductores exieȓt i mundū: q̄ n̄ ɔfitēt iesū xp̄m venisse i carnē. Hic ē seductor ⁊ antixp̄s. Uidete vosmetipsos ne p̄datis q̄ operati estis: s3 ut mercedez plenā accipiatis. Ois q̄ p̄cedit ⁊ n̄ p̄mācet i doctna xp̄i: deū n̄ h3. Qui p̄mācet i doctna: hic patrem ⁊ filium habet. Siq̄s venit ad vos et hāc dctnā n̄ affert: nolite recipe eū i domū: nec aue ei dixeritis. Qui.n.dicit illi aue: cōicat operib⁹ ei⁹ malignis. Ecce p̄dixi vobis: ut i diē dn̄i n̄ ɔfūdamini. Plura h̄ns vobis scribē: nolui p̄ chartā ⁊ atramentū. Spero .n. me futuꝝ apud vos: ⁊ os ad os loq̄: ut gaudiū vr̄m plenū sit. Salutant te filij sororis tue electe.

Explicit epl'a beati ioānis apl'i secūda. Incipit argumētū i epl'am eiusdē t̄tiam.

GAium pietatis cā̄ extollit: atq3 ut i ipsa pietate mācat exhortat: diotrepem ipietatis ⁊ sup̄bie cā obiurgat: demetrio aūt bonum testioniū p̄hibet cum fratrib⁹ vniuersis.

Explicit argumentū. Incipit epl'a beati ioannis apostoli tertia. Capl'm. I.

SEnior gaio carissimo: quē ego diligo i v'itate. Carissime d̄ ōib⁹ oratiōez facio p̄ sp̄ē te igrēdi ⁊ valē: sic̄ p̄spere agit aīa tua. Gauisus sū valde venientib⁹ f̄rib⁹ ⁊ testioniū p̄hibētib⁹ veritati tue: sicut tu i veritate ābulas. Maiorē hoꝝ nō hēo gr̄am: q͛ ut audiā filios meos i v'itate ābulare. Carissime: fidelit̄ facis q̄cq̄d op̄aris i f̄res: ⁊ hoc i p̄egrios: q̄ testioniū rddiderūt caritati tue i ɔspectu eccl'e: q̊s bn̄facies deducens digne deo. Pro noīe.n.ei⁹ ,p̄fecti sūt: nihil accipiētes a gentilibus. Nos ḡ debem⁹ suscipe huiusmodi: ut coop̄atores sim⁹ v'itatis. Scripsissem forsitan eccl'e: sed is q̄ amat primatū gerere in eis diotrepes n̄ recipit nos. Propter hoc: si venero cōmoneā ei⁹ op̄a q̄ facit: v'bis malignis garriēs i nos. Et q̄si non ei ista sufficiat: neq3 ipse suscipit f̄res: ⁊ eos q̄ suscipiūt ,p̄hibet: ⁊ d̄ eccl'a eycit. Carissime: noli imitari malū: sed qd̄ bonū ē. Qui bn̄ facit ex deo ē: q̄ male facit n̄ videt deū. Demetrio testionium reddit̄ ab ōib⁹ ⁊ ab ipsa veritate: sed ⁊ nos testioniū p̄hibemus: et nosti qm̄ testionium nr̄m veꝝ ē. Mlt̄a habui vobis scribē: sed nolui p̄ atramtū ⁊ calamū scribē t̄. Spero āt ,ptin⁹ te vidē: ⁊ os ad os loq̄mur. Pax t̄. Salutāt te āici. Saluta tu amicos noīatim.

Explicit epl'a bťi ioānis apl'i t̄tia. Incipit argumētū i epl'am beati iude apl'i.

IUdas apl's: f̄res d̄ corruptorib⁹ vie veritatis ita iformat: ut illicitū eē dissertet de sub iugo semel erutos seruitutis: denuo op̄ā suā officijs nouare seruilib⁹.

Explicit argumētū. Incipit epl'a bťi iude apl'i. Capitulū p̄mum.

IUdas iesu christi s̄u⁹ frater aūt iacobi: his q̄ sūt i deo p̄re dilectis in xp̄o iesu ɔseruatis ⁊ vocatis. Misericordia vob̄ ⁊ pax ⁊ cari

tas adipleat. Carissimi oēm solicitudinem faciēs scribēdi vobis de cōi via salute neces se habui scribere vobis: depcās supcertari semel tradite sācte fidei. Subitroierūt.n.qdā hoies: q oli scripti sūt i hoc iudiciū ipy: dni nri grām trāsferētes i luxuriā: ⁊ solum dnatorē ⁊ dnm nrm iesū xpm negātes. Cōmonē āt uos uolo sciētes semel oia: qm iesus ppl'm de tra egypti saluās: secundo eos q n crediderūt pdidit. Angelos vo q n seruauerūt suū pricipatū: sed dereliqrūt suuz domiciliū: i iudiciū magni dei vincul' etnis sub caligine reseruauit. Sic sodoma et gomorra ⁊ finitime ciuitates sili mō exfornicate: ⁊ abeūtes p' carnē alterā: fci sūt exemplū ignis etni penā sustinētes. Siliter ⁊ hi carnē qdem maculant: dnatiōem āt spnūt: maiestatē aūt blasphemāt. Cū michael archāgel' cū diabolo disputās altcaret d moysi corpore: n ē ausus iudiciū iferre blasphemie: sed dixit: Imperet t de'. Hi āt qcūqz q dē igrant blasphemāt: qcūqz āt naturaliter tāq muta aialia norūt: i his corrūpūt. Ue illis: q in via cain abierūt: ⁊ errore balaam mercede effusi sūt: ⁊ i ꝯtradictōe chore abierūt. Hi sūt i epulis suis macule ꝯuiuantes: sine timore semetipsos pascētes: nubes sine aq: q a vētis circūferūt: arbores autūnales ifructuose bis mortue eradicate fluctus feri maris despumātes suas ꝯfusiōes sidera errantia: qbus pcella tenebrarū seruata ē in eternū. Prophetauit aūt ⁊ d his septim' ab adā enoch dicēs: Ecce venit dns i sāctis milib' suis facē iudiciū ꝯtra ōes: ⁊ arguere ōes ipios d ōib' opib' ipietatl eoz: qb' ipie egeīt: ⁊ d ōib' duris: q locuti sūt ꝯtra deuz pccores impij. Hi sī murmuratores qrulosi fm desideria sua ābulātes: ⁊ os eoz loqt supbiā: mirātes psōas qstus cā. Uos āt carissimi memores estote vboz q pdicta sunt ab aplis dni nri iesu xpi: q dicebāt vob: qm i nouissimis tpib' veniēt illusores fm desiderīa sua ābulātes i ipietatib'. Hi sūt: q segregāt semetipsos aiales spm nō hntes. Uos āt carissimi supedificātes vosmetipos scissime nre fidei: i spu sācto orātes vosmetipos i dilectiōe dei seruate: expectātes miam dni nri iesu xpi i vitā etnaz. Et hos qdē arguite iudicatos: illos vo saluate de igne rapiētes. Alijs āt miseremini i tiore: odiētes ⁊ eā: q carnalis ē: maculatā tunicā. Ei āt q potēs ē uos ꝯseruare sine peccato: ⁊ ꝯstituē āte conspectū gl'e sue imaculatos i exultatiōe i aduentu dni nri iesu xpi: soli deo saluatori nro p iesū xpm dnm nrm gl'a magnificētia iperiū ⁊ ptas āte oia secula: ⁊ nūc ⁊ i oia secl'a seculorum amen.

Explicit epl'a beati iude apl'i. Incipit plog' i apocalypsim beati ioannis apl'i.

OMnes q pie volūt viuere i xpo: sicut ait apl's: psecutōem patient: iuxta illud: Fili accedēs ad fuitutē dei sta i tiore: ⁊ ppara aiaz tuā ad tētatiōem. Tētatio nāqz ē vita hois sup trā. Ne āt fideles deficiāt i his: ꝯsolat eos dns atz ꝯfirmat dicēs: Uobiscū sū usqz ad ꝯsūmatiōem seculi: ⁊ noli te timē pusillus grex. Proptea vidēs de' pi tribulatōes: qs passura erat eccl'a ab apl'is fūdata supra petrā xpz: ut minus timeatur: disposuit vna cū filio ⁊ spu sācto eas reuelare. Reuelauit āt tota tnitas xpo fm hūanitatē. Xps vo ioāni p āgelū. Ioānes eccl'e d q reuelatiōe hūc librū cōposuit. Unde et liber iste apocalypsis dr .i. reuelatio: qr hic ꝯtinēt: q deus reuelauit ioanni ⁊ ioānes ecclesie: quāta scilz eccl'a passa sit in tpe primitiuo ⁊ nūc patiat: ⁊ nouissime tpib' ātixpi passura sit: qn tanta erit tbulatio: ut si fieri pōt ēt moueāt electi. Et q p his ⁊ nūc ⁊ in futuro pmia sit susceptura: ut qs denūciata supplicia terrent: pmissa pmia letificēt. Iō iste liber iter reliqs scriptas noui testamēti pphetie noie censet: q alijs ē excellētior prophetijs. Sicut.n. nouuz testm pstat veteri euāgeliū legi: ita hec pphetia pphetijs veteris testi: qr d xpo ⁊ eccl'a magna ex pte iā adipleta sacia denunciat. Uel ēt iō: qr cū alijs vnipharia: isti triphariā data ē pphetia simul: scilz ptito ⁊ pnti ⁊ futuro. Ad cuius ꝯfirmādā auctoritatē occurrit ēt auctoritas mittētis deferētl ⁊ accipiētis. Mittētl scilz tnitatl: ⁊ deferētl scilz āgeli: ⁊ accipiētl scilicet ioānis. Cū āt ioāni hec i visiōe fuerunt reuelata: ⁊ sint tria genera visionum: sub q genere ꝯtineat vidēdū ē. Uisio.n. alia corporalis: qn videlz corporalibus ocul' aliqd videm'. Alia spalis seu imaginaria: cū videlicet dormiētes uel vigilātes imagies rez cernimus: qbus aliqd significat: sicut uidit pharao spicas: ⁊ moyses rubum ardere: ille

dõmiẽs: iste vigilans. Alia itellectualis: qñ
videlʒ spu s͡co reuelãte itellectui mẽtis veri-
tatẽ mysterioꝝ: sic ẽ captiuꝰ: quõ uidit ioã-
nes: q̃ i hoc libro referũt. Nõ. n. figuras tm̃
spu uidit: sʒ ⁊ eaꝝ significata mẽte itellexit.
Uidit ãt ioãnes ⁊ scripsit i pathmos insula
relegatꝰ a domitiano i exilio p̃ncipe ipyssi-
mo. Hac. n. ad scribẽdũ cõpellẽte cã: qꝛ dũ
exul teneret a domitiano i pathmos isula:
i ecclĳs q̃bꝰ p̃erat mlta pullularũt atqꝫ ino
leuerũt vicia atqꝫ diuerse hẽses. Erãt. n. qui
dã hẽtici ibi dicẽtes xp̃ʒ ñ fuisse ãte mariã:
qꝛ tp̃aliter de ea natꝰ erat: q̊s ioãnes i p̃nci-
pio euangelĳ sui redarguit dicens: In p̃nci-
pio erat v̱bũ. Et i hoc libro cũ dic: alpha ⁊
o. i. p̃ncipiũ ⁊ finis. Dicebãt ẽt q̃dã ecclãm
põdẽ tribulatiõum ãte finẽ seculi desiturã:
⁊ ꝓ laboẽ ñ p̃miũ eternũ susceptura. Hoꝝ
g̃ errores volẽs destruẽ ioãnes: oñdit xp̃m
p̃ncipium eẽ ⁊ finem. Uñ isaias: Ante me
ñ ẽ formatꝰ deꝰ: ⁊ pꝰ me ñ erit. Et ecclãm ꝑ
exercitiũ tribulationũ non desinẽ: sʒ ꝑficẽ:
⁊ ꝓ his brauium eternum recipe. Scribit
ãt ioãnes septẽ ecclĳs asie ⁊ eaꝝ septẽ ep̃is
õ p̃dictis istruẽs: ⁊ ꝑ eã totã generalẽ ecclã
docens. Est itaqꝫ materia ioãnis i hoc ope
status sp̃aliter asiane eccle: necñ ⁊ totiꝰ v̱iõ
lʒ q̃ i p̃nti patiat ⁊ i futuro recepta sit. Intẽ
tio v̱o eiꝰ ẽ monẽ ad patiẽtiã q̃ suãda ẽ: tuʒ
qꝛ breuis labor: tũ qꝛ p̃miũ magnũ. Modꝰ
tractãdi talꝰ: p̃mo p̃mittit ꝓlogũ ⁊ salutatio
nẽ: ubi reddit auditores benignos ⁊ atten-
tos: q̃ p̃misso accedit ad narratõem. Ante
narratõem v̱o oñdit xp̃m eẽ ab eterno sine
p̃ncipio ⁊ fine. Inducẽs ip̃m loq̃ntẽ: Ego sũ
alpha ⁊ o. i. p̃ncipiũ ⁊ finis. Postea accedẽs
ad narratõem distiguit septẽ visiões: q̃bus
termiat iste liber ꝯsumat. Premittit ãt ꝓlo
gũ dicẽs: Apocalypsis iesu xp̃i: subaudis hec
ẽ: sicut i alĳs visio isaie hec ẽ: ⁊ parabole sa
lomonis.

Itẽ aliꝰ ꝓlogus i apocalypsim.

Ioãnes ap̃ls ⁊ euãgelista a xp̃o electꝰ
atqꝫ dilectꝰ: i tãto amõe dilectõis vbe
rior hitꝰ ẽ: ut i cẽa supra pectꝰ eiꝰ ĩcũbẽt
⁊ ad crucẽ astãti soli m̃rẽʒ ꝓpaʒ cõmẽdasſʒ:
ut quẽ nubẽ volẽtẽ ad ãplexũ v̱ginitati asci
uerat: ipi ẽt custodiẽdã virgiem tradidissʒ.
Hic itaqꝫ cũ ꝓpter v̱bũ dei ⁊ testioniũ iesu
xp̃i i pathmos insulã sortiret exiliũ: illic ab
eodẽ apocalypsis p̃ostẽsa describit: ut sicut
i p̃ncipio canonis. i. libri genesceos: icorrupti
bile p̃ncipiũ p̃notat: ita ẽt icorruptibil finis
ꝑ v̱giẽʒ i apocalypsi reddẽt dicẽt: Ego suʒ
alpha ⁊ o: iitiũ ⁊ finis. Hic ẽ ioãnes: q̃ sciẽs
superuenisse sibi diẽ egressiõis de corpore:
ꝯuocatꝭ i ephesso discipulꝭ descẽdit i defossũ
sepulture sue locũ: orationeqꝫ cõpleta red-
didit sp̃m: tã a dolore mortis factus extra
neus: q̃ a corruptiõe carnis noscit alienus.
Cuiꝰ tñ scripture dispositio uel libri ordina
tio a nobis ꝑ singula ñ expõit: ut nesciẽtibꝰ
iq̃rẽdi desideriũ collocet: ⁊ querẽtibꝰ labo
ris fructꝰ ⁊ deo magisterĳ doctrĩa suet.

Explicit ꝓlogus. Incipit argumẽtũ.

Apocalypsis ioãnis tot hʒ sacramẽ
ta q̃t verba. Paꝝ dixi: ⁊ ꝓ merito
volumis: laus ois iferior ẽ. In v̱bis
singulꝭ multiplices latẽt itelligẽtie.

Incipit liber apocalypsis beati
ioannis ap̃li. Capitulũ p̃mũ.

Apocalypsis iesu
xp̃i: quã dedit illi deꝰ palã
facere suis suis: q̃ oʒ fieri
cito: ⁊ significauit mittẽs
ꝑ angelũ suuʒ suo suo ioã
ni: q̃ testioniũ p̱hibuit v̱bo dei ⁊ testioniuʒ
iesu xp̃i: q̃cũqꝫ uidit. Beatꝰ q̃ legit ⁊ q̃ audit
v̱ba ꝓphetie huiꝰ: ⁊ seruat ea q̃ i ea scripta
sũt. Tp̃s. n. ꝓpe ẽ. Ioãnes septẽ ecclĳs q̃ sũt i
asia. G̃ra vobis ⁊ pax ab eo: q̃ ẽ ⁊ q̃ erat ⁊ q̃
v̱enturꝰ ẽ: ⁊ a septẽ spiritibꝰ: q̃ in ꝯspc̃u thro-
ni eiꝰ sũt: ⁊ a iesu xp̃o: qui ẽ testis fidelꝭ p̃mo
gẽitus mortuoꝝ ⁊ priceps regũ t̃re: qui di-
lexit nos ⁊ lauit nos a pc̃cis n̈ris i sãguine
suo: ⁊ fecit nos r̃gnũ ⁊ sacerdotes deo et p̃ri
suo: Ipsi glã ⁊ iperiũ in secla secloꝝ amen.
Ecce venit cuʒ nubibꝰ et videbit eũ ois ocu
lus: et qui eũ pupugẽrt. Et plãgẽt se sup eũ
ões tribꝰ terre: ẽt amẽ. Ego sũ alpha et o: p̃ri
cipiũ et finis: dic dñs deus qui est et q̃ erat
et q̃ v̱enturus est õipotẽs. Ego ioannes frat
vester et particeps in tribulatiõe et regno

⁊ patiētia i xp̄o iesu: fui i insula q̄ appellat pathmos: ꝓpt̄ v̄bū dei ⁊ testioniū iesu. Fui i sp̄u i dn̄ica die. Et audiui p⁹ me vocē magnā tāq̄ tube dicētis: Qđ uides scribe i libro: ⁊ mitte septē eccl'ijs: q̄ sūt i asia epheso ⁊ smyrne ⁊ pergamo ⁊ thiatyre ⁊ sardis et philadelphie ⁊ laodicie. Et ꝯuersus suꝫ: ut viderē vocē q̄ loq̄bat mecū. Et ꝯuersus uidi septē cādelabra aurea: ⁊ i medio septē cādelabroꝝ aureoꝝ silēm filio hoīs vestitū podere: ⁊ p̄cictū ad mamillas ȝona aurea. Caput āt ei⁹ ⁊ capilli erāt cādidi tanq̄ lana alba ⁊ tāq̄ nix. Et oculi ei⁹ velut flāma ignis: ⁊ pedes ei⁹ silēs auricalcho: sicut i camino ardēti. Et vox illi⁹ tanq̄ vox aq̄rū m̄ltarū ⁊ hēbat i dextera sua stellas septē. Et de ore ei⁹ gladi⁹ utraq̄ p̄te acut⁹ exibat: ⁊ facieꝫ ei⁹ sicut sol lucet i v̄tute sua. Et cum vidissēꝫ eum: cecidi ad pedes ei⁹ tanq̄ mortuus. Et posuit dexteram suam sup̄ me dicens: Noli timē. Ego sū p̄mus ⁊ nouissim⁹ ⁊ viuus ⁊ fui mortuus: ⁊ ecce sum viuens in secula seculoꝝ: ⁊ hēo claues mort̄ ⁊ inferni. Scribe ḡ q̄ vidisti ⁊ q̄ sunt: ⁊ q̄ oꝫ fieri p⁹ hec. Sacramētū septē stellaꝝ: q̄s uidisti i dexťa mea ⁊ septē cādelabra aurea. Septē stelle angeli sūt septē eccl'arū: ⁊ cādelabra septē: septem eccl'e sunt.

.II.

Et angelo ephesi eccl'e scribe. Hec dic̄ q̄ tenet septē stellas i dextera sua q̄ ābulat i medio septē cādelabroꝝ aureoꝝ. Scio opa tua ⁊ laborē ⁊ patiētiā tuā: ⁊ q̄ ñ potes sustinere malos. Et tētasti eos q̄ se dicūt ap̄los eē ⁊ ñ sunt: ⁊ iuenisti eos mēdaces. Et patiētiā hēs: ⁊ sustinuisti ꝓpter nomē meū: ⁊ ñ defecisti. Sꝫ hēo aduersum te q̄ caritatē tuā p̄mā reliq̄sti. Mēor esto itaꝫ unde excider̄ ⁊ age p̄n̄iaꝫ: ⁊ prima opa fac. Sin āt: venio tibi ⁊ mouebo cādelabrū tuum de loco suo: nisi p̄n̄iam egeris. Sꝫ hoc hēs: q̄ odisti fc̄a nicholaitaꝝ: q̄ ⁊ ego odi. Qui hꝫ aurē audiat q̄d sp̄us dicat eccl'ijs. Uicēti dabo edē ď ligno uite: qđ ē i paradiso dei mei. Et angelo smyrne eccl'e scribe: Hec dic̄ p̄m⁹ ⁊ nouissimus: q̄ fuit mortuus ⁊ uiuit. Scio tribulatiōem tuā ⁊ paup̄tatē tuā: sed diues es ⁊ blasphemar̄ ab his qui se dicūt iudeos eē ⁊ ñ sunt: sꝫ sūt synagoga sathane. Nihil hoꝝ timeas: q̄ passurus es. Ecce missurus ē diabolus aliquos ex uob̄ in carcerem: ut tentemini: ⁊ habebit̄ tribulatōem diebus decem. Esto fidelis usq̄ ad mortē: ⁊ dabo tibi coronā vite. Qui hꝫ aurē audiat q̄d sp̄s dicat eccl'ijs. Qui vicerit ñ ledet a morte secūda. Et angelo pergami eccl'e scribe. Hec dic̄: q̄ hꝫ rūpheā ex utraq̄ p̄te acutā: Scio ubi h̄itas: ubi sedes ē sathane: ⁊ tenes nomē meū ⁊ ñ negasti fidē meā. Et i dieb⁹ ill' antiphas testis me⁹ fidel': q̄ occisus ē apud vos: ubi sathanas h̄itat. Sed hēo aduersus te pauca: q̄ habes illic tenētes doctinā balaan: q̄ docebat balac mittere scādalū corā filijs isrl' edē ⁊ fornicari: ita habes ⁊ tu tenētes doctinā nicholaitaꝝ. Silit̄ p̄n̄iam age: si quo min⁹ veiā t̄ cito: ⁊ pugnabo cū illis i gladio oris mei. Qui hꝫ aureꝫ audiat q̄d sp̄us dicat eccl'ijs. Uicēti dabo manna abscōditū: ⁊ dabo illi calculū cādidū: ⁊ i calculo nomen nouum scriptuꝫ: qđ nēo scit: nisi q̄ accipit. Et angelo thiatyre ecclesie scribe: Hec dic̄ filius dei: q̄ hꝫ oclos tā q̄ flāmā ignis: ⁊ pedes ei⁹ silēs auricalcho. Noui opa tua ⁊ fidē ⁊ caritatē ⁊ misteriuꝫ ⁊ patiētiā tuā: ⁊ opa tua nouissima plura p̄oribus. Sꝫ hēo aduersus te pauca: q̄ permittis mulierem ieȝabel: q̄ se dic̄ ꝓphetem docē ⁊ seducē s̄uos meos fornicari ⁊ mādu care de idolatid̄. Et dedi illi tp̄s: ut p̄n̄iam agēt: ⁊ ñ vult penitē a fōnicatōne sua. Ecce ego mitto eā i lectū: ⁊ q̄ mechāt cū ea: in tribulatōe maxima erunt: nisi p̄n̄iam ab operib⁹ suis egerint: ⁊ filios ei⁹ iťficiā i morteꝫ: ⁊ sciēt ōes eccl'e: q̄ ego sū scrutans renes et corda: ⁊ dabo vnicuiq̄ v̄īm s̄m opera sua. Uobis āt dico ⁊ ceteris: q̄ thiatyre est̄: q̄cūq̄ ñ h̄nt doctrinā hāc: ⁊ q̄ ñ coḡuerūt altitudinem sathane: quēadmodū dicūt: non mittā sup̄ vos aliud pōdus. Tñ id qđ hēt̄ tenete doec veniā. Et q̄ vicerit ⁊ custodierit usq̄ i finē opa mea: dabo illi p̄tatē sup̄ gentes: ⁊ reget eas i v̄ga ferrea: ⁊ tāq̄ vas figuli ꝯfringēt: sic̄ ⁊ ego accepi a p̄re meo: ⁊ dabo illi stellā matutinā. Qui hꝫ aurē audiat q̄d sp̄s dicat eccl'ijs.

.III.

Et angelo eccl'e sardis scribe. Hec dic̄ q̄ hꝫ septē sp̄s dei ⁊ septē stellas: Scio opa tua: q̄ nomē hēs q̄ viuas ⁊ mortu⁹ es. Esto vigilans: ⁊ confirma ceťa: q̄ moritura erant. Non. n. inuenio opera tua plena coram deo meo. In mente ḡ habe q̄lit̄ acceperis ⁊ audieris ⁊ serua ⁊ p̄n̄iaꝫ age. Si ergo non vigilaueris: veniam ad te tanq̄ fur: et

nesciēs q̄ hora veniā ad te. Sed hēs pauca noīa i sardis: q̄ n̄ iqnauerūt vestimēta sua: ⁊ ābulabūt mecū i albis: qꝛ digni sūt. Qui vicerit sic vestiet vestimētis albis: ⁊ n̄ dlebo nomē eiꝰ de libro vite: ⁊ ꝯfitebor nomē eiꝰ corā pr̄e meo ⁊ corā angelis eiꝰ. Qui hꝫ aurē audiat qd sp̄s dicat eccl'ijs. Et āgelo philadelphie eccl'e scribe. Hec dicit sāctus ⁊ verus: q̄ hꝫ claueꝫ dauid: q̄ apit ⁊ nēo claudit: claudit ⁊ nēo apit. Scio opa tua. Ecce dedi corā te ostiū aptū: qd nēo pōt claudē: qꝛ modicā hēs virtutē: ⁊ seruasti verbū meū: ⁊ n̄ negasti nomen meū. Ecce dabo ð synagoga sathane: q̄ dicūt se iudeos eē ⁊ n̄ sūt: sꝫ mentiūt. Ecce faciā illos: ut veniant ⁊ adorēt ante pedes tuos: ⁊ scient: qꝛ ego dilexi te. Qm̄ s̄uasti verbum patiētie mee: ⁊ ego s̄uabo te ab hora tētatiōis: q̄ vētura ē i orbē vniuersū tētare hītantes i t̄ra. Ecce venio cito. Tene qd hēs: ut nēo accipiat coronā tuā. Qui vicerit: faciā illū colūnā i tēplo ði mei: ⁊ foras n̄ egrediet ampliꝰ. Et scribā sup eū nomē dei mei: ⁊ nom̄ ciuitatꝭ ði mei noue ih'lꝫ: q̄ descēdit de celo a deo meo: ⁊ nomē meū nouū. Qui hꝫ aurem audiat qd sp̄s dicat ecclesijs. Et āgelo laodicie eccl'e scribe. Hec dicit amen testꝭ fidel' ⁊ verꝰ: q̄ ē pncipiū creature dei. Scio opa tua: qꝛ neqꝫ frigidꝰ es neqꝫ calidus. Utinā frigidus esses aut calidus. Sꝫ qꝛ tepidus es ⁊ nec frigidus nec calidꝰ icipiā te euomē ex ore meo: qꝛ dicꝭ: qꝛ diues sum ⁊ locupletatꝰ ⁊ nll'ꝰ egeo: ⁊ nescꝭ: qꝛ tu es miser ⁊ miserabil' ⁊ paup ⁊ cecꝰ ⁊ nudus. Suadeo t̄ emē a me aurū ignitū pbatū: ut locuplex fias: ⁊ vestimētꝭ albis iduarꝭ ⁊ n̄ appareat ꝯfusio nuditatꝭ tue: ⁊ collyrio inunge ocl'os tuos: ut videas. Ego q̊s amo arguo ⁊ castigo. Emulare ḡ ⁊ pn̄iam age. Ecce sto ad ostiū: ⁊ pulso. Siq̄s audierit vocē meā: ⁊ aperuerit mihi ianuā: itrabo ad illū ⁊ cenabo cū illo: ⁊ ipse mecū. Qui vicerit: dabo ei sedē mecū i throno meo: sicut ⁊ ego vici ⁊ sedi cū pr̄e meo i throno eiꝰ. Qui hꝫ aurē audiat qd sp̄s dicat eccl'ijs.

.IIII.

Post hec uidi: ⁊ ecce ostiū aptū i celo: ⁊ vox p̄ma quā audiui tanq̄ tube loquētis mecū dicēs: Ascende huc: ⁊ ostēdā t̄ q̄ oꝫ fieri cito. Pꝰ hec stati fui i sp̄u. Et ecce sedes posita erat i celo: ⁊ supra sedē sedens. Et q̄ sedebat: silis erat aspectui lapidis iaspidis ⁊ sardinis. Et iris erat in circuitu sedis silis visiōis smaragdine. Et in circuitu sedis sedilia vigintiq̄ttuor: ⁊ supra thronuꝫ viginti quattuor seniores sedētes circūamicti vestimētis albis: ⁊ i capitibꝰ eoꝝ coronas aureas. Et de throno pcedebāt fulgura ⁊ voces ⁊ tōitrua: ⁊ septē lāpades ardētes an̄ thronū: q̄ sūt sp̄us dei. Et i ꝯspectu sedis tanq̄ mare vitreū silē crystallo: ⁊ i medio sedis ⁊ i circuitu sedis q̄ttuor aīalia plēa ocul' an̄ ⁊ retro. Et aīal p̄mū silē leōi: ⁊ secūdū silē vitulo: ⁊ t̄tiū aīal hn̄s faciē q̄si hois: ⁊ q̄rtum aīal silē aq̄le volāti. Et quattuor aīalia singula eorū hēbant alas senas: ⁊ i circuitu ⁊ intꝰ plena sūt ocul'. Et reqēꝫ n̄ hēbāt die ac nocte dicētia: sāctꝰ: sāctꝰ: sc̄s dn̄s deꝰ oipotēs q̄ erat ⁊ q̄ ē ⁊ q̄ vēturꝰ ē. Et cū darēt illa aīalia glā ⁊ honorē ⁊ bn̄dictōem sedēti super thronū viuēti in sc̄l'a sc̄l'orū: pcidebāt viginti quattuor seniōes āte sedētē i throno: ⁊ adorabant viuentem in sc̄l'a sc̄l'orum: ⁊ mittebant coronas suas an̄ thronū dicentes: Dignꝰ es dn̄e deꝰ nr̄ accipe glā ⁊ honoreꝫ ⁊ virtutē: qꝛ tu creasti oīa: ⁊ ppt̄ volūtatē tuam erāt ⁊ creata sūt.

.V.

